1674

a


8
4 K
8

IOANNIS CARAMVEL, HAPLOTES DE RESTRICTIONIBVS MENTALIBVS DISPVTANS,


NEMPE DISCVTIENS, An sint possibiles? An vtiles? An tutâ conscientiâ admitti possint? An potiùs verborum latè patens significatio, quæ per occultos, & soli Deo notos, Mentis actus restringi dicitur, per consignificantes circunstantias, quæ externæ sunt, & sub Audientium sensum cadunt, restringatur?

EST OPVS

Ingeniosum, & Varium: &, vt Doctrinam Generalem edisserat, multos Veteris, & Noui Testamenti locos ex Hebraïcis, Syriacis, Græcis, & Arabicis fontibus accuratè dilucidat: & Quæstiones Criticas, Rhetoricas, Dialecticas, Philosophicas, Theologicásque, & præcipuè de externâ Fidei Confessione, de Habitu Heterodoxæ Professionis, de Persarum Petaso, Qizilbascio, de Funiculis Indicis, de Inauribus Ethnicis, de Pythagoraâ Παλιγγενεσίᾳ, *&* Μετεμψύχωσι; *quibus scatent Orientales Prouinciæ: necnon de Impositione Manuum, de Sacramentorum formis, & singularum vocum, quæ in ipsis ponuntur, necessitate, & vtilitate disputantes decidit.*

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.








LVGDVNI,
Sumptibus LAVRENTII ANISSON.
M. DC. LXXII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Achilles apud Homerum, *Iliad.* I.

Ἐχθρὸς γὰρ μοὶ κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ.

Latinè ſic vertebat Amantius.

Is mihi iuxta inviſus ut atri limina Ditis,
Qui verbis aliud prodit, quàm mente volutat.



REVERENDISSIMO P. M.

HYACINTHO LIBELLO,

SACRI APOSTOLICI PALATII

MAGISTRO, &c.

IOANNES CARAMVEL.

MVLTÆ ſunt dotes & prærogativæ, quas Tuo pectori inſeruit Divinus ille & Æternus Promethæus, cùm Solis illud radiis, hoc eſt Virtutum & Scientiarum luminibus condecoravit. Multæ quas ingenio & induſtriâ comparaſti, & etiamnum chariſmatis pretioſis exornas. At inter omnes eminet Animi Candor, quo in Pontificio Palatio ſummum Magiſterium exerces. Virtus hæc & à nobis *Sinceritas*, & ἀφελότης à Græcis nominatur, & omninò requiritur in eo, qui ex cortinâ Supremi Numinis reddit univerſis Oracula. Pudeat Ethnicos illa recepiſſe ab Apolline; nam, ut

ã 2 fatetur

fatetur Cicero, *licet existimare in aliis quoque Oraculis Delphicis aliquid non sinceri fuisse.* [a] Et gaudeamus Catholici per Te, in quo nihil non sinceri invenitur, Oracula Summi Pontificis, qui est lingua Summi Numinis, reddi.

Dixit in Testamento Antiquo Moysi Deus [*b*]

ראה נתתיך אלהים לפרעה : Ἰδὲ δέδωκά σε Θεὸν Φαραώ.

Vide: dedi te Deum Pharaonis: vel ut habet Vulgatus, *Ecce constitui te Deum Pharaonis:* & postea, *Et Aaron frater tuus, erit Propheta tuus.* Et in hoc Ego loco, quin ad mentem recurram, Restrictionem, & rationem restringentem invenio. Nomen profectò אלהים *Deus* propriè & impropriè potest sumi, & per Personam, cui attribuitur, contrahitur [*b*] Cùm de æterno Numine dicitur, sumitur propriè: & hîc quia de Creaturâ prædicatur, ad sensum virtualem opportunè restringitur, ut sit *Vicarius Dei.* Nam sicut Prorex, est virtualiter Rex; licèt enim non sit reverà Rex; ita tamen ex Regis imperio se habet, ac si esset ipse Rex; sic similiter apud Pharaonem Moyses fuit Deus virtualiter; non enim fuit reverà Deus; & nihilominùs ex omnipotenti ejus imperio ita se habuit, ac si esset verè Deus. Vnde Moysi apud Vatablum Dominus. *Tu eris Pharaoni Vice-Dei, hoc est, Dices nomine meo, & verbis meis Pharaoni, quid Ego velim fieri: & Aaron erit Interpres verborum tuorum.* Nec caruit veritate & effectu Commissio; quoniam,

quoniam, si *Primus in Orbe Deos fecit Timor* [c] quem *post varios casus, gravia & discrimina rerum,* afflicti, & attriti, & quassati horrerent Ægyptij, Moyses fuit: &, si in miraculorum patratione cognoscitur Omnipotentia, *notam fecisti* (Summe Deus) *in populis Virtutem tuam, redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob & Ioseph. Deduxisti enim sicut oves populum tuum, in manu Moysi, & Aaron.* Psalm.76.21.

Ergò cùm totum Antiquum Testamentum sit Evangelij Symbolum, asserere necessariò debebimus, Petro Christum dixisse, *Ecce constitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus, erit Propheta tuus.* Et, quæ semel Petro, simul in eo omnibus Summis Pontificibus dixit; nam sicut cognomen *Cæsar* quod fuit proprium in Iulio, est appellativum in cæteris: unde Leopoldus est hodie *Cæsar regnans*; [d] sic nomen *Petrus* quod fuit in Simone proprium, est appellativum in cæteris: vnde Clementem X. *Petrum Regnantem* hodie dicimus, & ut Pharaonis Deum suspicimus & adoramus.

Sed quis in Orbe Christiano hodie erit Pharao? Respondebit Hieronymus: [e] *Solent Regi, Pharaoni suo* (Hæretici) *dicere, Filij sumus Sapientium, qui ab initio doctrinam nobis Apostolicam tradiderunt. Filij sumus Regum antiquorum, qui appellantur Reges Philosophorum, & habemus scientiam Scripturarum jun-*

ctam scientiæ sæculari. Ecce Pharao est ille insolens superbiæ & pertinaciæ Spiritus, qui in Hæreticis regnat. Dicitur פרעה *Pharao*; & quia est vox Ægyptia, significationis energiam ab Hebræis & Græcis Elementis recipiet. Ideóque, si à Radice פרע *Phara* derivetur est, *concidens*, aut *scindens*: & si ἀπὸ τοῦ φαίνω proveniat, erit *lucidus*. Et meritò Hæreticorum ille spiritus *lux scindens* dicitur; nam dum Veritatem & lucem apud Philosophos Cimmerios quærit, Ecclesiam scindit; &, quia Agens in agendo repatitur, ipse etiam scinditur, & Hydræ instar in varia capita multiplicatus lumen frustrà emendicat ab Ethnicis, quod à Christo non voluit recipere.

Et quis hodie (Christiane Moyse, Sacerdos Apostolice, & Summe Ecclesiæ militantis Antistes) est tuus Aaron, tuus Propheta & Interpres? Ille, ille, qui est in Vaticano Magister; & Pontificiis verbis loquens summâ ab universis voluntatis reverentiâ suspicitur, summâ intellectûs demissione auscultatur. Est, quo majorem infra Summum Pontificem in Doctrinæ genere non cognoscit Ecclesia. Est enim Iudex Ordinarius non Romæ tantùm, sed in totâ Provinciâ, ubi non sunt Inquisitores. Libros, qui in Fidem aut bonos mores audent, prohibere potest: & Viris dignis Lauream Doctoralem concedere. Est Episcoporum Examinator; & etiam Clericorum in Concursibus, qui Romæ fiunt pro Beneficiis totîus Orbis. In Sancto

cto Supremæ Inquisitionis Officio est Primarius Consultor; & Sacris Congregationibus Indicis, Indulgentiarum, Rituum, & Inquisitionis intervenit. Clericos Cameræ, & cæteros Prælatos inferiores præcedit; nec non recognoscit, & approbat Orationes quæ in Sacello Pontificio coram S. D. N. recitantur.

Hoc hodie Munere dignissimè fungitur P. Mag. Hyacinthus: quem in Civitate de Castello Orbi dedit Nobilissima Libellorum prosapia, Eminentissimorum & Illustrissimorum Præsulum, & Invictissimorum Heroum Mater & Altrix, eumdemque Alexandro VII. Pontifici Maximo, Eminentissimis & Excellentissimis Chisiis, nec non Eminentissimo & Excellentissimis Alteriis, strictiorique adhuc Eminentissimo Carpegnæ cognatione & affinitate devinxit. Musas & floridiores Musas in adolescentiâ honoravit, quarum amorem etiamnum in ætate provectiori conservat; nam gravissima floridè, & sublimia eloquenter edisserit. Semper inter Condiscipulos & coætaneos eminuit, & ita profecit supra cæteros, ut raro exemplo, sicut S. Thomas, ita & ipse, *viginti-quinque annos natus Magister sit appellatus.* In Romanis Athenis, quas Latino nomine *Minervam* dicimus, summo Auditorum & profectu & applausu Philosophiam & Theologiam tradidit. Speramus; ut hæc dictata in lucem missa Orbem Literarium illustrent: nam à Vi-

ris

ris doctis quæruntur, exscribunturque, & Nos, quæ ante duodecim annos reperimus, tanti habuimus, ut nostram illis Fundamentalem Theologiam voluerimus condecorare, honorare & firmare. [*f*] Eadem laudat & celebrat P. Gonetius; & quotquot legerint summam semper in Opinionum electione prudentiam, ingenij in probationibus vivacitatem, vastam in Authorum distributione eruditionem, copiamque celebrabunt. Sicut in speculativis, sic etiam excelluit in Practicis, nam iterum iterumque fuit Provincialis, & quia

Præsulis exemplo totus componitur Ordo,

Ipse ut sibi commissos Religiosos componeret, illos exemplo vitæ potiùs, quàm legum strepitu & rigore direxit: & suavissimè hac viâ, quàm legum disciplinam Regularem, & studia literarum in omnibus Monasteriis promôvit. Et quoniam Theologia ad Orthodoxæ Fidei conservationem & propagationem dirigitur, studia in Collegio de propagandâ, dum esset Præfectus, protraxit, multosque adolescentes ingeniosos formavit, qui posteà ad Infidelium regna missi, patiendo, agendo lucrantur Ecclesiæ novos Asseclas, cui Christus,

—— *Nec metas rerum, nec tempora ponens*
Imperium sine fine dedit. [*g*]

Fuit semper Summis Pontificibus charus, & à Sede Apostolicâ

Apostolicâ in Vngaricis, Polonis, Lusitanicis & Pisanis negotiis, quæ gravia & difficilia, impensius, præstitit, ut nova Coronæ beneficia sentiscerent, & haberent unde novas Pontificiæ Providentiæ & Vigilantiæ gratias agerent. Et hic denique postquam decennio solido in Indicis Congregatione Secretarij munere fuerat functus, magno Reipublicæ Christianę bono Sacri Palatij Magister denominatus est. Vivit Ecclesiæ & Deo, vivetque Famæ & Gloriæ; & propriis prærogativis clarus à serâ celebrabitur posteritate: ille enim,

Quem fez obras tam dignas de memoria,
Sempre será famoso e conhecido,
Onde os iuizios altos se æstimarem;
Que estos sôs tem podér de Fama darem, [ff]

His præventi notitiis iterum verba Dei recognoscamus. *Ecce*, inquit, *constitui te Deum Pharaonis; & Aaron frater tuus erit Propheta tuus.* En inter splendores Eoos adluxit Veritas. En, quam rimabar, video. En (Reverendissime Pater Magister) ubi *Pharaonis Deus* est Summus Pontifex, tu *Frater* diceris: Et hoc tametsi verum ob rationes communes tuis Prædecessoribus, est in te ob specialem verum, cognati enim *Fratres* in Sacrâ Scripturâ dicuntur: imò etiam in Humanis, illud enim Ovidij. *Frater erat frater-*

ē *na*

na peto, dictum est de Patruelibus. [*h*] Interim Frater est *Fere alter*, si etymon investiges, unde pro simili accipitur. Plautus [*i*] *Hiccine est Achilles? Imò ejus frater*, hoc est, *Achilli similis*. Et quis hodie Summo Pontifici in doctrinæ genere, quàm Sacri Palatij Magister, in Ecclesiâ similior. Ille est Christi lingua, hic illîus: ille Christi verbis, hic verbis loquitur Summi Pontificis.

Tu es etiam *Aaron* hoc est, הר : ὄρος : Mons, & ἄωρος *altus, sublimis, eminens*. Ergo, quem Montem dixerim, montis proprietates & prærogativas non negabo. Et, quia dum hæc scribebam, memineram legisse in Virgilio [*k*]

——— Totusque remugit
Mons circum, & vocem latè nemora alta remittunt.

Te remugire dicam, & me Tuos audire remugitus testabor. Sed cur? An-non sufficeret dixisse te mugire? Cur ergo te *remugire* potius dixerim, quàm *mugire*? Exponam: *Mugire* idem est ac *boare*, & boves concernit: Ovidius [*l*]

Mugiet, & veri vox erit illa bovis.

Et inter boves sacros nullus S. Thomâ celebrior: [*m*] cùm enim, sub initium Pythagoricam ἰχομυθίαν [*mm*] religiosè observaret, *Bos mutus* à Condiscipulis vocitabatur. Sed Magnus Albertus, quia sublime

blime ingenium rimabatur in Thomâ, *Ne ſitis*, inquit *moleſti bovi muto : aperiet enim os, tonabitque tam forti vocis impetu*, [*n*] *ut ejus mugitum, aut rugitum veriùs, audiat totus Orbis terrarum.* Sic ille, rerum futurarum præviſione divinitus illuminatus, *nec caret eventu ſpes generoſa ſuo*; nam contra Iudæos, Hæreticos, & Muhamedanos, S. Thomas, dum vixit, & etiam poſthumus, novos Perfidiæ Antiquæ ſurculos, qui dudum pullularunt, in libris plurimis multiplicatus, mugiendo & rugiendo perterret, ut Pius V. Pontifex Maximus teſtatur dicens. *Omnipotentis Dei providentiâ factum eſt, ut Angelici Doctoris vi & veritate doctrinæ ex eo tempore, quo Cæleſtibus Civibus adſcriptus eſt, multæ quæ deinceps exortæ ſunt hæreſes, confuſæ & convictæ confutarentur.* [*o*]

Mugiit, ut dixi, D. Thomas: & quia inſtant, *Iterum mugiet Bos*, hoc eſt, *remugiet*; Omnipotentis Dei providentiâ factum eſſe crediderim, ut ex doctrinâ illâ S. Petri & Clementis Romani, quam D. Thomas fecit ſuam, & tu in loco, quem in mea Theologia Fundamentali [f] exhibeo ingenioſiſſimè dilucidaſti, multæ quæ deinceps exortæ ſunt hæreſes, & Ianſenianæ præcipuè, confuſæ & convictę confutentur. Dogmata ergo, quæ S. Petrus contra Simonem rugiit, contra Almariciſtas [*p*] mugivit

é 2 S.Tho

S. Thomas, & tu contra Iansenistas remugis. Rugiit, inquam Sanctus Petrus, quia in tempora Neronis incidit, cujus favore fretus Simon, tantâ insolentiâ & furore Evangelio obsistebat, ut nisi ille de medio tolleretur, istud propagari non posset. Et hanc ob causam Petrus Christo cooperante divinitùs, tam vehementi Argumento fuit usus, ut Simon derelictus à Dæmone, & collapsus è nubibus, in æternum perierit. Mugiit Doctor Angelicus, quia non vult mortem Hæreticorum, sed ut convertantur & vivant. Fuerunt circumstantiæ mutatæ; Si enim, ubi Ecclesiam persequebantur Principes, rugire debuerunt Apostoli; ubi illi bono cooperantur Ecclesiæ & in Hereticos irati rugiunt, satisfaciunt Theologi, si Infideles mugiendo advocent, & boando ad Ecclesiam conducant. Et hoc sæculo remugis tu, Sancti Thomæ mugitus, hoc est, argumenta & rationes contra Heterodoxos reponendo.

Es & denique Propheta Virtualis, Humani videlicet Numinis, cujus Ecclesiastico Imperio, non jam solam Ægyptum, sed totum terrarum Orbem Christus subdidit. Et quia Orientalium Linguarum eruditione delectaris, ut tibi serviam & Philomusos instruam, apponam huc quamdam non ignobilem Obseruationem, quam contra Alcorani textum

tum & ejus Expositores adnotavi. Canit Propheta Rex.

יהוה אמר אלי , בני אתה , אני היום ילדתיך.

Dominus dixit ad me, Filius meus es tu,
Ego hodie genui te.

Hunc locum Muhamedus adducit; & ejus Discipuli, ne Christum esse verum Deum, confiteri cogantur, puncta elocant, & ex بني BENI *filius meus*, faciunt نبي NEBI [v] *Propheta meus.* Hottingerus. *Muhamedani non inficiantur* (hunc Psalmi versum) *de Christo dici, sed novâ partim obscurant vocis* ילדתיך *explicatione partim crimen falsi exprobant.* Vt videamus, an Hottingerus excesserit, unum aut alterum Arabem Alcorani Commentatorem adducamus. Alfiruzabadius (Author Camusi est) sic inquit. [q]

قوله الله عز وجل لعيسي صللي الله عليه وسلم
انت نبي وانا ولدتك اي ربيتك فقالت
النصاري انت بني وانا ولدتك تعالي الله
عن ذلك علوا كبيرا

Dictum Dei Omnipotentis ad Iesum (cui propitius sit, & pacem concedat Deus.) Tu es Propheta meus, Ego enutrivi te. *Christiani verò*

dicunt (*vertunt*) Tu filius meus, Ego te genui. *Longè hæc abſunto à Deo.* Conſonat Ibnor Athir dicens,

في الانجيل قال لعيسي انا ولدتك اي
ربيتك فخففه النصاري وجعلوه له ولدا
سبحانه وتعالي عما يقولون علوا كبيرا :.

In Evangelio, *Iſa* (Pater Æternus ipſi Ieſu) *dixit*, Valedoca, *id eſt*, Ego educavi te: *at Chriſtiani ſublato Teſdid* (Dages, charactere Conjugationis ſecundæ) *ipſum ei filium poſuerunt, quod longè abſit* [*x*] *à Deo.*

Et hæc ipſa apud Chriſtianum Hoffmannum in ſuo ᛘᛚᛁᛒᛈᛈᚹ quod eſt *Vmbra in Luce* reperies.

Me juvat Muhamedanorum error, in quo tametſi omnes debeant condemnare perfidiam; nemo erit, qui non laudet ingenium. Bone Deus! Quanta, ut video, dependent à ſolâ mutatione unius puncti! Emaculabo igitur Textum à ſacrilegij labe, & mutatis perſonis ad ſenſum opportunum reducam. Dixit Æternus Pater Chriſto Domino.

انت بنى وانا ولدتك Tu es filius meus: ego genui te. Et Dei Vicarius ſummus Pontifex ſui Palatij Magiſtro.

Tu

انز تبي راناز لد تلى *Tu es Propheta meus : ego te creavi , denominavi , elegi , constitui , & instituti.* [qb]

An-ne te verè *Prophetam* nominat ? Verè. *Prophetam enim* , Videntem [qq] *vocant Prisci :* inquit Philo, *quia per* videntem *Sapiens intelligitur , cùm insipientes enim cæci sunt.* Ergo cùm tu Theologus sapientissimus , & oculatissimus sis , non est cur hoc nomen dissentaneum dicatur. Et , si *Prophetæ Angelorum species cernunt , & ipsorum audiunt voces* , ut teste Marsilio Ficino asserit Avicena ; Te iterum Summi Pontificis Prophetam dixero ; nam Angeli Theologici , seu Theologi Angelici , sublimes conceptus intueris , vocem auscultas , & ut Chrysostomi utar verbis , *sicut de turribus jacula contra omnes hostes iactantur* ; *sic tu de* Angelicis ejus Libris *contra vanas Gentilium fabulas , & contra insanas Hæreticorum disputationes salutaria proponis Veritatis exempla* , [r] & ratiocinia fulminando efficacia , illos ad Viam Regiam reducis.

Plura dicturus eram , sed moneor me Epistolam exarare , non librum ; demittam ergo calamum , nam hæc pauca videbuntur sufficere , ut Vniversi sciant, cur hoc Syntagma Tuo celeberrimo Nomini consecretur. Continet enim Quæstiones subtilissimas , in quibus multi & doctissimi Viri fuerunt adlucinati.

Et

Et hanc ob rem concernit Pontificium Magistrum, ut ejus Decisiones cum Oraculis conferat, & ad Imaginem Veritatis elimet. Illud igitur suscipe, & in ipso, tametsi paruo mole, magni Amoris Tesseram & Argumentum. Libri sanè sunt Scriptorum liberi [*s*] & tametsi legitimo partu & tempore nati, expositi; nimirùm calumniæ & Invidiæ (*t*) Te illi Tutorem, imò & Patrem alterum advoco; tange, tolle expositam hanc prolem: & imprimis Auctoritatis Tuæ scuto defende contra dentes ignorantis & maligni livoris. Sic facias & diligere pergas, Tuarum laudum & Virtutum Præconem, &c. Romæ, Martiis Nonis Angelico Doctori sacris. Ann. M. DC. LXXI.



NOTÆ



N O T Æ.

Magister ingenium laborumque discipuli suo capiti debet attemperare.

LEgo in Palladio 1. tit. 1. *Prima Pars Prudentiæ est ipsam, cui præcepturus sit, æstimare personam: neque enim formator Agricola debet Artibus & eloquentiâ, Rhetoras æmulari, quod à plerisque factum, qui dum disertè loquuntur rusticis, adsequuti sunt, ut intelligi doctrina eorum non potuerit.* Ergò sicut aliâ linguâ debemus loqui Germano, & aliâ Italo: aliâ dialecto nautæ, aliâ rustico, & aliâ civi: unde Luppus de Vega in Arte concinnandi Comœdias.

Quomodo agendum sit cum plebe?

El Vulgo es necio, y pera questo es justo,
Hablarle en necio, para darle gusto.

Quomodo cum doctissimis Viris?

Ergo in vulgari linguâ agere debemus cum Vulgo indocto, aliter verò cum doctissimis Viris: &, quia hi auribus eruditis sunt præditi, linguâ eruditâ indiget dissertaturus cum illis. Unde ego, quia in præcedenti Epistolâ cum viro doctissimo & Orientalium linguarum peritissimo agere debui, conatus sum præstare aliquid, in quo, si non pulchritudo & perfectio, saltem posset delectare varietas.

NOTA A]
An, & quomodo olim Apollinis, aut aliorum Idolorum statuæ fuerint loquutæ?

An loquentem, & aliã sibi secreta revelantem imaginem habuerit Nero?

Simulacra loquentia apud Ethnicos.

Hispani, cũ huiusmodi imagines videmus, illas *Escardilles* vocamus.

An etiam Figuræ loquantur?

VT Ciceronis verba, & historiæ quæ de Oraculis passim circumferuntur, meliùs intelligantur, aliquid de Imaginibus loquentibus dicturus sum. Non dubitant asserere Scriptores Imagines nonnullas loquutas, qualium quoque meminit Trismegistus. Talem icunculam, si non habuit, se habere credi voluit Nero, ejusque monitione, asserente Suetonio, se nosse occulta, & futura præscire, mentiebatur. Sonora & loquax fuit Memnonis statua in Ægypto: & Iunonis Monetæ, Fortunæ Muliebris, Sylvani, & aliorum simulacra, ut apud Valerium Maximum legimus, fuerunt loquuta. Et Moyses Maimonides *part. 3. cap. 2. Ductoris dubitantium*, duos se legisse libros, ait, de Figuris loquentibus; ad quas per-

tinet fortassis locus Zach. 10. 2.

An, & quãdo statuis spiritus infundebatur? Sed quomodo loquebantur hæ statuæ? Erant in hâc sententia Ethnici, ut in dedicatione & consecratione infundi statuæ Deum, aut spiritum crederent, & hunc esse, qui per statuam loquebatur: & huc respexit *libr. de Idololatria* Tertulianus, cùm scripsit. *Rapere illas ad se dæmonia, & omnem spiritum immundum per consacrationis obligamentum.* Et sibi constans, *libr. de spectac.* ait *Dæmones operari in simulachris*: similia *libr. de Idolorum vanitate* habet Cyprianus: inquit enim: *Hi Spiritus sub Statuis atque Imaginibus consecratis delitescunt: hi afflatu suo Vatum pectora aspirant.* Minutius Felix: *Isti impuri Spiritus sub statuis & Imaginibus consecratis delitescunt.*

Cur ipse statuis ad ligaretur?

An sacrificulis secreta afflatu suo revelaverit?

Ex Dei permissione aliquando personas, domos, & statuas obsidet diabolus. At ego, sicut concedo posse permittere, & aliquando permisisse Deum, ut personæ, domus, & statuæ, obsideantur à Dæmone, nego obsideri à Dæmone eas omnes quæ dicũtur. Multa de Dæmonum virtute in statuis apud Veteres legimus; possibilia ómnia: at fortè in paucis vel in nullâ Dæmones sunt loquuti: non enim naturæ vires superat facere, ut Figuræ respondeant: nam ego sæpe illud exhibui: & nosco, qui statuas tales habeant. Et hodie Romæ in Mathematico Musæo P. Athanasij Kircheri est statua, quæ interroganti satisfacit. Artem in mea Mathesi tradidi: vox enim per fistulam immissa propellitur in longum spatium. Dicebat Cicero, *in Oraculis Delphicis aliquid non sinceri fuisse*: & debuisset dicere, *nihil sinceri fuisse*, nam si per fistulam loquebatur Sacrificus, fallebat peregrinos, qui ab Apolline expectabant Oracula.

An Dæmones sint loquuti in statuis?

An arte fieri possit, ut loquantur statuæ?

An vox per fistulã protrudi possit?

An nil sinceri fuerit in antiquis Oraculis?

NOTA B.]

Quomodo voces æquivocæ & latiùs patentes restringantur? Exod. 7. 1. Æquivocæ & latioris significationis voces, à circumstantiis consignificantibus, & non à Restrictione aliqua Mentali limitantur & determinantur. Inter præcipuas recensetur persona, & vox אלהים *Deus*, quæ subest ὁμωνυμίᾳ, restringitur à persona *de quâ*, quoniam, si de æterna & infinita dicitur, accipi debet propriè & realiter; si autem de temporaneâ, & limitatâ, impropriè & virtualiter. Vide *num.* 24. 26. & *seqq.*

Vocis אלהים *restrictio sumitur à personâ de quâ.*

Papinij

N O T Æ.

PApinij est illud Hemistichium, *Primus in Orbe Deos fecit timor.* Reges enim & Principes, qui coli voluerunt ut Dij, sævierunt in eos omnes, qui illis Divinos honores denegarunt: unde scitè nonnulli vocem Deus ἀπὸ τ̃ δέους, hoc est, *à timore* deducunt. Tibi autem *Deus*, à quo omnia sunt, *à dando* dicatur, ipse enim dat esse & persistere omnibus.

NOTA C.] *An, & cur Deus ἀπὸ τ̃ δέους, à timore dicatur?*

An potiùs dicatur à dando?

TAmetsi nesciant Critici, cur primus, qui *Cæsar* dictus, nomen indeptus sit, [vel enim sic vocari voluit, quòd cæso matris utero fuerit natus: vel ab elephante in pugna occiso, qui Maurorum lingua *Cæsar* appellatur; vel quòd oculis cæsiis, hoc est, glaucis fuerit præditus; vel à cæsarie, cum quâ natus, &c.] conveniunt tamen fuisse priùs cognomen familiæ Iuliorum solius proprium: & posteà quia Iulius Cæsar usurpavit Imperium, transivisse in Dignitatis titulum, ut jam omnes Imperatores *Cæsares* nominentur.

Etiam in multis regnis primi Regis nomen aut cognomen proprium, cæteris est appellativum. חם *Cham*, filius Noæ, ad Boreales regiones suos conduxit, & jam hodie apud Scythas & Tartaros quicumque Rex, *Cham* nominatur. A primo Rege *Sophi* Persiæ Reges appellantur *Sophies*. Et quia de Pharaone loquebamur, Grotium audire proderit, qui *in capit.* 12. *Genes. capit.* 15. sic inquit. [Pharaonis *nomen Ægypti Regibus mansit ad tempora Ezechielis, quem vide* 32. 2. *Fortè hinc insula Pharos commune nomen apud Herodotum uni datur* Φέρων. *Scribitur hoc nomen &* Φαραώθης, & Φερεθώνης.]

NOTA D.] *De nomine* Cæsar. *Vnde ortum fuerit?* Cæsar *elephas.* *An-ne proprium, an verò appellativum sit hoc nomen?* *An, & cur Imperatores hodie* Cæsares *nominentur?* *Quis fuerit Cham?* *Cur, & ubi Reges & Princeps vocentur* Chami? *Cur* Sophies *Reges Persiæ?* *Cur* Ptolemæi *Reges Ægypti?* Pharos *insula unde dicatur?*

SPiritus, qui in Hæreticis regnat, *Pharao* dicitur, ut *in c.* 19. *Isaiæ* habet S. Hieronymus, cujus verba produxi.

Scitè à Sancto Doctore cum Pharaone componitur: induratum enim fuit cor Pharaonis, & omnis profectò Hæresis à cordis duritie procedit. *In Psalmi* IV. *expositione* Augustinus. *Prima quidem hæresis in Discipulis Christi velut à duritie ejus sermonis facta est. Cùm enim diceret*, Nisi

NOTA E.] *Pharaoni similes sunt hæretici.* *Habent cor induratum.*

Durities nō erat in ver-

bis Christi, sed in illorum mente. quis manducaverit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit vitam æternam. *Illi non intelligentes dixerunt adinvincem.* Durus est hic sermo: qui eum potest manducare? *Et habetur, de conf. dist. 2.*

An ἀπιστία sit σκληροκαρδία? Sic loqui didicerat à Christo Hieronymus, nam ipse Marc. ult. 14. *τὴν ἀπιστίαν incredulitatem*, seu *infidelitatem*, *σκληροκαρδίαν*, *cordis duritiem* nominat.

NOTA F.] *Ostendit illo in loco Pater Reverẽdissimus S. Petrum eodem modo Simoni Mago respondisse, quo S. Thomas temporis sui Hæreticis.* IN Theolog. Fundam. Sic inquam [Vt Angelici Doctoris mentem bene intelligas, & eiusdem discipulorum sententiam bene capias, proderit legere, quæ de hac materia Reverendissimus & Eximius P. Magister Hyacinthus Libelli, Vir eruditissimus & ingeniosissimus, & inter cæteros Theologos Dominicanos Thomista severissimus, Romæ dictavit. Inquirit ergo Dubio IV. *Vtrùm cum scientia futurorum in Decreto Thomistico cohæreat libertas humana voluntatis?* & respondet his verbis, &c.]

Quis, & qualis sit Camoës? *ff*] D. Ludovicus de Camoës apud Lusitanos Poëta celeber, in versibus D. Constantino dicatis.

NOTA G.] *Romani Imperii magnitudo.* ILla verba, quæ proponuntur ibi, apud Virgilium *lib. 1. Æneid.* leguntur. Et sunt Iovis ad Venerem, quibus Romani Imperij magnitudinem luculenter exponnit: inquit enim.

Romulus excipiet gentem & Mavortia condet
Mœnia, Romanosque suo de nomine dicet.
His ego, nec metas rerum, nec tempora pono:
Imperium sine fine dedi, quin aspera Iuno,
Quæ mare nunc, terrasque metu, cælumque fatigat,
Consilia in melius referet, mecumque fovebit
Romanos rerum dominos, gentemque togatam.

NOTA H.] *Quid nomina* Fratres, *&* Liberi *significent?* PAtrueles *Fratres* nominavit Ovidius *lib. 3. Metamorph.* Et cur non dicentur isti *Fratres*, siquidem nepotes respectu eiusdem avi vocantur *Liberi.* Paulus, *ff. de gradib. affinit. leg. Iurisconsult.* ait, *Liberi vocantur usque ad trinepotem.* Callistratus *leg. liberorum, ff. de verb. significat*, consonat: inquit enim, *Liberorum appellatione nepotes*

nepotes, & *pronepotes*, *caterique*, *qui ex his descendunt*, *continentur: hos enim omnes liberorum appellatione lex duodecim Tabularum comprehendit.* Ergò, si omnes nepotes respectu Aui sunt liberi, inter sese erunt Fratres. *An liberi vocentur omnes posteri?*

i] Plautus *in Milit Scen.* 1. *act.* 1. dicuntur *Fratres*, qui sunt similes

k] Virgilius *lib. Æneid.* 12.

l] Ovidius *libr.* 3. *Trist. Eleg.* 11.

m] Quid mirùm, si, quando Cæli mugiunt, tonent boves? Virgil *lib.* 9. *Æneid.*

Increpuit: sequitur clamor, Cælumque remugit.

Nota MM.] Pythagoras statuit, ut eius discipuli priùs crederent, & posteà de re intellectâ disputarent. Et resolvebatur eorum scholatica Fides in illud Principium Ἀυτὸς ἔφα. *Ipse dixit.* Silentium eis præscriptum erat annorum quinque, & speciali nomine ἐχεμυθία [aliàs ἐχεμυθία] vocabatur, ut Suidas & Zenodorus referunt. Audi Laërtium: nam *libr.* 2. *cap.* 2. ait *In Pythagoræ scholâ quinquenne silentium indicebatur Auditoribus: quam* ἐχεμυθίαν *vocant, à cohibendo sermone: ne quæstionibus & altercationibus implicarentur: neque à temerariâ provocatione, sed à sobrio & attento silentio sapientiam auspicarentur.* *Pythagorea Doctrina ultima Resolutio.* *αὐτὸς ἔφα* *ἐχεμυθία.* *Cur sit Pytagoraeorum silentium dictum sic?*

Hinc prodiit celebre apud Græcos Adagium, quod Angelico Doctori adproprio; fuit enim σιωπηρότερος τῶν Πυθαγόρα πλεθέντων. *Taciturnior, quàm qui Pythagoræ sunt initiati.* Et Palladas hanc ipsam Pythagoræ ἐχεμυθίαν hoc celebravit Epigrammate. *Quàm taciturnus fuerit S. Thomas?*

Η μεγάλη παίδευσις ἐν ἀνθρώποισι σιωπή.
Μάρτυρα Πυθαγόρην τὸν σοφὸν αὐτὸν ἔχω.
Ος λαλέειν εἰδὼν ἑτέρους ἐδίδασκε σιωπᾶν.
Φάρμακον ἡσυχίης εὗρατος ἐυσαμβὲς.

Magna Eruditio inter homines silentium.
Testem Pytagoram sapientem ipsum habeo.
Qui loqui sciens docebat tacere,
Remedium quietis potens inveniens.

An eruditio ad bene tacendum requiratur?

NOTÆ.

NOTA N.] *Qualis fit S. Thomas? Scribit. Moritur. Canonizatur.*

RIcciolus *in Chronologia* [S. Thomas Aquinas natus anno 1224. ingressus Ordinem Prædicatorum cœpit scribere super Magistrum sententiarum anno 1254. obiit in monasterio Fossæ novæ 7. Martij anno 1274. annorum 50. relatusque inter Sanctos est à Ioanne XXII. Avenione & inter Doctores Ecclesiæ à Pio V. anno 1567.]

S. Thomas Hebraicè loquitur industria Marsicensis Episcopi. Cur fuerit vocatus Bos mutus?

De Boue muto agit P. Ferdinandus del Castiglio *in Histor. Gener. Ordinis S. Dominici part.* 1. *libr.* 3. *cap.* 13. & alij multi. Et Ego etiam *in Iudicio de libro contra Gentes, à Sancto Thoma Latinè edito, & ab Illustriss. DD. Iosepho Ciantes Marsicensium Episcopo in linguam Hebraicam converso art.* XIII. *num.* CXIII. *pag.* 39. *a.*

NOTA O.] *Quis, & qualis Bucerus fuerit? Ejusdem de S. Thoma doctrina Iudicium.*

ITa Pius V. in Bulla, Mirabilis Deus *expeditâ anno* 1567. Et Martinus Bucerus, Argentinensis olim Iudæus, Ordinis Sancti Dominici desertor, defecit ad Sacramentarios, & Luthero, non autem Zuinglio adhæsit: & Cùm argumentis ex D. Thoma desumptis urgeretur, & videret se illis respondere non posse, exclamabat, *Tolle Thomam Aquinatem, & ego illicò Romanam Ecclesiam dissipabo.*

NOTA P.] *Almaricus Hæreticus, à quo Almaricistæ dicti sunt.*

a] Dicere necessariò debebat Christianos peccare non posse; nam adquirunt in baptismo gratiam; & posteà quidquid fecerint, iis ad peccatum imputari nō potest.

HÆretici, qui S. Thomæ tempore perturbabant Ecclesiam, erant Almaricistæ, dicti ab Almarico, de quo Ricciolus. [Almaricus Carnotensis, Doctor Parisiensis, anno ferè 1284. negavit generationem & sexuum differentiam in statu innocentiæ futuram: Beatorum visionem intuitivam; Resurrectionem, Paradisum, Infernum, Transubstantiationem Eucharisticam, invocationem Sanctorum. [a] Prætereà dixit peccatum mortale si in Charitate fiat, non esse peccatum: Ideas mentis Divinæ fuisse creatas: mentes contemplantium aut Beatorum transmutari de *esse* proprio, & redire in illud *esse* ideale, quod habuerunt in mente Divina. *Patreolus Castrus.*]

Multa libenter de hoc sole Ecclesiæ dicerem, at nunc

diffundi,

diffundi, nec locus, nec tempus, nec occasio permittit. Interim, quia hæc folia à Viris ingeniosis legentur, hæc Apophthegmata, quæ inter alia in eius Vitâ inveniuntur, subscribam.

D. Thomæ Apophthegmata.

Quoniam (1) Interroganti, Cur tamdiu sub Alberto Magno siluisset? respondit. *Quia nondum habebam digna Alberto, quæ dicerem.* Didicerat hoc à Pythagoræis è quorum Scholâ fuit Poëta, qui cecinit.

Cur coram Alberto tacuerit?

Quanti faciendum sit silentium?

Σιγὴ ποτ᾽ ἐστὶν αἱρετωτέρα λόγου.
Ἐνίοις τὸ σιγᾶν ἐστι κρεῖττον τοῦ λόγου.
Ἢ λέγε σιγῆς κρεῖττον, ἢ σιγὴν ἔχε.
Silentium aliquando est melius loquelâ.
Aliquando verbis melius est silentium.
Sile, meliora-ve loquere silentio, &c.

Simile quid de Catone narratur; nam cùm adhuc puero vitio dabatur taciturnitas, ubi enim cum pueris exercebatur, non loquebatur, sed audiebat; & tandem obtrectatoribus respondit, *Tum demum hoc silentium abrumpam, cùm ea loqui potero, quæ sint indigna silentio.* (2) Quærenti, Quisnam inter doctos felicissimus esset? *Ille,* ait, *qui intelligit omnia, quæ legit.* Nisi enim omnes scientias & Artes exactè calleat, nemo poterit intelligere omnia, quæ legit. (3) Petenti, Cur tantâ diligentiâ, & assiduitate studeret? respondit, *Ne mei discipuli decipiantur.* ut Præceptores discant, aliter impallescere chartis debere, qui sibi, & aliter, qui discipulis studet. (4) A quâdam matronâ reprehensus, quòd cùm natus esset ex fœminâ, nimiùm tamen fœminas devitaret. *Hæc ipsa,* respondit, *causa est; vito fæminas, quia sum natus ex fæminâ.* Si enim esset ex ferro, posset sine periculo conversari cum fœminis: at quia ex carne & ossibus compingebatur, humanæ fragilitatis conscius, debebat pericula universa vitare. (5) Sorori, Quid, & ubi Paradisus esset? *Vtrumque,* inquit, *bene intelliges, si te dignam Paradiso præbueris.* Et bene; nam ad Paradisi notitiam, non speculando, sed legem Dei observando, venitur. (6) Consulentibus, quî fieri posset, ut non errarent? Respondit.

Cur illud Vticensis Cato, etiam puer, observaverit?

Doctorum omnium felicissimus.

Quantâ Magistri debeant diligentia studere?

An, & cur fœmina vitanda sint?

Quomodo scire poterimus, quid & ubi sit Paradisus?

Quid sumus facturi, ne erremus?

Ita

Ita singula agite, ut rationem præbere possitis, cur ita faciatis. Nam, sicut bene rem intelligit, qui potest reddere rationem sui sciti; sic, & qui poterit rationem reddere sui facti, censendus est rem bene fecisse. Tandem (7) amicitiæ studio S. Bonaventuram invisurus, cum in S. Francisci vitâ scribendâ occupari rescivit, noluitque pium eius studium interpellare, sed discessit dicens, *Sinamus Sanctum laborare pro Sancto.* Et monet universos, ne amicitiæ aut urbanitatis gratia majoribus rebus occupatos perturbemus amicos.

Quando amicos visitare possimus?

NOTA Q.] *De lingua Hebraica, Arabica, Syriaca, aut etiam Hispanica punctis. De literis Hispanicis ç, ñ, & i.*

PVncta in Hebraica lingua sunt vocales: at in Arabica, ipsarum consonantium sunt partes: nam unus & idem character, si unum, duo, aut tria puncta habeat, & si hæc inferiùs aut superiùs notentur, indipiscitur diversam potestatem. Habemus aliquid simile in lingua Hispanica: nam literæ *c* & *n*, additis punctis sunt *ç* & *ñ* & habent potestatem diversam, ut patet in subiectis nominibus.

Marco. *Marcus.*	Março. *Martius.*
Nino. *Ninus.*	Niño. *Puer.*
Mana. *Manat.*	Maña. *Industria.*
Cano. *Canus.*	Caño. *Tubus.*

Idem character, Commati Latinorum simillimus, si inferiùs habeat punctũ, est D. dolath, & si superiùs R, &c.

Sic nec punctum est ociosum suprà *i*, nam in manuscriptis tam i, quàm *r*, ut *s* aversum pingitur, & punctum additur, ut ille character sit *i*, & distinguatur ab *r.* &c. Etiam in lingua Syriaca puncta literarum sunt partes: nam *d* & *r* sunt similes Latino commati: & punctum, si subscribatur, aut superscribatur, distinguit, &c. Sic apud Abrabes parva lineola & simillima *i*, si habeat punctum infra, est B; si supra, est N. Et, ut hoc bene intelligas, ductus linearum & puncta nominum sequentium considera.

Beni.

N O T Æ.

بني Beni. *Filius meus.*

نبي Nebi. *Propheta meus.*

Ecce characteres sunt iidem, puncta eadem,& solo loco illorum variato, textum Psalmi ingeniosâ perfidiâ Mahomedani corrumpunt. Et, ut illorum impietatem cognoscamus liquidiùs, lineas sequentes subscribamus. Vide *n.* 213. *b.*

Beni in Nebi solâ punctorum mutatione convertitur.

Lingua Turcica, & Persica Idiomatis Arabici dialecti sunt, & etiam utuntur characteribus Arabicis, & sic etiam in ipsis mutatione unîus puncti vocum prolatio & significatio alteratur. Petrus della Valle *in suâ Persicâ peregrinatione, Epist.*14. *datâ* 24. *Septembr.* 1621.*pag.*251. §.12. Phœnicem asserit *Cygnum* Persicè dici, & rationem nominis à solâ transpunctione deducit: inquit enim,

De Turcarum & Persarum dialectu.

An Phœnix, & Cygnus sint idem?

Andai a visitare un certo Mir Muhammed huomo principale di Sphahan e vecchio; il quale ci mostrò il becco di un vecello, che essi tengono, che sia la famosa Fenice; *e lo chiamano, in Persiano* Cocnòs. *Ma io dubito, che nel nome s'ingannino; e che* Cocnòs *veramente sia il* Cigno. *Perche, se nella parola Graca* κύκνος, *significatrice di* Cigno, *si leggerà la* y *con suono mezo tra* o *&* u, *come facevan gli antichi; e la* k. *si pronuntierà alla Graca, come và; rappresenterà a puncto con lettere nostre,* Cocnos. *Ouero, se pur non s'ingannano, potrebbe esser, che hauessero corroto il nome della Fenice, con un poco di cambiamento, e di traspositione di lettere, in questo modo. Le vocali, gia V. S. sà, che nella scrittura Araba non si scriuono; onde è, che ciascuno facilmente le cambia, e pronuncia come gli piace. Delle consonanti, che sole han luogo nella scrittura, le due lettere* Fe, *e* Caf, *hanno una medesima figura, che è un capetto rotondo, e non con altro, si fan differenti frà di loro, che co i punti sopra, de quali la* Fe *ne hà un solo, e la* Caf *ne ha due, ma i due da chi scriue in fretta bene spesso son confusi in uno, attaccandogli insieme, e distinguendosi dall'uno semplice, solo con esser piu, o manco grosso: di che se ne rimette la cognoscenza ad discreto Lettore; il quale, se*

Quaenam avis apud Persas sit Cocnòs?

Y *sonat inter* o *&* u.

De prolatione litera K.

Vocales apud Arabes non scribuntur.

Arrogat sibi unusquisque licentiam illas proferendi suo modo.

De litteris Fe *&* Caf: *Quomodo distinguantur?*

An interdù coincidant?

De literà Nun. *Solà unici puncti mutatione* Be *in* Nun *conuersi, ostendimus, cùm voces* Beni *&* Nebi *exponebamus.* *Carent Arabes literà* X. *loco ipsius scribunt* C S. Fenics *idē ac* Phœnix *Solà punctorum mutatione trāsit unum nomen in alterum.* N: B. Sed ubi reperitur Phœnix: Europæi fingunt eum in Arabia, Arabes in Indiâ: & Indi alibi: unde scitè D. Franciscus de Quevedo exclamat, *Que solo saben su nido las fabulas y mentiras.* *Petrus, Syrus, mutat nomen, & apud Mahometanos* Scander, *hoc est* Alexander *vocatur.* *An al in voce* Alexander *sit articulus?*

benperito nella lingua, bene spesso anche si può ingannare, o pigliarne uno per altro. In oltre la lettera Nun, *in mezzo alle parole, è un solo denticello, con un punto sopra; che essa ancora, per errore, facilmente può degenerare nel capetto rotondo della* Fe, *e della* Caf. *Hora i Persiani, volendo scriuer con lettere Arabiche il nome della Fenice*, Phœnix, *come vien detto da i Greci, e da i Latini, lasciando le vocali conforme al loro uso, doueuano scriuer quattro lettere consonanti, cioè*, Fè Nun, Caf, *e* Sin, *perche non havendo essi la lettera* X, *in vece di quella, della* Caf, *e della*, Sin *insieme, si seruono: & in tal guisa haverebbono letto giustamente* Feniès, *con che* Phœnix *è tutto uno. Ma, ò per fretta, o per imperitia de gli scrittori, cambiatasi la prima lettera* Fe *in* Caf *ad essa molto simile; e la* Nun *con la* Caf *del terzo luogo, come quelle che anche frà di loro si assomigliano, traspostesi insieme, e mutatesi di luogo; in vece di scriuer* Fe, Nun, Caf, *e* Sin, *hanno scritto* Caf, Caf, Nun, *e* Sin, *e leggono* Cocnòs; *con applicatione di vocali diverse, confondendo anche per ventura i due nomi della* Fenice, *e del* Cigno, *tutti in uno. Comunque sia, i Persiani hoggi credono, che il* Cocnòs *sia la* Fenice, *e cosi l'hò veduto io interpretato ne i lor libri, & in tutti i Vocabularij piu famosi.*

Et idem Author *ibid. Epist.* 16. *datâ* 27. *Iulij*, 1622. edisserit nomen *Alexander* his verbis.

Il giorno appresso poi, che fu il di San Giovanni, cavalgando io la mattina pur verso la citta con desiderio di haver destramente qualche nuova del mio Giovanne Portoghese, &c. non essendo ancora arrivato alla porta della Città, lo incontrai a cavallo, che veniva verso doue io staua alloggiato per vedermi; insieme con *quel* Petròs *Siriano, che in Lar mi diede la noua della morte de miei parenti di Baghdad: il quale hora in Sciràz, fra Mahomettani, con altro diverso nome (il che non mi dà di lui buon segno) vien chiamato* Scander, *che vuol dire* Alessandro: *E per non tacer, ne anco del suo nome interpretato, la raggione; sappia V. S. che da questo nome, nel modo che i Latini lo proferiscono.* Alexander, *toltane i Persiani, & i Turchi la prima sillaba* Al. *quasi che al lor*

-*lor parere sia Articolo Arabo* della *parola*, *und nelle lor lingue, che non usan gli Articoli, se ne possa far dimeno; e nella lettera* X, *che essi non hanno, e solo possono rappresentare con le due* C S. *insieme, fatto per ignoranza, o per facilità a loro di pronuntia, un* ὕστερον πρότερον *come dicono i Graci, ò una figura di ordine stravolto, mettendo l'* S *in anzi al* C; *e proferendo ciascuno le vocali, che non son lettere, ne si scrivono a suo modo; vengono perciò a pronuntiar* Eskander, *o piu naturalemente* Eskiander, *come i letterati de Turchi, e de Persiani; o vero senza la* E *in principio* Scander *semplicemente secondo è più commune di accorciarlo al volgo degli uni, e de gli altri. Quando occorron punti di eruditione, non mi posso tenere, di non fare qualche digressioncella per dar luce delle cose à i Curiosi.*

Quomodo litera X, sit proferenda? An sit SC, & non CS? Quid ὕστερον πρότερον sit apud Graecos? An Alexander ille Esxander, an Esxiender, an verò Scander Arabicè vocandus sit?

IN Ptolemæi patriâ similem parallaxim reperio. Ioannes Bapt. Ricciolus in Chronol. pag. 240. *Claudius Ptolemæus Pheluldensis, Astronomiæ, Geographiæ, & Harmonicæ Princeps, observabat sidera Alexandriæ sub Hadriano & Antonino Pio: obiitque anno Christi* 147. *annorum*. 78. Et Lucas Gauricus in literis ante Almagestum ad Dominicum Pallavicinum sic inquit. *Claudius noster Ptolemæus, Pheludiensis, Mathematicorum omnium, quot fuere, quot sunt, & quot posthac aliis erunt in annis facilè Princeps*, &c. Cardanus in proœmio ad Ptolemæi Quadripartitum appellat illum *Pelusiensem*, dictumque *Alexandrinum*, quod Pelusium ab Alexandriâ parùm distet. At Maginus in Comment. ad Geographiam Ptolemæi notat Pelusium distare ab Alexandriâ milliarib. 160. Princeps Albuguates *in lib. de scientiarum electione, & verb. pulchritudine*, qui Almagesti vetustæ translationi operâ Petri Liechtesteinij Coloniensis Veneriis 1515. editæ præmittitur, affirmat Ptolemæum ortum & educatum fuisse Alexandriæ, eiusque propaginem esse de terrâ Sem, & de Provinciâ, quæ dicitur Peludia, nec fuisse unum è Regibus Ægypti, qui vocati sunt *Ptolemai*, esto habuerit tale nomen. Ergo, quia Albuguates Historiographis aliis præfertur,

Cujas fuerit Ptolemæus? Peludiensisne, an Pelusiensis? Quando floruerit? Cur dictus fuerit Alexandrinus? Quantum distent Pelusium & Alexandria? Ἀλβουγυάτης Regulus, Arabicè claret scriptu. De Provinciâ Peludiâ.

Vnico solo puncto Ssad & Dsad, Arabum literæ differũt inter se.

tur, Ptolemæus *Peludiensis*, & non *Pelusiensis* dicendus est.

Sed unde prodiit hæc in libris Latinorum & Græcorum varietas? Quia unus & idem character vocatur *Ssad* & *Dsad*. & sine puncto sonat *S*, & puncto superposito *D*. Ergo, quia punctum quod notari super literam debuit, in nonnullis manuscriptis exemplis omissum est, *D*. transivit in *S*. ac propterea *Peludium* in *Pelusium*.

An, & cur Patriarcharum, & aliorum Hebræorum nomina in Alcorano fuerint defigurata? An hæc nomina ex Impostoris malitiâ corrũpantur?

Asserit Pfeiffer: sed non percipio hac mutatione potuisse aliud eũ indipisci, quàm prodere suam ignorãtiam. Et hanc ob rem contrariã opinionem amplector, & hãc varietatẽ, quæ nimia profectò videtur, à solâ punctorũ variatione provenisse assevero.

HInc mirari Viri Eruditi desinent, cùm in Alcorano legant historias ex Sacrâ Scripturâ desumptas, & observent in ipsis, ita nomina propria transfigurari, ut nec priorem sonum aut significationem retineant. Audi Augustum Pfeifferum, qui *in Fascicul. dissert. Philol.* 4. *de Alkorano. thes.* 31. *pag.* 81. sic inquit. [Hîc itaque speciminis loco perstringemus Sycophanticam illam nominum propriorum interpolationem Muhammedi nimis familiarem, quippe quæ vaferrimum Impostoris ingenium satis arguit. Kain & Abel, ipsi *Kabel* & *Abel*, Goliat & Saul ipsi *Galuth* & *Taluth*, Gog & Magog, Ipsi *Tagog* & *Magog*, Angeli confusionis linquarum *Harut* & *Marut*: scilicet ὁμοιοπτώτως ἕνεκα voculis ludit, non aliter ac pueri nucibus. Porrò Enoch ipsi vocatur Esdris, Eber *Hud*, Peleg *Zelach*, Iethro *Schoaib*, Elisæus *Iasin*, Esdras *Ozair*, Iohannes *Iahia*, Iesus *Isa*, ut passim in Historiâ Orientali ostendit Cl. Hortingerus. Studio nugas egit Agyrta, ut fumos suos hominibus venderet.] Hucusque Pfeiffer.

Sanè discrimen in his propriis nominibus nimium est: & forté non tam à Pseudoprophetæ malitiâ, quàm à negligentiâ Exscriptorum. Et ante probationem duo suppono.

Conveniunt in consonis Arabes, sed vocales satis libere mutant.

Primum Orientales non esse valde solicitos de vocalibus: qui enim in tota Europa *Mahomet* dicitur, in Asiâ nominatur *Muhamed*.

Literas, quæ habent simi-

Secundum eosdem in literarum similium prolatione minimè convenire, alij enim v. gr. D. more Germanico tam

tam durè proferunt, ut sonet T. & alij contrà ipsum T more Hispanico tam suaviter pronunciant, ut sit D. Hinc est, ut apud multos S sonat Z, & G sonat Ch. aut etiam contrà: unde quas Maurisci in Hispánia nominabant *Meschitas*, in Asia *Mesgidas* Saraceni nominant.

lem ferum confundunt.

His præmissis singulorum nominum transfigurationes recognoscamus: ostensuri, si non, quo evenerunt eæ modo, saltem quomodo potuerint evenire.

Kain, in Alcorano *Kabel*] de literis *Nun* & *Be*, jam diximus: sunt eiusdem figuræ, & denticulum referunt, si superscribas punctum, habes N: &, si subscribas B.

Habent idē corpus & distinguuntur solis punctis, in Arabicâ linguâ.

Ab aliquibus *Abel* vocatur *Chabel*; nec miror; sunt enim in Arabica lingua tres literæ similes, videlicet quinta, sexta & septima: si nullum punctum purus character habeat, erit *Hha*; si unum subscribat, erit *Gim*; si superscribat, erit *Cha*. Ergo *Hhabel* additione unîus puncti transire potuit in *Chabel*, aut *Kabel*.

Nun & Be. Hha, Gim, & Cha.

Goliat, in Alcorano *Galuth*.] Tantùm vocales sunt mutatæ.

Saul, in Alcorano *Taluth*.] Vnus & idem character tertiam decimam, & quartam decimam Alifbeti literam repræsentat: sine ullo puncto est *Ssad*, & cum superposito est *Dsad*, aut *Tsad*. Ergo *Ssaul* in *Tsaluth* punctorum mutatione transivit.

Ssad, & Dsad, aut Tsad.

Gog, in Alcorano *Iagog*.] est tantùm vocalium discrimen.

Enoch, in Alcorano *Esdris*.] Sunt similes vigesima-quinta & undecina litera. Vtraque subest puncto: & illa nominatur *Nun*, hæc autem *Zain*, quæ ut *sdr*, sono mixto profertur. Consultò scripsi *mixto*; nam litera *Zain* apud Hebræos & Arabes est obscuræ & difficilis pronunciationis. Qui à nobis *Esdras*, ab Hebræis עזרא, *Ezra* dicitur: Ergo Interpres antiquus literam *Zain* vocabat *Sdain*, & proferebat ut *sd*. Indi etiam eamdem literam ita proferunt, ut non sciamus, aut fortè non possimus

Zain, & Nun.

Quomodo proferatur nomem עזרא; An ז sit *Zain*, an *Sdain*?

eius ſonum Europæis characteribus repræſentare. Audi Petrum della Valle, qui *in ſuâ Indiâ Epiſt.1. datâ Surati 22. Martij 1623. pag.8. n.16. in fine* ſic inquit. *Veduta la peſchiera ſeguitando a caminare innanzi, ci andammo ad unir con la caſila in una villa dove eſtava alloggiata ſette* [a] *cos lontano da Ahmedabâd, che ſi chiama* Barigia, *o vero* Bariza; *perche gli Indiani nel parlare confondono molto inſieme queſte due lettere*, G *&* Z, *& io, che la loro lingua non sò parlare, non che leggere e ſcribere, non poſſo però della lor propria e vera pronuntia dar ſottil giuditio.*

a] *Dolicos* continet 1500. paſſus. Conſule noſtram Geodæſiam. *art. 2. pag.* 351. *num.* 298. Videtur idē eſſe *Cos Indicū.* Petrus della Valle *in Indiâ ſuâ Epiſtol. VI. pag.* 216. [Vn *Gau* coſta di quattro *Cos*, e corriſponde a due leghe Portogheſi.] Ergo, ſi Luſitanica leuca paſſus 3000. percurrat, *Cos* habebit 1500. paſſ.

An litera Zain *in Indiâ ſono medio inter* G *&* Z. *proferatur?*

Eber, in Alcorano *Hud.*] Ab ipſamet Hebraica lingua fuit varietas deſumpta; nam ב, *veth*, dicitur ſonare V. & ד, *daleth*, & ר *reſch.* Sunt tam ſimiles literæ, ut Syri, ne confundantur, priorem ſuppungant, & poſteriorem ſuperpungant.

Dolath *&* Reſch *Syriaci characteres.*

Peleg, in Alcorano *Zelach*, aut *Celach*] Vigeſima, & vigeſima-prima litera uno & eodem charactere pinguntur: differunt autem punctis, nam ſi unum ſuperſcribat, erit *Pe*, aut *Fe*; & ſi duo, erit *Cof.* Ergo, quia duo puncta notarunt, ubi deberet unicum, *Peleg* tranſivit in *Celach.*

Cof, *&* Pe, *aut* Fe.

Ietro, in Alcorano *Schoaib.*] Quinta decima & quarta decima inter ſe, nec non decima & ſecunda ſimili charactere finguntur, & ſecernuntur notatione punctorum; *Dſad* aut *Tſad* ſupra ſe punctum poſtulat, & *Sad* aut *Schad* puncto caret: *Re* & *Be* etiam ſunt ſimiles, ſed hæc ſubſcribit punctum, quo illa caret.

Dſad *aut* Tſad, *&* Sad *aut* Schad. Re *&* Be.

Eliſæus, in Alcorano *Iaſin.*] Primam Syllabam putavit Author Alcorani eſſe articulum, אל: & ideò omiſit illam, nam articuli ad nominum ſubſtantiam non pertinent.

Articulus non eſt pars nominis.

Ioannes, in Alcorano *Iahia.*] Hoc nomen etiam in aliis linguis per compendium ſcribitur; nam Hiſpani ſcribimus *Iu°*, & legimus *Iuan*: & Itali ſcribunt *Gio*, & legunt *Giovane.* Ergo, licet Arabibus ſimile compendium, dum legunt aut ſcribunt, admittere.

De ſanctiſſimo nomine Ieſu.

Ieſus, in Alcorano *Iſa.*] Illud *us* quod omittitur, à Græcis,

cis,

cis additur, ut nomen Ἰησοῦς casus subeat. Hebraicè scribitur ישוע : ἰησοῦα : & quia ע apud Orientales sonat *i*, erit *Iisua*, vel *Isa*.

Stat ergo totam, quanta est, nominum propriorum differentiam à punctis provenire potuisse, & in his Viros etiam doctos adlucinari experientia testatur. Hæ voces זכר & חלב multis controversiis occasionem præbuerunt; nam *ZaKaR* est *masculus*, & *ZeKeR*, *pestis* : & etiam *HaLaB* est *lac*, & *HeLeB*, *adeps*. Audi Fullerum, qui *in Miscell. Sacris. lib. 7. cap. 7. pag. 631.* vocem חפלין, exponens sic inquit. [Nec audiendus Elias cum suis, qui à פלל, deducendum asserit : siquidem fefellit Eliam *Iod* post *Pe* olim collocari solitum : id enim loco *Chirik parvi* positum putavit : quum ipsius *Sceva* potiùs (ut sæpe usuvenit, quoties sine vocalibus scribitur) vicem gerat : quod *Dagesch* geminandi vim habens, deinceps sequi non patitur. Atque istud ex Idiomate Syriaco constare poterit, &c.]

Resolutio.

In punctis sæpe eruditi homines adlucinantur?

Error Eliæ.

VOces Προφητεία, & Προφήτης, à verbo προφητεύω, *vaticinor* proficiscuntur. Est autem Prophetia, Divina inspiratio, rerum futura immobili veritate denuncians secundum S. Thomam 2. 2. *quæst.* 17. *art.* 3. Cassiodorum, & alios. Hebraicè dicitur נביא; *Nabi*; Προφήτης & נביאה: *Nabiáh*, Προφῆτις : & נבואה; *Nabuháh*; Προφητεία.

NOTA QB.]

Quid Prophetiæ, & Prophetæ nomine intelligatur?

Fortè in Censurâ illâ contra Muhamedem, & eius Interpretes datâ excessisse videbor; non enim impietatis incriminandi sunt, ut putas, quòd Christum *Nebi*, seu *Prophetam* vocaverint. Et respondeo, duo in illo textu Arabico ex punctorum elocatione provenire : alterum, negari Christum esse Dei Filium, in illo *hodie* Æternitatis per intellectum Patris genitum : alterum, affirmari Christum esse Prophetam : & assero utrumque, sensu ab illis intento, esse sacrilegum. Concedis, impiè negari Christum esse Dei filium : negas tamen impiè dici Prophetam. Et fatebor non posse in linguâ Latinâ impietatem ostendi; at posse in Græcâ; immò etiam in cæteris,

An errent Mahometani asserendo Christum fuisse Prophetam?

Negant Christum esse Dei filium.

Multa Articuli exprimunt, quæ sine illis explicari non possunt.

quæ

Si Ioannes erat Propheta, quomodo poterat sine mendacio dicere, se non esse Prophetam?

Ioannem vocat Prophetam non solum Zacharias, sed & Christus Luc. 7. 26. Quid existis videre? προφήτην; Prophetam? utique dico vobis, καὶ περισσότερον προφήτου plus quàm Prophetam. (abundantius Prophetâ)

Quid importet apud Græcos Articulus? Quid apud Hispanos? Προφήτης, & ὁ Προφήτης differunt.

quæ cognoscunt & admittunt articulos. Sanè *Ioann.* 1. 19. miserunt Iudæi Sacerdotes & Levitas ad Ioannem, ut interrogarent, *Tu quis es?* Petunt. *Elias es tu?* & negavit; non enim ipse erat Elias. Pergunt, & ajunt. *Propheta es tu?* & respondet, *Non sum.* Et ego hic hæreo. Annon Ioannes Propheta fuit? Zacharias *Luca* 1. 76. Sancto plenus spiritu cecinit, dicens, *Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare viam eius.* Ergo, si certum est, Ioannem fuisse Prophetam; quâ ille sinceritate aut veracitate respondit, se Prophetam non esse? An aliquâ usus fuit Restrictione Mentali, ut se à mendacio eximeret, & viam aperiret junioribus, ut pura mendacia prætextu Restrictionum obtruderent. Minimè. Quid ergo? Attende.

Iacobus Gretserus *in Institut. ling. Græc. cap. 2. mihi pag.* 16. [Vsurpatur (articulus) plerumque à Græcis, cùm rem certam & definitam significant. ἀπόδος μοι τὸ βιβλίον. *redde mihi librum*, nempe *illum certum*: ὁ ἄνθρωπος ἦλθε. *venit homo*, non *quivis*, sed *certus*. Sic ὁ ποιητής, *ille Poëta Homerus* scilicet, qui propter excellentiam commune Poëtarum nomen fecit suum.] Sic etiam apud Hispanos aliud est *Da me un libro*, & aliud, *Dame el libro*: aliud est *Vino un hombre*, & aliud *Vino el hombre*: & tandem aliud est, *Esto dixo un Poeta*, & aliud *Esto dixo el Poeta*. Ergo aliud erit Προφήτης, *un Propheta*, & aliud ὁ Προφήτης, *el Propheta*. Et quidem ὁ Προφήτης, *el Propheta*, per excellentiam Christus dicitur, & quicumque ex aliis non vocatur ὁ Προφήτης, sed Προφήτης; Dicam Hispanice. *Solo Christo el Propheta, y qualquiera de los otros, es un Propheta, no el Propheta.*

Et apud Hispanos un Propheta, & el Propheta non sunt idem.

Ioannem Προφήτην Zacharias, non autem τὸν Προφήτην nominat.

Modò, An Ioannes mentitus sit videamus. Erat Προφήτης, sed non ὁ Προφήτης. Hispanicè, *era Propheta, pero no el Propheta.* Audi Zachariam, quæ enim paulò antè Latinè dixerat, reponet Græcè. Ad Ioannem conversus sic inquit. καὶ σὺ παιδίον, Προφήτης ὑψίστου κληθήσῃ· προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου Κυρίου ἑτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ. *Et tu puer* Προφήτης (*non* ὁ Προφήτης) *Altissimi vocaberis*, &c.

Quid Ioannem Sacer-

His præmissis jam poterimus verba Sacerdotum & Levitarum

vitarum intelligere, & reſponſum à Ioanne datum adſequi. Dicebant illi. ὁ προφήτης εἶ σύ; *Eres tu el Propheta?* ergo non petebant, utrùm eſſet Propheta? ſed utrum eſſet ille certus & determinatus Propheta, qui *Meſſias* dicitur, & à Iudæis exſpectabatur. Et Ioannes ſine ullâ Mentali Reſtrictione, rotundè reſpondit, οὐκ εἰμί. Non ſum. *No lo ſoy.* Ergo in reſponſo nulla ſuſpicio invenitur mendacij.

dotes & Levita, à Iudæis miſſi, interrogaverint?

Et quid Ioannes negaverit?

Et hinc ad Muhamedi Alcoranum. Chriſtum, quem eſſe Dei Filium negavit, cum προφήτην, & non τὸν προφήτην, Hiſp. *que es Propheta, mas no, que es el Propheta*, dicit; ut iterum excellentiam ei neget, & concedat prærogativam Prophetis univerſis communem. Sunt ergo Muhamedani ſacrilegi, cùm, quia Sacram Scripturam corrumpunt, & Chriſtum negant eſſe filium Dei: cùm, quia ſine articulo illum Prophetam vocant, quo ſenſu, ſe eſſe Prophetam, nunquam negaſſet, D. Ioannes.

qq] Verba quæ ibi ponuntur, ſunt Philonis *de migratione Abrahæ*: Etiam prophetam *videntem* vocat Ioannes Franciſcus Picus Mirandulanus: ſcribit enim, *Prophetia ab eo dicta eſt, quia videret, & maximè futura à ſeipsâ prædicaret.* Ita *de Prænotione lib* 2. *cap.* 1. & poſteà *cap.* 2. adhuc clariùs. *Prophetam conſtituit illuſtratio mentis, & occultorum ſuperna revelatio, etiamſi exteriores notas non viderit; & qui profert futura, etiamſi neſciat, quid proferat.*

Prophetæ videntes *nominantur: & cur?*

Quid requiratur, ut aliquis nominetur Propheta?

Et hîc obiter nota, ſicut vocem אלהים *Deus*, ſic etiam נביא *Propheta*, bifariam ſumi, propriè, & impropriè: & per perſonam *cuius* reſtringi: Propheta proprie dicitur, qui Realis Dei: & Propheta Virtualis, qui Dei Virtualis. Et hæc contractio & determinatio, quæ à perſonâ *cuius* deſumitur, à nullâ Mentali Reſtrictione dependet. Vide iterum *num.* 27. 29. & *ſeqq.*

Nomen Propheta *poteſt ſumi dupliciter: propriè, impropriè.*

Quomodo reſtringatur?

r] Ioannes Chryſoſtomus *homil.* 10. *in cap.* 5. *Matth.* & ubi ego *Angelicis* volui dicere, habet *Propheticis*.

NOTA S.] *Libri Authorũ sunt liberi.*

Libri dicuntur quasi *liberi*; quod & mens illos & concipiat & pariat. Plato *in Epist. libr.* 7. Tametsi in linguâ Græcâ nulla sit vocum similitudo ait.*libri liberis chariores sunt parentibus, quantò mentis filij sunt præstantiores quàm corporis.* Consonat Lipsius, qui suarum Epistolarum Centuriam I. Prætori, Consulibus & Senatui Reipublicæ Vltrajectinæ dedicat, & claudit suum discursum dicens. *Epistolas meas, nouum & veterem Ingenij partum, novum dispositu, compositu veterem, partum profectò, infirmum & informem, & quem per diuturnum hoc morbi tædium, nec fingere, non polire mihi mens: quemque abiecisse potius videor, quàm peperisse: Vos ei Tutores, imò Patres aduoco: tangite, tollite, expositam hanc prolem & inprimis Auctoritatis vestræ scuto defendite contra maligni liuoris dentem. Ita Deus vos & vestram Vrbem*, &c.

Vtri chariores libri, an liberi?

An scriptores libros pariant?

An Mecænates librorum debeãt esse tutores?

An eiusdem Authoris libri sint inter se fratres?

Si eiusdem Scriptores libri, sunt eius liberi, erunt inter se fratres. Assentitur Ouidius *lib. 1. Trist. Eleg.* 1. & *lib.* 3.*Eleg.* 1. de libris enim, qui erant simul in Tabulâ ait.

Aspicies illic positos ex ordine fratres.

NOTA T.] Φιλοσοφία dicitur à φίλος, quod est amicus, & σοφία, quod est sapientia. Augustin. lib. 4. de Civit. Dei & lib. contra Academic. Boëtius in Arithmet, & alij.

Philosophi ab amore & à scientiâ dicuntur, nec enim hæc ab illâ, aut ille ab istâ separatur. Qui docti sunt, omnes doctos amant & venerantur; qui autem inuidi, *nolunt intelligere, ut bene agant.* Et ubi nonnulla pulchra occurrunt, cœcutiunt, ne laudare cogantur: & quia ex actibus nascuntur habitus, & ex ignorantiis voluntariis nascitur consuetudo, & ignorandi necessitas, retunditur & obcœcatur Inuidentium spiritus, & in Veritatis cognitione recurrit. Laborant viri docti, & proficiunt: Laborant Æmuli, & deficiunt. Laborant sanè, quoniam, ut Comes de Rebolledo acutè cecinit.

Impallescũt chartis, ut ignorent Veritatem Hæretici.

Estudian, para ignorar,
Mas, que otros para saber.

Quò magis laborant, minus sciũt.

Et laborando deficiunt, quoniam Menedemus dicebat asserente Plutarcho *in Moralib.* multos nauigare Athenas, qui primum essent sapientes deinde fieri Philosophos

(id

(id est, sapientiæ studiosos) deinde Rhetores, postremò Idiotas.

VErbum ילד, Ialad, *generare* est, non *educare*; & ideò hanc secundam significationem, alij falsam, & à Muhamedanis fictam, alij insolentem & ignotam appellant. Golius *in Lexic. ad Radicem.* ולד *valad*, nouam illam vocis *beni* & *nebi* mutationem (quâ grauare Christianos Muhamedani conantur) ridiculam accusationem esse affirmat. Vide *notas Miscell.ad Port.Mos.pag.* 318.

NOTA V.] *Arabes, ut impietatem suam tueãtur, Radicis* ילד, *Ialad, significationem pervertunt.*

VErba illa, *quod longè absit à Deo*, male per modum Optatiui aut deprecatiui ponuntur: formalitas enim, de quâ agitur, quæcumque illa sit, vel perfectionem meram dicit, vel aliquam imperfectionem involuit. Si primum, est identicè in Deo; si secundum longè abest à Deo: & nulla est, aut concipi potest, quam *ut longè absit à Deo* optare Orthodoxi possimus.

NOTA X.] *Ab homine Saraceno & rerum Divinarum imperito verba illa per modum Optativum dicuntur.*



CENSVRA

REVERENDISSIMI D.

DOMINICI PLATI, ABBATIS

Disenbergensis, & in Episcopatu Campaniensi

Vicarij Generalis, &c.

Pierius Valerianus *lib.* 54. pag. 527. F. Idem *lib.* 41. pag. 395. C.

SACERDOTES Ægyptij, qui à Priscis profundioris doctrinæ habiti Præceptores, duobus Veracitatem Symbolis exprimebant, quæ proderit considerare. Erat simplex, & primum, *Pomum Persicum adhærescente folio uno tantùm*: erat secundum, *Vir, qui cor ex guttere appensum gestabat*. Et (ut ipsi exponebant) quia Pomum illud Cordis, & folium linguæ refert speciem, hoc nos monebant ἱερογλυφικῶ, ita connecti debere linguam Cordi, ut nulla intersit differentia aut distantia. Et quia præsagiebant, futuros olim aliquos, qui hoc symbolum de Corde clauso & inviso intelligerent, eorumdem argutiam præoccuparunt, Cor collo humano in altero Symbolo appendendo. Vt vel hinc doceremur, Cor illud, quod ob oculos ponit Veracitas, non esse aliquem Mentis actum, Soli Deo cognitum, quod exerceat in verba, restringendi tyrannidem; sed esse Cor patens, per consignificantem circumstantiam in oculos omnium incurrens. Hæc est Veracitatis vera effigies. Et quia illam hæc Απλότης ingeniosè dilucidat, digna videtur, ut quæ gravissimis difficultatibus lucem est præbitura, in lucem exire permittatur. Sic sentio, saluo, &c. Romæ 4. Calend. Febr. M DC. LXXI.

Imprimatur,

F. HYACINTHVS LIBELLVS S. Palatij Apostolici Mag. Ord. Præd.

IVDI



IVDICIVM

Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi D. D. ANTONII AGRAZ DE SPVIG,

I. C. Marchionis Vniæ, Placæ Abbatis, ac Clem. X. Summo Pontifici à Cubiculo.

VI duos numeros æquales habet, puta Senarios, is alterutri ſi unitatem adiecerit illicò inæquales efficiet. Pari modo, qui duas expendet Propoſitiones, Mentalem ſcilicet, Vocalemque, eſſe æquales enunciabit, ſi quidquid in alterâ mentaliter, altera ſenſibiliter continebit. Quam ob rem, quid non dictum intelligitur, ſeu non intellectum dicitur, Propoſitionum æquatio corruit. At quid inde? *lib. 2. Metaphyſ.* Reſpondet Ariſtoteles dicens: *Veritas eſt adæquatio rei ad Intellectum.* Toties igitur Veritas Propoſitionem deficiet, quoties adæquatio deficit. Hinc factũ eſt ut Reſtrictiones quas Mentales dicunt, nunquam intellexerim, quippe actus Mentis Vocalis Orationis partes non ſunt, eamque integram aut completam reddere nequaquam poſſunt, ſed termini tantùm correlatiui vocibuſque ne falſitatis dicantur laborare contagio, neceſſariò exequandi. Hanc in hac ἁπλότητι Veritatem Illuſtriſſimus, omnique diſciplinarum genere ad admirationem vſque Ornatiſſimus, D. Caramuel ingenioſè demonſtrat, & neruoſè confirmat. Ergo dum omnes huic tanti Viri Doctrinæ aſſentimur, cenſemus eam non debere poni, ὑπὸ μόδιον ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν καὶ λάμπει πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ, *ſub modio, ſed ſupra candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt.* Romæ 6. Ianuarij 1671.

Summa Privilegij Regis Christianissimi.

LVdovici XIV. Galliæ & Navarræ Regis auctoritate sancitum est, ac patentibus litteris cautum; ne quis in regno suo, aliisque locis ditioni suæ subjectis, intra proximos annos quindecim à die primæ editionis absolutæ inchoandos, excudendum vendendumque quovis modo & ratione curet, Librum qui inscribitur, *Ioannis Caramuelis Haplotes de Restrictionibus Mentalibus disputans*, præter LAVRENTIVM ANISSON Bibliopolam Lugdunensem, aut illos quibus ipse concesserit. Prohibitum insuper, eadem auctoritate regia omnibus Regis subditis eumdem librum extra regni sui fines typis edendum curare, vel quemquam ubicumque fuerit, ad id agendum impellere, & excitare, citra prædicti LAVRENTII ANISSON consensum, idque sub confiscatione Librorum, aliisque pænis in originali diplomate expressis contra delinquentes. Datum Parisiis die 19. Martij 1665.

Desiit prælum primæ Editionis die sexta Aprilis 1672.

Signatum

MABOVL.

SERI



SERIES ARTICVLORVM.

כתב ־בלי סדר ,השדה בלי עבודה

LIBER SINE ORDINE ET METHODO EST AGER SINE CVLTVRA, Rab. Moyses.

Prior numerus est marginis, ultimus paginæ.

ARTICVLVS I.

Ratiocinia, quæ pro Restrictionibus Mentalibus adduci solent proponuntur.

De

ARTICVLVS II.

Proponitur vera sententia.

Loquitur

nihilominus

ARTICVLVS III.

Rationibus sub initium (art. 2) positis satisfit.

NOTA

De

ARTICVLVS VII.

De Oculis, & eorumdem motu. *Quid ſit* ὀφθαλμολογία *An aliqui loquantur, aut mentiantur oculis. An illorum motus verba ambigua reſtringat?*

abblan

ARTICVLVS VIII.

De Pede, & ejus motu. Quid sit ποδολογία? *An sint homines, qui loquantur, imò & mentiantur pedibus? An pedum motu restringere verba possimus?*

ARTICVLVS IX.

De Osculo. *Quid significet Mores? diuersi proponuntur. Cur Prisci faciem, manum, genu, pedem, vestigium, limen, &c. osculis honorauerint? An osculum verba restringat?*

Deos-

ARTICVLVS X.

De Iudæ Osculo. *An oscula significent quidpiam naturaliter? An ad placitum soleant significare? An, & mentiri possint? An & voces restringere?*

ARTICVLVS XI.

An nihil significet aliquid? &, An per nihil aliquid restringatur?

ARTICVLVS XII.

An nulla responsio, interdum sit magna responsio? An dubium in interrogatione positum, per non responsionem ad alteram contradictionis partem restringatur?

NOTA

ARTICVLVS XIII.

De Sacramentali Confessionis sigillo. *Vtrum Confessarius, qui interrogatus*, An Titius tale peccatum confessus sit? *tacet, violet Sacramenti secretum? An debeat absolutè negare? Cur in casu, quo Titius illud peccatum sit reuerà confessus, & hoc ipsum confessarius neget, non mentiri dicendus sit? An eum Mentales Restrictiones excusent?* Examinatur prætereà, *An, & cur non possit secretum naturale violari? Et quid facere debeat, qui crimen falsum imposuit; aut verum, sed Secretum detexit?*

ARTICVLVS XIV.

An in legum interpretatione uti possimus aut certe debeamus Restrictione Mentali?

Quid

ARTICVLVS XV.

De Verborum emaculatione.

ARTICVLVS XVI.

Quid Petasus, Qizilbascius sit? cur Tag vocetur & an tutâ conscientia possit à Christianis gestari?

NOTA Acturi sumus de Indorum Gentilium Funiculo, quo honorantur Brahmanes, de Inauribus, quibus ipsi suam Religionem protestantur: ergo, ut examinemus, An, & quomodo ille & istæ superstitione inficiantur? & exponamus, quo emaculari modo possint? oportet sequentem Articulum interserere, in quo de Religione Indorum disseratur.

ARTICVLVS XVII.

De Gentilium Religione in Indiâ Orientali. *An sint veriùs Athei, quàm Idololatræ? An adorent diabolum, & cur? An & suos Principes? An etiam suum veterem Magistrum Pythagoram? An Animarum transmigrationem admittant? An bruta animabus rationalibus onerent? An habeant uxores in communi?*

ARTICVLVS XVIII.

An funiculum illum triplicem, quo honorantur Brahmani in Indiâ gestare Christiani possimus?

ARTICVLVS XIX.

An Christiani in India possint habere inaures?

ARTICVLVS XX.

An Turcæ Neapoli Christianos tutâ conscientiâ possint ad Ecclesiam solennibus diebus conuocare?

Idem



PROOE



PROOEMIUM.

MULTI pro Mentalium Restrictionum usu; multi contra scripserunt. Ingenij dexteritatem veneror in utrisque: neutros tamen concerno: nec enim aliquem illorum incriminor, nec alicujus ex istis patrocinium affecto. Scribo liberè, ac si essem primus, & nullum alium Authorem Restrictionum Patronum, aut Adversarium cognovissem. Viam ineo fortè novam, aut saltem, si ab aliis insinuatam, à nullo tritam aut percursam aperio, & firmis Fundamentis substruo, ut cæteri tutè sequantur. Et, quod cum solamine dico, nihil in praxi muto, sed illa ipsa omnia, quæ à Mentalibus Restrictionibus, velut ab aëre periculosè dependebant, securissimè statuo, ut illæsa sem-

Quo animo Author hunc Libellū scribat?

Qualem viā ineat?

An aliquid in Praxi mutet?

Sobriè traduntur à suis Auctoribus Restrictiones Mentales, & à discipulis ebriosè suscipiuntur.

per maneat Veracitas, & inter homines conservetur Ἀπλότης, hoc est, *Amicitiâ*, & *Sinceritas*. Scio Mentalium Restrictionum Fautores, non nisi valde strictas & contractas admittere; easque, si terminos præscriptos excedant, condemnare. At scio similiter, passim Lectores has ipsas Restrictionum Restrictiones non intelligere, non morari, non scire; adeóque Restrictionibus non restrictis abusos, Ethicam perturbare. Scio etiam, has ipsas Restrictionum Restrictiones, sicut & ipsas Restrictiones, fundamento carere; nam, si semel numerentur occulti Mentis Actus inter partes Orationis Vocalis, semper numerabuntur; non enim ab eo, quod

Cur Propositio sit vera vel falsa?

necessitas, utilitas, periculum, &c. Sed ab eo quod Res sit, vel non sit, Propositio dicitur vera vel falsa. Ergo siquidem Libellus iste, nihil mutat in praxi, & Morum Conclusiones illæsas & intactas relinquit, (nam illa omnia quæ

An mentiatur, qui se scire negat quæ sub sigillo secreti naturalis didicit?

per Mentales Restrictiones sobriè admissas licitè fieri dicebantur, illa ipsa etiam licitè fieri posse ostendit per consignificantes circumstantias) à Lectore Candido ad

ad sensum & ad nutum sperat. Hic enim non de Veritate, sed de ratione Veritatis disseritur. Non quæritur; *An Petrus, cui sub secreti sigillo res aliqua concredita est, mentiatur, si dicat, se nescire, quæ sub secreto didicit?* Omnes enim pronunciare debemus, illum non mentiri negando. Sed quia hodie ingeniorum vivacitati, Αὐτὸς ἔφα, *Ipse dixit*, non sufficit: ulterius pergimus, & omninò rescire volumus, *Cur non mentiatur Petrus, siquidem se nescire asserit, quæ nos illum scire supponimus?* Occurrit bivium: alteram enim semitam Restrictiones Mentales, alteram Circumstantiæ Consignificantes aperiunt. Sed quid illæ? Aliquid impossibile à Viris ingeniosis inventum à doctis nondum accuratè discussum: ab indoctis libentissimè admissum, & temerè praxi mandatum Supponunt earumdem Fautores, illas dari, non fingi; & ex suppositione procedunt, ut ostendant in Schola Theologicâ earumdem interventu multas emaculari Positiones à mendacij contagio. At illi ipsi manere deberent in Scholâ Criticâ (sive ut nos, & ut putamus, be-

Cur nō mētitur? vide num. 145.

Vt negationem illam à mendacio emaculent, alij ad Restrictiones Mentales. Nos autem ad Consignificantes Circumstantias recurrimus.

ne loquimur, Metagrammatica,) ut Veterum Inſtitutiones corrigerent; nimirùm oſtendendo, *Actus Mentis occultos, & ſoli Deo notos, eſſe partes Orationis Vocalis*, ſuadendo, *ſicut per Adjectivum dictum aut ſcriptum, Nomen Subſtantivum reſtringitur; ſic reſtringi ſimiliter per cogitatum.* Et hoc quidem dici frequenter audio, & quia nunquam bene ſuaderi video, definio, *Mentales Reſtrictiones impoſſibiles eſſe.* Vnde, ſi impoſſibiles ſunt, fruſtrà de illarum attributis diſſeritur; quoniam Non-entis nullæ ſunt proprietates. Ergò, ſiquidem, hanc Reſtrictionum Viam ipſa Natura, rerum parens, occluſit, ubi voluit illas impoſſibiles eſſe, tranquillo animo ingrediamur per alteram, in quâ omnia ſecura, omnia pervia, omnia clara; & ſingula tam manifeſta, ut non oculis ſolùm, ſed & tangantur manibus. Siquis obſiſtat: non incipiat à medio, oſtendendo illas ad multarum Poſitionum verificationem ſufficere: fruſtrà enim de hoc diſſereremus, qui illas ipſas poſſibiles eſſe negamus. Ille igitur ab ouo exordium ſumat, & Poſſibilitatem oſtendat, hac

An aliquas habeat proprietates Non ens?

Quàm certa ſint, quæ de Conſignificantibus Circumſtantiis dicuntur.

hac enim ſemel demonſtratâ alacri animo de earumdem Exiſtentiâ, Efficacia, Vtilitate, aut etiam Neceſſitate diſputabimus: quoniam in bonâ Logicâ ex Poſſibilitate ad exiſtentiam, ex hâc ad Efficaciam, ex iſtâ ad Vtilitatem, & ex Vtilitate denique ad Neceſſitatem legitima Conſequentia non tranſit.

Et quàm multa perſuadere teneatur, qui contra illas ſcribat. vide num. 13.

Sed quià adhuc me moraris, & rogas, *Cur librum hunc tantâ Græcorum Latinorumque verſuum varietate exornaverim?* Reſpondeo, argumentum hujus Operis eſſe Grammaticum, & modum tractandi Theologicum: & ideò ab Oratoribus & Poëtis me debuiſſe materiam ſumere, quam Theologicè dilucidarem. Quia enim nonnulla occurrebant interdum, quæ à Græcis ſunt ingenioſiùs tractata, debuerunt produci Græci numeri, ut Poſitiones noſtras decorando illuſtrarent. *Sed cur etiam ſcriptores Hiſpani, qui vernaculo cecinerunt idiomate?* Et alterâ ego Interrogatione hanc elîdo. Petis, *Cur verſus Hiſpanicos interſeruerim?* Et à Te ego vellem dicere, *Cur debuerim non facere hoc ipſum, quod Tibi diſplicuit?* An-ne

Cur Poëta tam Græci, quàm Latini citentur

Cur & Hiſpani?

Qui non vult reſpondere, alterâ interrogatione poteſt elidere propoſitam interrogationem.

ō ō 3   judicas

D. Franciscus de Queved: in Approbatione Rhythmorũ Licentiati Bargillos.

judicas Hiſpanos numeros non poſſe haberi tanti, ut in re tam ſeriâ & gravi producantur? Adlucinaris, Lector Candide, ſi hoc te præjudicio laborare permittis. *La Lengua Caſtellana preſume Vitorias de la Latina*: dixit olim Quevedus; ſed, ut video, illas eſt conſequuta. Vel, ſi dubites, illa Carmina Hiſpanica, quæ Tibi ob oculos in hoc libro ponuntur, cum Latinis (aut etiam cum Græcis) compone; &, ſi ingenioſiores in illis Gratias, & Genios eruditiores non reperias, per me ſtat, oblitera & expunge univerſa: verùm enim verò, ſi Iuniores Hiſpani feliciſſimè ſcribunt, & Animi affectus exactiſſimè exprimunt, & illos habeo domi & prodeſſe paratos, cur ipſos negligam, & ſine fructu per Græciam, Latiumque peregrinabor? Placeant Tibi peregrina, ſi vis: nam mihi arrident bona, ſint externa, aut vernacula. Non adquieſcis omninò, jam percipiò, ſed pergis ulteriùs, & interrogas, *Cur Liber hic inſcriptus ſit* HAPLOTES? & *Cur P. Hyacintho Libelli, Reverendiſſimo Palatij Pontificij Magiſtro, &c. debuerit conſecrari?* paucis verbis me expedio.

Quales ſint Poeta Hiſpani cum Græcis & Latinis collati?

An bonis ſint peregrina, anteferenda?

Cur Liber hic inſcribatur Ἁπλότης?

expedio. Nam sinceritas & Candor Animi, à Græcis dicitur Ἁπλότης, & quia ut Tractatum hunc scriberem, omnia, quà licuit, præjudicia deposui; quem animo candido & puro exaravi, Ἁπλότητα seu *Animi Candorem* volui inscribere, ut Lector Candidus intelligat, nullam in eo Passionem se reponere, nullum Affectum adhærere cortinæ, nullum Præjudicium inesse tripodi, sed nudam puram putam Ἁπλότητα (*Animi Candorem*) eloqui, & quæ audiuntur aut leguntur, dictare. Et quia talis est Liber, nuncupari non nisi Viro Candidissimo debuit; Magistro videlicet ἁπλουστάτῳ; qui est, ut Enniano stylo ejus laudes commemorem,

Cur Reverendissimo P. Magistro Sacri Palatij consecretur.

— Doctu', fidelis,
Suavis homo, facundu', suo contentu', beatus,
Sceitu', secunda loquens in tempore, commodu', verbum
Paucum, molta tenens antiqua, sepolta, vetusta;
Quai faciunt mores, veteresque, novosque tenentem;

Hos versus in Lipsiomnemate anniversario, quod Operibus Lipsij præfigitur, Erycius Puteanus adducit.

Molta


Proœmium.

Moltarum veterum Legum, Divômque, hominúmque
Prudentem, quei molta loquei-ve, tacere-ve poſſet.

Talis eſt Reverendiſſimus P. Hyacinthus Libellus, & ideò hodie in Romano Aplane inter Prælatos doctiſſimos & nobiliſſimos Ardet & lucet, *velut inter Aſtra Luna minora.*



HAPLO



HAPLOTES
DE
RESTRICTIONIBVS
MENTALIBVS.




N Germaniâ hæc ſcribo,in quâ regnat ſinceritas;ergo ſincerè debeo, quin Amicitiæ deferam, ubi amici non ſinceri videntur. Fuit ab ineunte ætate mea ſemper cum Germanis,ac propterea conuerſatio Germana : hoc eſt, nuda, verax , & innocens; nullàque deceptionis aut ſubdolæ ſimulationis fraude aut ſuſpicione maculata. Ideò noſtra eſſe debent cum amicis, aut etiam inimicis colloquia , qualia noſtratum ſemper fuerunt ; ob quam virtutem ipſi ſupra cæteras Europæ gentes celebrantur. Ne interpellent nos, obſecro , quædam ab Apollinis tripode nata opinationum deliria , quæ in Principum aulis adulta , magno in Comitia Monaſterienſia niſu protruduntur ab illis , à quibus maior ſinceritas expectabatur. Agant illi profectò , & agantur, ut velint ; ſimulent ; diſſimulent : fallant maximè , cùm inſinuant ſe falli: nîl in eos ego,in quos inuectus S. Paulus ſic inquit. ὦ ἀνόητοι, τίς ὑμᾶς ἐβάσκανε ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; *O inſenſati, quis vos faſcinauit,ut non obediretis Veritati?* In Bohemiâ ſumus,& quia hæc feliciſſima regio eſt in corde Germaniæ, monet nos , ut ex corde loquamur , & nihil omninò audeamus ore exprimere , quod à cordis decreto diſſentiat. Sumus Religioſi, &

1 *Germanorũ ſinceritas.*

Apollo mendax.

Ad Galat. 3.1.



Dat ordines, apud Hispanos milites iubere est.

tenemur linguæ candore & innocentiâ, morum elegantiam ornare: & quia sub S. P. N. Benedicti Labaro militamus, debemus eius ordines (accipio vocem in significatione militari, quod enim in togâ, *leges ferre*, hoc *dare ordines* in sago est) ad amussim servare. Sanctus Patriarcha

S. Benedict. in Reg. c. 18.

capite undevigesimo. *Consideremus qualiter oporteat nos in conspectu Diuinitatis, & Angelorum eius esse; & sic stemus ad psallendum, vt mens nostra concordet voci nostræ.* Dixerat. *Vbique credimus Diuinam esse præsentiam, & oculos Domini in omni loco speculari bonos & malos.* Spiritibus circundamur Angelicis à quibus ex speciali prouidentiâ Numinis supremi, custodimur, fouemur, dirigimur, illuminamur. Ergo Religio postulat, vt coram Deo & Angelis eius loquentes, debeamus ponderare quænam inter *mentiri* & *pejerare* intercedat distinctio; nam qui illam bene calleat, non audebit mentiri. Omnis homo, iuret, aut non, coram Deo & Angelicis spiritibus loquitur: ipsi, in testes producantur, aut non producantur, sunt testes; ipsi omne detestantur mendacium; & sibi iniuriam meritò inferri reputant, quoties perditâ suæ præsentiæ debitâ reuerentiâ homo ab homine fallitur, aut decipitur. Ergo sic proximum adloquamur, *ut mens nostra concordet voci nostræ.* Si id præstiterimus, actum est de omni Restrictione mentali. Interim vberioris doctrinæ gratiâ inquiris quatuor. PRIMVM, *Quid purè mentalium Restrictionum nomine intelligatur?* SECVNDVM; *An noua sint, & antiquis ignota?* TERTIVM; *An ad Theologiam, & non veriùs ad Logicam, aut fortè ad Grammaticam meram pertineant?* & QVARTVM; *An licita sint?* Vt has quæstiones breuiter resoluam,

Deus vbique est præsens. — *Vox debet menti concordare.* — *Omnes loquuntur corã Deo etsi non semper testentur se veritatem dicere coram Deo.* — *Incidentes Quæstiones.*

2 *Quid sint Restrictiones Mentales.*

DICO PRIMÒ; *Qui verba æquiuoca aut generica profert, & tamen tacitus mente concipit aliquam rem, vt hac cogitatione æquiuocationem tollat, aut significationem generalem determinet, is ab Aduersariis dicitur mentaliter restringere significationem vocalem*: verbi gratiâ: Occisus fuit in foro Petrus: fuisti præsens, & homicidam cognoscis. Citaris à Iudice, & in Tribunali interrogaris, an scias, quis occiderit Petrum? & linguâ respondes; *Nescio*, addisque mente, *vt tibi dicam*, ita vt illa vox externa *Nescio*, per mentis actum, *vt*

tibi

tibi dicam, restringatur. Ergo hac doctrinâ positâ opportunam poterimus definitionem concinnare, dicendo. *Restrictio purè mentalis est, vocum indeterminatè & indefinitè significantiũm ad determinatam significationem contractio, * non à consignificantibus circunstantiis externis, sed solum ab internis & audienti ignotis actibus intellectûs desumpta.* Et in illâ, voces, quæ præcedunt stellulam * loco generis; & quæ sequuntur posteà, loco differentiæ ponuntur.

Ponitur illarum definitio.

3 Dico Secundò; *Mentales Restrictiones fuerunt Theologis antiquis notæ: à Iudæis admissæ; ab ethnicis verò & Christianis reiectæ, & mendaciis deceptionibusque adnumeratæ. Eas Veracitati non opponi, est paucorum Recentiorum opinio.* Nec miror, si placuerint Iudæis, nam eorum genium & ingenium exæquant. In Disquisitione de Ecclesiâ Iudaicâ Iohannes Fechtius multa congerit, quæ possunt vtiliter legi. *Pag.*17. incipit agere de lege Dei, quam ad mentem Rabbinorum exponit. Vt putat, ab octavo præcepto subducitur Mendacium officiosum & æquivocatio; inquit enim *Licet uti mendacio officioso, ait Menasse* in Genes. quæst. 37. *& talibus ambagibus, atque intricatis verbis, & quocumque ducantur inclinaturis.* Hanc Caluinistæ doctrinam sunt libenter amplexi. Testatur hoc citatus Fechtius: nam *pag.*75. Parallelismum Iudaicæ Ecclesiæ cum cœtu Calviniano producit; & *pag. seq.* hæc habet [*Licitum est*, ita Amesius 5.c.c. p.410. *aliquando saluâ veritate illa verba proferre, ex quibus probabiliter novimus, auditores aliquid conclusuros falsi, & occasionem alteri præbere errandi.*] Fechtius se esse Lutheranum fatetur: nec accusaret Caluinistas criminis, cui Lutherani essent obnoxij. Supponit igitur huiusmodi Mentales Restrictiones non posse habere locum in scholâ Lutheri, & meritò eas Lutherani refellunt, nam easdem veteres Ethnici, & Patres Ecclesiæ condemnarunt. Homerus *Iliad.*1.

Iudæis placent Restrictiones Mentales.

Etiam Caluinistis arrident.

Cognoverũt eas veteres Gentiles & damnarũt.

Εχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς αΐδαο πύλῃσιν,
Ος χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει,
Exosus enim mihi ille veluti inferni portæ,
Qui aliud quidem occultum habet in mentibus, aliud verò ore profert.

Homerus.

Et Phocylides.

Phocylides.

Μὴ δ᾽ ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νῦν, ἀλλ᾽ ἀγορεύων.

Noli aliam occultare in corde sententiam & aliam (ore) *proferre.*

Restringere mente est cautiùs mentiri.

Ecce non agunt de illo, qui unam rem sentit, & oppositam dicit: nam hoc est apertè mentiri: sed de illo, qui mentitur cautiùs; & rem, quam mente concipit, dividit, & alteram partem ore profert, & alteram in cordis recessu seu intellectu occultat: & id facit, qui restringit mentaliter.

Cicero.

A mente provenit Restrictionum malitia.

Proderit hic ponderare verba Tullij *lib.* 1. *offic.* & *in Orat. pro Roscio* dicentis. *Et quæ pœna à Diis immortalibus perjuro & mendaci constituta est? Non enim ex pactione verborum, quibus iusiurandum comprehenditur*, (nam, si in casu paulò ante posito, rogaris, an homicidam cognoscas? & dicas *Nescio*: *non cognosco*; hæc verborum pactio respondet etiam menti vel ex parte: nam cùm mente dicis *Nescio*, *vt tibi dicam*, mente etiam dicis *Nescio.*) *Sed ex perfidiâ ac malitiâ, per quam* (addendo in mente illud, *vt tibi dicam*, quod non erat in ore) *insidiæ tenduntur alicui, Dÿ immortales irasci, ac succensere consueuerunt*. Illud exhibeo exemplum, quod proponit Octauius Boldonius *in epigraph. lib.* 6. *membr.* 2. *pag.* 698. *b.*

Vespa Terentius apud Ciceronem vsus fuit Restrictione mentali.

dicens. *Apud Ciceronem, cùm Titius pilâ luderet, & idem signa sacra noctu frangere putaretur, gregalesque, cur in campum non venisset, requirerent, excusauit Vespa Terentius, quòd* eum brachium fregisse *diceret*; *quasi diceret sibi*; *sed subticuit cui*; *subintelligens*, *signis Deorum*, &c. Interim, cum Cicerone Veteres Vespam mendacij incusant; nam hæc verba, *Titius fregit brachium*, duos sensus habent: vel enim sibi brachium fregit, vel statuæ. Si primum, recurari deberet, & non posset in campum venire: si secundum, sanus & incolumis esset, & venire potuisset. Ergo Responsio per Interrogationem restricta, de Titij, & non de statuæ brachio intelligebatur. Fuit igitur Vespa mentitus, non obstante Restrictione Mentali. Vel, si adhuc dubites, historiam clariùs reponamus. Dicunt commilitones: *Cur Titius non venit in campum?* hoc est, *Quæ fuit causa sufficiens, ne Titius veniret in campum?* Respondet Vespa. *Fregit brachium*; hoc est, *Causa sufficiens, ne in campum iret, fuit fregisse brachium*. Ergo, cuiuscumque

Sed & fuit admissi condemnatus mendacij.

cumque illud brachium sit, Vespa mentitur. Nam, si agat de brachio Titij, mentitur, non enim ille confregit proprium brachium: si autem de brachio statuæ, etiam mentitur, nam illud fregisse, non est causa sufficiens, ne in campum, quod debebat, descenderet.

Caue igitur à Vespâ Terentio; &, ne ab illo decipiaris incautè, Deum implora: quoniam vt Nicetas *Man. Comment. lib.* 7. scribit, *Ad virum aliis insidiantem, qui aliud linguâ promptum, aliud pectore clausum habet, cauendum magnâ sapientiâ est opus, & Numinis auxilio.* An-ne posset aliquis Iunior clariùs loqui: expressiùs Mentales Restrictiones depingere, grauiùs illas damnare? Petit à teste Iudex, *an Petrum blasphemantem audierit?* Reuerà audiuit: & tamen respondet Testis, *Non audiui*, & se non mentiri existimat, quia *per nares* subintelligit mente; & certum est testem illum Petri blasphemias non audisse per nares. Et hîc sine strepitu ab amicis & amicè doceri volo, an non sit iste testis, ille ipsissimus vir, quem Nicetas accusat & incriminatur. *Ipse aliud linguâ promptum* (nimirùm, *Non audiui*) *& aliud* (nimirùm, *per nares*) *pectore clausum habet.* Ergo hic insidiatur Iudicibus, & tam occultè & subdolè, ut magnâ sapientiâ & manifesto Numinis auxilio indigeant, qui velint ab illo cavere. Verba hæc Nicetæ profert Langius *in Florileg. verb. Sapientia, columm.* 2491. &, quia mihi placuerunt, ad numeros sequentes reduxi.

An Nicetas Mentales Restrictiones cognouerit, candidè descripserit, & sincerè damnauerit?

Occursare viro (*cornu ferit ille*) *caueto.* Virgil. Eclog. 8.

Qui ore refert aliquid, aliquidque in pectore seruat. [a]

[a] in *aliquid* ultimâ cæsura producit.

Audi etiam Chrysostomum super illud Matthæi, *Dico autem vobis non iurare omninò*, declamantem. *Quacumque arte verborum quis iuret, Deus tamen qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille, qui iurat, intelligit. Dupliciter autem reus fit: quia & nomen Dei in vanum adsumit, & proximum dolo capit.* Et habetur 2. *quæst.* 5. *can. Quacunque.* Et in his verbis duo perpende: *Alterum* in perjurio plura simul peccata committi: quoniam in perjurio officioso, dupliciter peccat perjurus, & in pernicioso tripliciter. Nam peccat primò, quia mentitur: peccat secundò, quia Deum in testem fal-

4 *An S. Ioan. Chrysostomus cognouerit Restrictiones mentales? an & damnauerit?*

An plura sint peccata in perjurio.

ſitatis adducit: & peccabit tertiò, ſi mentiendo proximum occidat aut ſpoliet: & ideò in genere damni, quod infert. Sed hoc iam ſuperiùs expoſui. *Alterum* (& hoc huc ſpecialiter pertinet) quod perpendere impræſentiarùm libet, eſt S. Ioannem Chryſoſtomum Reſtrictiones Mentales cognouiſſe, & notas condemnaſſe. Non dixit, *Qui peieret*, Sed *Quacumque arte verborum quis iuret*. Ergo erant etiam illo tempore, qui vtebantur arte, quâ verba fingerent in iuramentis. Et non obſtante, hac arte, iuramenta verbis artificiosè diſpoſitis inhærentia eſſe periuria aſſerit. Omnem ergo ſimilem verborum artem eſſe fraudem exiſtimat, & apud Deum & homines deteſtabilem eſſe. Conſonant alij Patres, & præcipuè Auguſtinus, qui *libro de vitiorum & virtut. conflictu* (& habetur 22. quæſt. 2.) ſic inquit. *Nec artificioſo mendacio, nec ſimplici verbo oportet quempiam decipere, quia quomodolibet mentitur quis, occidit animam ſuam.* Ecce duo genera mentiendi admittit: alij enim mentiuntur ſimpliciter, & alij artificiosè: ſimpliciter, qui veritatem rotundè negant; artificiosè, qui per mentalium Reſtrictionum artificium, cùm maximè mentiuntur, ſe non mentiri, perſuadere conantur.

Quid ſit cum arte verborum iurare.

Quomodo mendacia ſimplicia ab artificioſis diſtinguantur?

5 Dico Tertiò. *Quæſtio, quæ inquirit*, an dentur Reſtrictiones purè mentales? *hoc eſt*, An poſſibile ſit, ut verba generica aut æquiuoca per meros mentales actus, quos loquens elicit, & audiens neſcit, reſtringantur, contrahantur, & ad ſpecialem ſignificationem determinentur? *eſt merè Logica, (aut, ſi velis eſt merè Grammatica) & à Theologo ſupponitur iam à Logico deciſa, non verò diſcutitur & examinatur.* Sanè reſpondemus vt Logici huiuſmodi Reſtrictiones, quas *mentales* appellant, eſſe impoſſibiles. Sed hoc vberiùs *Art. 2. concl. 3.* demonſtrabimus.

An Reſtrictiones mentales ſint poſſibiles?

6 Dico Qvartò. *Quæſtio quæ inquirit*, an illæ licitæ ſint? *Theologica eſt, ſed à Logica pendens.* Statui eſſe Theologicam; quia conuertit oculos ad Deum, & inquirit, an mentales iſtæ Reſtrictiones legem Dei violent, & octauo Decalogi præcepto opponantur. Dixi pendere à Logicâ; quia, ſi hæc ſcientia oſtenderet, dictionum æquiuocarum aut generaliter ſignificantium, per actus merè internos & audienti

Quæſtio, an ſint licitæ? ad Theologiam ſpectat.

ignotos, acceptionem restringi; esse licitum uti talibus Restrictionibus, statim responderet Theologia: sed quandò demonstrat Logica vocum materialium per actus immateriales Restrictiones impossibiles esse, debet definire Theologia, verba, siquidem non fuerunt vllo modo restricta, sed in sua generali significatione remanserunt, & in hac sunt falsa, & pronuntiata cum intentione fallendi, esse vera mendacia, nec posse aliquâ arte aut excusatione emaculari. Sed alterutrum debeat admitti, ex dicendis constabit. Tu interim mecum discurras sic. *Quomodo hac discurrati*


Aut quod est in ore, est in corde seu mente: aut aliud. Si verba menti consonant, si concordant, restringi mente nequeunt, nihil enim à seipso restringitur, sed ab alio. Ergo, vt restringantur à mente hominis verba, debet necessariò plus esse in mente, quàm in linguâ, & tunc non concordabunt verba menti; & si non concordabunt, in mentem ibunt, & fallaciæ crimine inquinabuntur; nam *mentiri* (vt ratio vocis ab omnibus recepta statuit) *est contra mentem ire*. *An verba materialia actibus spiritualibus restringi possint.* *Quid sit Mentiri?*

7 Porrò, si Restrictiones Mentales labe mendacij carerent, etiam illis pœnitens in Sacramentali Confessione uti posset; nam est integra, quæ sine mendacio pronuntiatur. Sed illis pœnitens in confessione uti non potest. Non ergo mendacij labe carent. Vt Minorem persuadeam, Pono Petrum die Paschatis non audiuisse missam. Habet in mente hunc actum, *semper audivi Missam, excepto die Paschatis*, & ore profert hunc, *semper audivi Missam*. An bene suam conscientiam exponit? Si dicas, Petrum confessum esse bene, quia verba ipsiûs per mentem restricta, sunt vera: dicam ego Petrum peccatum mortale subticuisse, confessionem suam in re graui fuisse mendacem, ac propterea sacrilegam, & eum non solùm non emaculari à peccatis confessis, sed novum valde graue committere. Pono Ioannem hac Quadragesimâ tantùm diebus Veneris jejunasse, & comedisse bis aut pluries aliis omnibus diebus. Post Pascha ad pedes Confessarij provolvitur, & habet hanc accusationem in mente; *In hac Quadragesima nunquam jejunavi, nisi feriis sextis.* Est verax. At hanc *An Adversarii in sacramentali Confessione vtantur Restrictione mentali?* *Tū est peccatum mortale in confessione fa-*

exponit

cramentali facere mortale peccatum, quod commisisti; quàm dicere, quod non commisisti.

exponit ore. *In hac Quadragesima nunquam ieiunaui.* Si putes, verum dicere, quia verba restringuntur à mente: te decipi, inquam ego, & illum mentiri. Addam eum peccata, quæ scit se non commisisse, confiteri: adeoque non expiasse conscientiam, sed novum scelus patravisse. Ergo, si in Sacramentali Confessione homo uti nequit mentalium Restrictionum doctrinâ, illæ mendacia puta sunt, & extra Confessionem etiam in familiari colloquio exsecrandæ.



ARTICVLVS I.

Ratiocinia, quæ pro Mentalibus Restrictionibus adduci solent, proponuntur.

8 *An Deus possit mentiri, an utatur Restrictionibus mentalibus.*

NON adquiescunt pessimæ huius opinationis Adsertores; & ut illam promoueant, Argumentantur sic. [Deus mentiri non potest. At sæpe in verbis Diuinis reperiuntur restrictiones mentales. Ergo hæ sunt ab omni mendacij labe immunes.] Ego sanè aliter formarem argumentum, quoniam dicerem sic [Deus non potest mentiri. Sed Restrictiones mentales, sunt quædam manifesta mendacia. Ergo Restrictionibus Deus uti non potest.] Sed quidquid de hoc nostro syllogismo sit, ad priorem, ab Aduersariis concinnatum, oculos conuertamus. Dico, itaque consequentiam esse legitimam: Maiorem manifestam & certam: nam mendacium præscindendo ab omni præcepto, aut Theologicè, aut Philosophicè malum est: & repugnat in Diuinis actibus Theologicam aut Philosophicam reperiri malitiam. Ergo, si persuadeatur Minor, dabo manus. Si enim Deum non dedeceret uti Mentalibus Restrictionibus, nec dedecere homines & Angelos posset. Ergo macti animo, ad Minoris probationem procedite. Eam Adversarij

Si illis utitur Deus, etiam illis Angeli & Homines uti possunt.

PROBANT PRIMÒ, generali ratione. Quia frequens

quens est in Sacrâ paginâ aliquid subticeri. Quod Vatablus *Genes.* 1. 1. suadet tribus exemplis. In primâ enim Sacræ Scripturæ lineâ subintelligitur vox הכל, *omnium*, vt textus sit בראשית הכל ברא אלהים את-השמים ואה ארץ: *In principio omnium creauit Deus cœlum, & Terram.* Ergo magnâ Deus providentiâ Restrictionum mentalium voluit honorare doctrinam, siquidem illis usus est in primâ totiûs Scripturæ periodo. Confirmat ex *Iob.* 3. 10. ubi dicitur; *Quia non clausit ostia ventris mei:* & tamen non dicitur, quisnam fuerit ille, qui non clauserit. Et *Isaiæ* 8. 4. tametsi dicatur, *accipiet opes Dammesec*, cùm non exprimatur, quisnam sit illas accepturus, manet vocem aliquam linguâ subticeri, calamo non scribi, quæ tamen mente subintelligatur. Ergo hanc *subticentiam*, quam hodie *Mentalem Restrictionem* appellant, Deus in Sacrâ Scripturâ approbavit, & nobis suo exemplo permisit.

An in Sacris Literis voces frequẽter subticeantur?

An in primâ Sacræ Scripturæ lineâ usus Deus fuerit Restrictione mentali?

Subticentia, quid sit?

Sed ponamus casus magis particulares; Caïnus Abelem fratrem suum interêmit: condemnatur divinitùs, & ut verbo forensi utar, *forjudicatur.* Audiit ille sententiam & ait. *Ecce ejicis me hodie à facie terræ: & à facie tuâ abscondar, & ero vagus & profugus in terrâ. Omnis igitur, qui invenerit me, occidet me.* Cui Dominus. *Nequaquam ita fiet: sed omnis, qui occiderit Caïn, septuplum punietur. Posuitque Dominus Caïn signum, ut non interficeret eum omnis, qui invenisset eum.* Interim posteà Lamech Caïnum occîdit: & tamen non solùm non fuit septuplùm punitus, sed undecuplâ impunitate donatus, unde ait: *Audite vocem meam uxores Lamech*, (*uxores* dixit, non *uxorem:* nam ipse primus fuit, qui plures habuit) *auscultate* (audîte cum attentione) *sermonem meum. Quoniam occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in livorem meum. Septuplùm ultio dabitur de Caïn: de Lamech verò septuagies septies.* Illa verba; *Nequaquam ita fiet*, æquivalent his: *Non occidêris.* Ergo restricta sunt, hoc videlicet mentali decreto. *Non ab ômni, seu à quolibet, qui invenerit te, occidêris: sed ab illo tantummodò, quem ego, ut Ministrum adsumam. Qui aliter fecerit, septies punietur: qui autem me præcipiente id fecerit,*

An Caïnus fuerit forjudicatus?

An sigillatus, aut stigmate innjus?

Quid auscultare sit?

Lamech primus digamus.

fecerit, non solùm non punietur septies, sed septuagies septies, si ab alio fuerit occisus, vindicabitur. Verba ergo Dei externa, quæ latiùs viderentur patêre, per hoc intellectuale decretum restringuntur, & limitantur. Stat ergo in verbis Divinis inveniri Restrictiones mentales.

9 *An peccata sint officiosa mendacia?* Confirmant, quia etiam officiosa mendacia in Sacra Scripturâ condemnantur: qualia sunt admissa à Ioseph. *Genes.* 43. 18. & 44. 1. 2. à Rahab *Iosué* 2.4. à Micole 1. *Samuel.* 19. 16. à Davide. 1. *Samuel.* 20. 1. & 21. 9. &c. à Chusai 2. *Samuel.* 16. 16. Cùm igitur Obstetrices non solùm laude, sed & præmio dignæ fuerint iudicatæ divinitùs, dicendæ sunt non fuisse mentitæ. Propono Historiam, nam Textus Sacer *Exod.* 1. 18. sic ait. *Dixit autem Rex Ægypti Obstetricibus Hebræorum,* &c. *si masculus fuerit, occidite eum; si fœmina, reservate. Timuerunt autem Obstetrices Deum, & non fecerunt iuxta præceptum Regis Ægypti, sed conservabant mares. Quibus ad se accersitis Rex ait. Quidnam est hoc quod facere voluistis, vt pueros servaretis? Quæ responderunt. Non sunt Hebrææ sicut Ægyptiæ mulieres: ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, & priùs quàm veniamus ad eas, pariunt. Bene ergo facit Deus Obstetricibus,* &c. *Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificavit eis domos.* Inferunt. Non fuerunt ergo Obstetrices mentitæ: aliàs enim pœnâ deberent, & non præmio affici. At non possunt aliter excusari à mendacio, quàm dicendo vsas fuisse Restrictione mentali. Ergo illâ ipsæ vsæ sunt, & hic vsus Numini Divino fuit gratus.

An Ægyptiacæ Obstetrices fuerint Regi mentitæ an usæ restrictione mentali?

Syriæ Rex mittit, qui capiant Eliseum. Confirmant iterum, has lineas ex *lib.* 4. *Reg. cap.* 6. adducendo. Omnia secreta, quæcumque contra Regem Israël cogitabat Rex Syriæ, pandebat Eliseus: & ideò dixit Rex. *Ite & videte vbi sit? & mittam & capiam eum. Adnuntiaveruntque ei dicentes. Ecce in Dothain. Misit ergo illuc equos & currus & robur exercitûs. Qui cùm venissent nocte, circuierunt civitatem,* &c. *Porrò Eliseus oravit ad Dominum dicens. Percute, obsecro, gentem hanc cæcitate. Percussitque eos Dominus, ne viderent, iuxta verbum Elisei. Dixit autem ad eos Eliseus. Non est hæc via, neque ista est civitas: sequimini me,*

Excæcantur & in Samariam ducuntur.

An mentitus fuerit Eliseus?

me, & ostendam vobis virum, quem quaritis. Duxit ergo eos in Samariam. Cumque ingressi fuissent in Samariam, dixit Eliseus, Domine aperi oculos istorum, vt videant. Aperuitque Dominus oculos eorum, & viderunt se esse in medio Samaria. &c. His positis postulant, ut Prophetæ verba recognoscantur: & sic instant. Non fuerunt mendacia, quoniam ut illa fiant Deus miraculis non cooperatur. Ergo verba Prophetæ fuerunt vera. At, ut talia essent, debuerunt per conceptus mentis concomitantes restringi & à communi significatione alienari. Eliseus igitur, cooperante Deo, usus fuit Restrictione mentali.

An restrictione debeat à mendacio excusari?

PROBANT SECVNDÒ totam Ionæ historiam producentes: illam perstringo. Sanè in Cœlum grauia crimina Niniuitæ commiserant. Et Deus accersit Ionam, præcipitque ut sententiam in sceleratos latam in loco delicti promulget. Vt brevitati consulam, omitto Ionæ fugam: omitto tempestatem, sortes immissas; & temeritatem nautarum. Fuit Ionas proiectus in pelagus, à ceto magno deuoratus. Nec est cur hanc historiam parabolis aut fabulis Heterodoxi accenseant, nam vastissimæ molis pisces inveniuntur in pelago, quos *immania cete* Virgilius 5. *Æneid.* nominat, *& cetos sexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum sexaginta latitudinis in flumen Arabia intrasse, tradit Iuba*, inquit Plinius *lib.* 32. *cap.* 1. Et unum ex his monstris non Ionam modò, sed totam etiam navem deuorare potuisset. Et sanè in libro, qui inscribitur, *La Conquista Espiritual del Paraguay. P. Ruizius*, eius Author, recenset, à quibusdam draconibus, qui fluvij, quem Magnum vocant, pisces sunt, homines devorari. Et mirabiliora adhuc in Hollandorum expeditionibus, in Boream, Austrumque promotis leguntur. Et quidem non sine mysterio magno Ionas in Ceti ventre triduum iacuit: nam *Fer. IV. post Dominic. I. Quadrag.* cantat Ecclesia. *Sicut fuit Ionas in ventre Ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde* [a] *terra.* A Ceto tandem, sic præcipiente Domino, evomitur; & ad meliorem mentem ipsâ piâ punitione conversus, audiens Domino, hu-

10 *De peccatis & pœnitentia Niniuitarum.*

Quàm magna monstra reperiantur in mari?

Iona Historia continet Prophetiã, & exuberat magnis mysteriis.

a] Hinc patet cor non esse ipsum centrũ figuræ: nam hoc potest nomen adscribi cuilibet puncto intra circumferentiam.

Concionatur Ionas. milis præceptum acceptat, & iter ad Ninivem dirigit. Erat præclara civitas, populum numerosum complectens, per tres dies itineris & pauperum casas, & divitum palatia protendens. Ingressus Ionas exclamavit dicens, *Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur.* *Ninivitæ convertuntur ad Deũ.* Crediderunt Ninivitæ in Deum, prædicant jejunium, & sanctissimè observant, detestantur peccata, misericordiam implorant & veniam obtinent. Civitas non subvertitur; & Ionas affligitur, quia vaticinium suum adversus Ninivem non impleri videbat. *Indulget illis veniam Deus, & civitatem nõ subvertit.* Mortem optat: sed à Deo corripitur, qui injustam illîus indignationem convincit, quòd putaret, se rectè de hederâ arefactâ dolère, & tamen noluerit Dominum parcere civitati maximæ, in quâ, si peccaverant plurimi, multa infantium millia, quæ non peccaverant, petebant ab ipso cum cæteris misericordiam.

An in Prophetiâ Ionæ fuerit Restrictio mentalis? Historiâ sic prolatâ nostri Adversarij discurrunt. Sensus Prophetiæ, inquiunt, erat. *Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur, nisi ex corde perfecto egerint pœnitentiam Ninivitæ.* Illa autem Restrictio non erat in verbis Prophetæ: non in mente Prophetæ; quia, cùm putaret deletum iri civitatem, & posteà elapso termino perstare adspiceret, affligebatur. Manebat ergo in mente Divinâ Restrictio.

Probant Tertiò *ex Ioann.* 7. Ibi enim Divinus Historiographus narrat, fratres (cognatos) Domini nostri Iesu-Christi obnixiùs postulasse, ut in Iudæam adscenderet: & illis respondisse Christum, *Vos adscendite ad diem festum hunc: ego autem non adscendo ad diem festum istum.* *An Christus agens cum suis fratribus, usus fuerit restrictione mentali?* Et subjungit Evangelista, *Hæc cùm dixisset, ipse mansit in Galilæâ. Vt autem adscenderunt fratres, tunc ipse adscendit ad diem festum.* Inferunt. Ergo Christus habuit Restrictionem mentalem. Suadent consequentiam; quia dixit. *Non adscendam:* & posteà adscendit. Ergo, quando dicebat, *Non adscendam*, habebat in mente, *Non adscendam vobiscum*, & per illud *vobiscum*, quod in mente erat, verba restringebantur: aliàs enim aliter loqueretur, & aliter faceret, & à mendacio excusari non posset. *Christus mentiri non potuit.* Tunc

sic.

sic. Christus mentiri non poterat. At illa Christi verba, *Non adscendam*, nisi restringantur mentaliter, à mendacio excusari non possunt. Ergo mentalis in eis Restrictio venit necessariò admittenda. Addunt aliam historiam huic similem: quoniam Paulus, spiritu Dei plenus, an esset reversurus, aut non esset, ignorare non poterat. Valedicit Ephesiis, & ait Historiographus. *Magnus autem fletus factus est omnium: & procumbentes super collum Pauli, osculabantur eum dolentes maximè in verbo, quod dixerat, Quoniam amplius faciem eius non essent visuri, & deducebant eum ad navem.* Sciebat ergo se non fore Ephesum rediturum. At Corinthiis dixit, *Veniam ad vos*, cùm eadem esset ratio; &, si Corinthum venire vellet, commodissimè transiret Epheso. Sciebat igitur Paulus, se nec Corinthum, neque Ephesum rediturum, & tamen Corinthiis scribit hæc verba. *Ecce tertiò hoc venio ad vos, &c. si venero iterum, non parcam. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus.* Interim, se venturum ad illos pollicetur, & Christus in ipso loquitur, & tamen ad ipsos non rediit. Ergo vtebatur Restrictione mentali.

An Apostolus usus fuerit restrictione mentali?

Actor. 20. 37.

2 Corinth. 13.1.

11

PROBANT QVARTÒ ex Emauntinâ Historiâ, quæ huic nostro Monsseratensi Monasterio jam ab antiquo nomen dedit. *Emauntinum* enim id dicitur, quòd Christo se Emaunte revelanti discipulis, sit consecratum. Historiam narrat *cap.* 24. *f.* S. Lucas, & nos postridie solennitatem Paschatis apparatu festivo celebramus. Eam ad breves has periodos perstringo.

De Christo & Emauntinis discipulis.

Præter Apostolos, qui fuerint Discipuli Christi primarij, habuit adhuc Dominus alios septuaginta vel plures, qui ad classem secundariam spectant. Duo ex his (Lucas, & Cleophas) Emauntem (arcem, quæ sexaginta stadiis, seu milliaribus Italicis septem & semisse distabat à Hierosolymitanâ civitate) progrediebantur. Agebant inter se, de vita, miraculis, & passione Domini nostri Iesu Christi. Adfuit illis Iesus; & tamen eum non cognoverunt. Potest id duobus modis contingere: vel mutatione objecti, vel oculorum alteratione. Quoniam

Præter Apostolos fuerunt alij Discipuli.

Cur discipuli non cognoverint Christum?

An mutatio in objecto

Cognitio, an verò in visu facta? larvatos homines non cognoscimus, & tamen adlucinatio non oritur ab oculorum vitio, sed à larvâ, quâ occultatur objectum. Et distantes homines non cognoscimus, & hæc adlucinatio non procedit à mutatione objecti, sed ab oculorum debilitate; sunt enim impotentes, ut remota distinguant. Sanè hi discipuli non cognoverunt suum Magistrum. Sed cur? an desigurabatur objectum: an verò oculi illorum alterabantur? Hoc ultimum innuit sacer Textus, inquit enim. *Oculi eorum tenebantur* (impediebantur) *ne eum agnoscerent*. Et posteà. *Aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt eum*. Nam decentiùs erat immortale & inalterabile post resurrectionem Christi corpus, extrinsecam potiùs, quàm intrinsecam mutationem subire. Tunc ad eos Peregrinus. *Qui sunt hi sermones, quos confertis ad invicem, & estis tristes?* Obstupuit Cleophas: nam in re tam notoriâ suspicari non poterat, esse aliquem, qui non omnia cognosceret, & ideò indignabundo similis institit: *Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognovisti* (vidisti, aut audiisti saltem) *quæ facta sunt in illâ his diebus?* Pergit interrogare Peregrinus, ac si nihil omninò sciret; &, vt singula ab illis discat, petit, *Quæ?* Responderunt. *De Iesu Nazareno, qui fuit vir Propheta, potens in opere & sermone, coram Deo, & omni populo. Et quomodo eum tradiderunt summi Sacerdotes, & Principes nostri, in damnationem mortis, & crucifixerunt eum? Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israël.* &c. Porrò illud *sperabamus*, aut nullam illos jam, aut saltem spem habere imperfectam, significat: & ideò clementer severus in illos invehitur Peregrinus, & ait. *O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ loquuti sunt Prophetæ! Non-ne hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam?* & tunc incipiens à Moyse, & per Prophetas posteriores decurrens, ob oculos ponebat Scripturas, quæ de Christo erant, ut se docente discerent, nihil eos vidisse Hierosolymis, quod non fuisset olim prædictum à Spiritusancto *per os Sanctorum, qui à sæculo sunt, Prophetarum eius.* Vt pervenerunt Emauntem, fingebat Peregrinus se ulterius

Vtra Christum decuerit?

An rem omnibus notâ & publicâ possit aliquis ignorare?

An, & qualem spem habebant hi discipuli?

Fingebat Peregrinus se ulteriùs progressurũ esse.

riùs progreſſurum eſſe. At illi devotè & urbanè cogebant ut apud ſe quieſceret illâ nocte dicentes. *Mane nobiſcum, quoniam adveſperaſcit, & inclinata eſt jam dies.* Ingreſſus arcem Ieſus, hoſpitij piè oblatam charitatem admiſit. Et dum recumberent, *accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis.* Permiſit ſe cognoſci Dominus in fractione panis, *& evanuit ex oculis eorum,*&c.

12

Pragenſe Montiſſerrati Monaſterium ab initio Peregrino Emauntino dicatum.

Volui hanc Hiſtoriam luculentiùs deducere, nam id locus, in quo hæc peroro, poſtulare videtur; nam, ſi Maiores noſtri hoc olim templum & adnexum cœnobium Peregrino Emauntino conſecrarunt, neceſſarium omninò eſt,ut hanc Hiſtoriam nos perfectiùs cognoſcamus,quàm alias.

An hic in verbis Chriſti mentales Reſtrictiones inveniantur?

Noſtri in illâ Adverſarij multas, ut dicunt, Mentales Reſtrictiones reperiunt. Diſcurrunt ſic. Primò, interrogat Chriſtus, quæ exactiſſimè ſciebat. Ergo fingebat ſe neſcire. Ergo, cùm non fuerit mentitus, mentali aliquâ debet Reſtrictione excuſari. Secundò, finxit ſe iturum eſſe ulteriùs, & tamen ultèriùs non erat iturus. Ergo etiam illa verba, ne labe mendacij maculentur, ab internâ debent cogitatione reſtringi.

13

Multa univerſales Propoſitiones, quæ in Sacrâ Scripturâ leguntur, deficiunt in uno vel altero caſu.

Probant Qvintò, ex Propoſitionibus Vniverſalibus, quæ in Sacrâ Scripturâ leguntur: multæ enim de aliquibus in particulari non verificantur. Paulus *ad Rom.*5.19. agens de peccato originali, ait. *Sicut per unîus delictum in omnes homines in condemnationem, ſic & per unîus iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ.* Ecce duæ Vniverſales analogiam conſtituunt: & tamen à primâ Regina Angelorum excipitur, non enim per Adami peccatum in ipſam originaria macula; aut, quæ illam ſequitur, condemnatio tranſivit: nec per Chriſtum ad omnes venit vitæ iuſtificatio, nam multi etiam adulti pereunt, quin unquam fuerint iuſtificati. Sicut affirmativæ Vniverſales, ſic etiam negativæ interdum exceptionem admittunt. Talis eſt, *In inferno nulla eſt redemptio.* Et tamen aliqui Patres aſſeruerunt, Chriſti animam, cùm deſcendit ad inferos, feciſſe in Styge prodigia, aliquos & nomi-

An Plato, an Traianus, an alij ab inferno fuerint liberati?

natim

natim Platonem eripiendo, & laureâ cœlesti donando. Sed & posthumi Traiani Historia, cui Hispani adplaudunt, est omninò mirabilis, nam ab Inferni flammis S. Gregorij meritis & precibus ereptus dicitur. Vnde sic arguunt. Hæ, & aliæ plurimæ Propositiones, tametsi quoad verba sint universales, exceptionem admittunt; ergo, cùm hanc à verbis habere non possint, illam à mente Numinis Æterni recipiunt. Ergo ipsemet Deus utitur Restrictionibus. Ergo incusari non poterunt homines, Angeli-ve, si illis etiam utantur.

An illæ universales Propositiones à mente Divinâ restringantur?

Hæc, & his similia sunt argumenta, quæ pro mentalibus Restrictionibus adduci solent: nos priùs veram doctrinam proponamus, & posteà illis clarissimè satisfaciemus.



ARTICVLVS II.

Proponitur vera Sententia.

14

NON est, cur solliciti simus, & in Veterum libris quæramus Controversiam, quæ inquirat; ***An loquantur Arbores? An Lapides ratiocinentur; An sit aliquis populus, in quo careant homines corde? An aliquis, in quo nemo moriatur?*** Quia, quæ indubitata sunt, & sciuntur ab omnibus, in Quæstionem non veniunt. Ergo, nec erit, cur solliciti simus, & in Veterum libris quæramus Controversiam, quæ inquirat; ***An dentur Restrictiones Mentales?*** Quia, cum omnes supposuerint non dari, nemo dubitare voluit, in re perviâ. [a] Interim, quia Recentiores occœperunt cœcutire in re clarâ, operæ-pretium erit, hanc Veritatem edisserere, & ostendere impossibiles, & inutiles, aut etiam perniciosas esse, has, quas vocant, Restrictiones Mentales. Et, ut clariùs Articulus iste procedat; Conclusiones aliquas proponemus, quæ nostram Sententiam demonstrabunt. Sit igitur

[a] Simile ratiocinium efformes, cùm de Deiparæ immaculatâ Cõceptione disseratur: hanc enim Quæstionẽ Veteres nõ moverunt, nam plerique omnes, ut rem certam & indubitatam supponebãt esse immaculatam.

Quæ sciuntur, & supponuntur ab omnibus, in cõtroversiã nõ vocãtur.

CONCLVSIO

CONCLVSIO I.

Sunt Restrictiones necessariò admittendæ.

E*sse interdum in verbis significationis latiùs patentis Restrictiones, tam est certum, ut à nemine probabiliter negari possit.* Ecce (attende) non negamus Restrictiones verborum: imò dicimus tam esse certum illas dari, ut oppositum in veræsimilem quæstionem provocari non possit. Sed quid negamus? Has ipsas Restrictiones, aut semper, aut aliquando purè Mentales esse.

Quid sit Restrictio?

Est autem Restrictio, *vocis æquivocæ, aut latiùs patentis, ad determinatam significationem contractio.* Et auderem dicere nullum omninò verbum, aut linguâ dici, aut pennâ scribi posse, quod non sit æquivocum, & Restrictione indigeat, ut intelligatur: nam, ut minimùm, cùm omnes dictiones materialiter & Formaliter accipi possint, erunt in bivio, & Mercurio indigebunt, qui illas ad alteram semitam dirigat: & cùm duplex sit suppositio Materialis, & etiam sit duplex Formalis, omnia nomina habebunt quatuor significationes, & indigebunt physicâ aliquâ aut morali prædeterminatione, ut pro unâ potiùs, quàm pro aliâ sumantur. Schema subjectum considera.

Quotuplex Suppositio sit?

Suppositio	*Materialis*	*Intrinseca.*
		Extrinseca.
	Formalis	*Propria.*
		Impropria.

Et, ut illud intelligas, audi Lalemandetum qui *in Apparatu Logicæ. partit.* 8 *num.* 21. *columm.* 30. sic discurrit.

Suppositionis Absolutæ in Materialem & Formalem divisio.

[Absoluta (suppositio) alia est Materialis, alia Formalis. Materialis alia est Intrinseca, & alia Extrinseca. Intrinseca materialis, *Est acceptio termini pro se, ratione alicuius, quod ei naturaliter inest, ut Blictri, & Blatiri est vox.* Vox enim ipsi inest naturaliter, quia naturaliter vox convenit terminis etiam non significatiuis; At Extrinseca materialis, *Est acceptio termini pro se ratione alicu-*

Materialis, vel Intrinseca, vel Extrinseca est.

ius, *quod ei non naturaliter*, *sed ex significatione provenit*; nam significare non est naturale terminis, sed est ad placitum: huiusmodi est, cùm dico, *Petrus est nomen*, tunc *nomen* est vox significativa, & ex eo, quòd dictio *Petrus* sit significativa ad placitum sine tempore; dicitur *nomen*, & hæc Suppositio terminis solùm significativis competit [*b*] Formalis Suppositio communiter dividitur in Propriam & Impropriam: Propria est *acceptatio termini pro suo primario, ac proprio significato*: sic *Nero* significat propriè illum Imperatorem Romanorum, qui fuit crudelissimus. Impropria, est *acceptio termini, pro aliquo, quod impropriè significat*, si Petrum, qui est crudelis, *Neronem* voces:] Hæc ille. Aliquos Soritas proponamus.

Deus est nomen.

Nomina habent principium & finem.

Nomina declinantur.

Nomina subsunt casibus.

Ergo Deus habet principium & finem: declinatur: & subest casibus.

In hac Propositione *Deus est Roma*, Deus est subjectum.

Subiectum est, quod alicui subjicitur.

Nemo subjicitur nisi majori.

Ergo datur aliquis major cui Deus subjicitur.

Deus est bonus.

Qui est bonus etiam est liberalis.

Qui est liberalis impertitur favores & gratias, qua non debet.

Ergo Deus impertitur hominibus favores & gratias, quæ non debet. Dat enim gratias Deus quas dare non debet, non autem quas non dare debet.

Homo homini lupus, & homo homini Deus: *nam, qui socios deglubit, est lupus; qui adjuvat, Deus.*

Sed Petrus pecunias Ferdinandi decoxit.

Ioannes eundem Ferdinandum priori opulentiæ & dignitati restituit.

Petrus ergo Ferdinando fuit lupus; Ioannes Deus.

Moyses

b] Hanc significationem materialem externam passim significationem secundæ intentionis vocamus; nam prima intentio fuit hac voce *Petrus* Petrum significare: at in hac propositione *Petrus currit*, secunda intentio fuit ut Nomen à Verbo Grãmaticè, vel subjectum à Prædicato Dialecticè secerneretur.

Suppositio Formalis vel Propria, vel Impropria est.

Vocis Deus *Suppositio Materialis Grãmatica.*

Eiusdẽ vocis Deus *Suppositio Materialis Dialectica.*

Eiusdẽ vocis Deus *Suppositio Formalis Propria.*

Eiusdẽ vocis Deus *Suppositio Formalis Impropria, aut Metaphorica.*

Moyses fuit Deus Pharaonis. Exod.7.1.
Sed Deus est Omnipotens.
Omnipotens est, qui facere potest, quidquid vult.
Ergo Moyses respectu Pharaonis potuit facere, quidquid voluit.

Denique eiusdē vocis Deus *Moralis & Virtualis acceptio.*

In primo Sorite vox *Deus* sumitur in sensu materiali Grammatico: quam ob rem, Consequentia, si agatur de voce *Deus* est vera: si de ipso Deo, hoc est de re per nomen *Deus* significatâ, est falsa. Et hoc sensu Poëta quidam junior exclamat.

An declinari debeat Deus?

Verè est detestanda superbia Grammaticorum,
Qui declinandum nos docuere Deum.

Vox ipsa *Deus*, quæ ad materialem Grammaticam significationem in primo Sorite restringebatur, ad materialem Logicam in secundo restringitur. Et stando huic nominis acceptioni illa præmissa, *Nemo subiicitur nisi maiori* est falsa: nam subjectum juxta leges Dialecticæ soli prædicato subiicitur, & vtrùm hoc sit majus vel minus non inquirit: nam in hac assertione, *Homo est albus.* Homo subiicitur, & tamen *esse hominem* præstantius est, quàm *esse album*.

Cui subiectum subiicitur? Politicè Maiori, Logicè Prædicato.

Tertius Sorites eamdem vocem *Deus* ad significationem formalem & propriam restringit. Et bene per suos gradus decurrit; & monet nos, ne Cornelio Iansenio assentiri velimus, qui Gratiam Adamo fuisse debitam asserit. S. Thomas 1.*part. quæst.*95.*art.*1.*c.* hunc errorem condemnat: inquit enim. *Manifestum est, quòd illa subjectio corporis ad Animam, & inferiorum virium ad rationem, non erat naturalis: alioqui post peccatum mansisset, cùm etiam in Dæmonibus data naturalia post peccatum permanserint.* Consonat Angelico Doctori Scotus, qui *in* 2. *dist.* 28. *quæst. vnic.* ait. *Potuit aliquis esse in puris naturalibus, tam sine gratiâ, quàm culpâ.* At hoc negabat Michaël Bayus, cujus vegesima quinta Propositio à Pio V. & Gregorio XIII. condemnata fuit hæc: *A vanis & otiosis hominibus secundum insipientiam Philosophorum excogitata est sententia, Hominem ab initio sic constitutum, ut per dona Naturæ superaddita, fuerit*

An primo homini gratia fuerit debita?

An creari à Deo potuerit sine gratiâ?

Leo Papa, & habetur 5. quæst. 1. Gratia, si non datur gratis, vel accipitur, Gratia non est.

largitate Conditoris sublimatus & in Dei filium adoptatus. Iansenius *tom. 2. cap. 18. columm.* 762. Bayo consonans. *Gratia dilectionis Dei non potest sine culpâ subtrahi creaturæ rationali innocenti : & aliquo modo debita est.* Et col. 760. *Non potest creatura rationalis sine casto amore Dei* (sine Charitate) *condi*, &c. & columm. 775. *status Animi sine bonâ voluntate, sine Charitate, sine sapientiâ conditi, non potest Authorem habere Deum.* Et hæc doctrina est Ioannis Calvini *libr.* 1. *Instit. cap.* 15. §. 1. 4. *&* 6. Quò respiciens, quidam eruditus Theologus hæc Ἀναγράμματα composuit.

Anagrammata de Iansenij & Calvini cõsensu.

Cornelius Iansenius.
Calvini sensus in ore. Purum.
Si non es, Calvinus eris. Add. S.

Quid sit esse Deum?

Quartus eandem vocem *Deus* restringit ad significationem metaphoricam, quæ Formalis impropria est. Præmissa prima est illud Græcorum Adagium Ἄνθρωπος ἀνθρώπου λύκος, καὶ ἄνθρωπος ἀνθρώπου θεός. Nam veterum sententiâ idem erat *esse Dum*, ac *prodesse*.

Quomodo Sancti faciant miracula?

Quintus denique etiam vocem *Deus* ad virtualem significationem restringit, quæ est propria extrinsecè considerata in suo effectu : talem enim præstat, qualem res propriè significata præstaret. Concessit itaque Moysi Deus, ut respectu Pharaonis esset Deus, videlicet, virtualis, ergo ut virtualiter esset Omnipotens: hoc est, ita suam Omnipotentiam eius attemperavit voluntati, ut ad Moyseos præsentiam esset ipsa factura, quidquid ille decerneret. Habuit igitur authoritatem & potestatem Moyses, vt de Pharaone faceret quidquid vellet.

An omnes voces sint æquivocæ

Stat ergo nullam dictionem proferri posse, quæ non sit æquivoca, & varias significationes habeat. Ergo non posse ullam, quæ in Oratione posita suam congruam restrictionem non habeat.

CONCLVSIO

CONCLVSIO II.

R*Estrictio, ut volunt Scholastici, est duplex; purè interna, quæ ab actibus intellectûs desumitur; & purè externa, quæ à consignificantibus circumstantiis derivatur.* Hæc posterior, nata fuit cum hominibus, & est nota universis. Illa prior à paucis est annis cogitata, & quia fuit in peccato originario concepta, actualia, multa & grauia, committit.

Quotuplex sit Restrictio?

Addunt aliqui tertiam, quam mistam vocant, & ex actu interno & externo constituunt: & hanc inutiliorem esse *Articulo V. num.* 77. demonstrabo.

CONCLVSIO III.

P*Vrè Mentales Restrictiones impossibiles sunt.* Me juvat Augustinus, qui *in enchiridio* [& habetur 22. *quæst.* 2.] sic scribit. *Vtique verba propterea instituta sunt, non ut per ea se homines fallant, sed ut eis quisque in alterius notitiam cogitationes suas proferat. Verbis ergo uti ad fallaciam, non ad quod sunt instituta, peccatum est.* Et hîc *verborum* nomine, quæcumque signa externa & sensibilia intelligit. Ergo loqui est externas animi cogitationes, alteri manifestare: unde *libr. de Orat.* inquit Cicero. *Hoc uno præstamus feris, quod colloquimur inter nos.* Vnde nos λογικοὶ *rationales, sermocionales* dicimur: & illæ ἄλογαι, & *non ratiocinantes*, & *non loquentes* nominantur. Vociferantur inter se non loquuntur: quoniam nec alteræ suos internos conceptus explicant, nec alteræ, auditis vocibus, per eas ad aliûs rei cognitionem perveniunt. Sanè Angeli loquuntur conceptibus, & verbis homines. Peto, an possint hominibus homines loqui solis mentis conceptibus? Respondes negativè, & bene: quia, cùm immediatè non posšîmus mentis actus aliis hominibus manifestare, verba invenîmus, per quæ loco conceptuum substituta, cogitationes nostras in aliorum notitiam proferremus.

Cur sint verba instituta?

Verborum nomine omnia signa externa intelliguntur.

Quid loqui sit?

Quomodo Angeli, & quomodo loquantur homines?



ferremus. Progredior, & suppeto, an homines aliis possint hominibus partim verbis & partim conceptibus loqui? Consultò posui illud *hominibus*. Si enim loquantur Deo aut Angelis, sicut solis conceptibus, sic etiam partim poterunt verbis, & partim conceptibus loqui. Respondes & bene negativè: quia ea actuum mentalium pars, quæ verbis exprimitur, ad loquutionem pertinebit: & altera, quæ verbis non exprimitur, non pertinebit. Ergo, si hæc ultima Responsio stat, repugnant Restrictiones mentales; quid enim aliud faciunt, qui eis utuntur, quàm amicos partim verbis & partim conceptibus adloqui?

An possis homini partim verbis, & partim conceptibus loqui?

Vel agamus sincerè, & omne præjudicium deponamus. Quid est *adloqui amicum*? Illi quæ mente concipimus significare. Et quid est *significare*? signa facere, signa exhibere. Et quid tandem est *signum*? Quod præter speciem, quam ingerit sensibus, in alîus rei nos facit cognitionem devenîre. At actus purè interni nullam speciem ingerunt audientium sensibus; ergo respectu audientium non sunt signa. Si autem signa non sunt, mihil per illos amicis seu auditoribus significatur. Et, si nihil per illos significatur, per illos nemo poterit loqui.

Quid sit loqui? Quid significare? Quid sit signum?

Præterea, Illud, quod mente concipis, dum tua verba restringis, vel ego possum intelligere, vel non possum. Si possum; ergo per extrinsecas circumstantias consignificatur; & cessat quæstio. Si non possum: mihi non loqueris; nam ut hominibus loquaris, linguâ uti debes: non enim homines sunt Angeli, qui conceptus intelligant. Vt hæc omnia dilucidem, Casum, quem sub initium posuimus, reponamus. Occisus fuit Romæ in foro Petrus; fuisti præsens, & homicidam cognoscis. Citaris à Iudice, qui nihil omninò intelligit de linguâ Belgicâ, & interrogaris Latinè, An scias, quisnam Petrum occiderit? & respondes Latinè, *Hoc ego non scio*; & posteà mussas Belgicè, *om aen v te segghen* (hoc est, *ut tibi dicam*) videlicet tam suppressâ voce, ut ille non audiat: & interrogo, An in hoc casu verba Latina, quæ mendacia erant,

Homines linguâ, & conceptibus loquuntur Angeli.

An verba Latina dicta à teste, per Belgica, qua nec audivit nec intellexisset Iudex, restringantur?

erant, restringantur & determinentur per Belgica? Respondebit quicunque vir prudens, quòd non: quoniam illa verba Belgica, quæ addidisti coram Iudice, qui illa non audivit; &, si audivisset, non intellexisset omninò, ita se habent, ac si non dicta fuissent. Ergo, si mentiri non vis, debes stante illo tuo præjudicio, clarè & distinctè dicere Iudici totum Latinè, *Hoc ego non scio, ut tibi dicam.* Et tunc ipsius erit per Iuris remedia tuam arrogantiam compescere, & cogere ut directè respondeas. Ergo, si verba Belgica apud Iudicem, qui aut illa non audit, aut non intelligit, non possunt contrahere Latina, argumentum procedit à fortiori contra Restrictiones mentales, quoniam spirituales mentis actus, quos in capite tuo tacitus formas, nec percipit, nec intelligit Iudex.

Nostra adhuc iterum confirmatur doctrina: Nam vniversi Hæresim in internam & externam distribuunt: & cùm agitur de excommunicatione asserunt, nec hæreticum, qui purè internus est, nec qui purè externus est, sed qui errorem internum signo aliquo externo sensibili manifestaverit, illam incurrere. Ita communiter Doctores, & cum illis Diana *part.* 1. *tract.* 5. *resol.* 1. & *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 140. §. *Notandum est.* Et *part.* 11. *tract.* 8. *resol.* 44. contra Ioannem Andream *in cap. ult. de haret.* Sed quid esset, si Petrus uteretur signis & characteribus aut digito formatis in aëre, aut calamo scriptis in chartâ, sibi uni notis, quæ nullus alius intelligeret: puta, si hoc signo ♈ *mendacium*, & hoc ♉ *veritatem*: aut, si illorum nominibus abuteretur, & *Arietis* nomine *fallaciam*, & *Tauri* nomine *sinceritatem* vellet significare; & diceret, scriberet-ve, *Deum esse est* ♈. *& totus atheismus est* ♉. esset quidem hæreticus, & non purè internus, sed tamen non incurreret excommunicationem. Cotonius *in summ. verb. Hæresis n.* 6. [Granadus *in* 2. 2. *contr.* 1. *tract.* 15. *disp.* 13. *num.* 14. aliquot casus enumerat, in quibus interni erroris manifestatio ad excommunicationem non sufficit. Primus est, *&c.* Secundus, *&c.* Tertius casus, si ad hæresim propalandam uteretur signo, quod nemo intelligeret. Ita Diana *part.* 4.

Hæresis duplex est; interna, & externa: & hanc afficit excommunicatio.

An sit externa hæresis, quæ signo, quod non intelligitur, manifestatur?

N. B. Quærunt Theologi agentes de Fide, *An dubius in*

tract. 4.

illâ sit hæreticus? Non esse puniendum, ut hæreticum Dicastillus affirmat: at ego existimo, tã esse hæreticam hanc propositionẽ *Deũ esse trinum, dubium est.* quàm hanc *Deum esse trinum. falsum est.*

tract. 4. *resol.* 240.] ergo hæresis concepta animo per signa externa, quæ nemo intelligit, non restringitur, nec in externam convertitur. Ergo hinc à fortiori argumentum formabitur. Nam, si hæc visibilia signa ♈ & ♉, & hæ voces audibiles *Aries*, & *Taurus*. Tametsi externæ sint, hæreseos generalem conceptum, nec restringunt, nec contrahunt, & hoc quia nemo illos characteres aut voces intelligit: idem de actibus intellectualibus à fortiori dicemus, quia non solùm non intelliguntur, sed nec possunt audiri, nec respici.

Non omnis, qui dictiones profert, loquitur; nec omnis, qui loquitur, loquitur mihi.

Quid requiratur, ut quis mihi loquatur?

Addamus aliqua Carollaria, quæ ex totâ hac doctrinâ deducuntur. Sit I. *Qui tam suppressâ voce verba profert, ut nemo eum audiat, nemini loquitur.* II. *Qui mihi profert verba, (puta, Persica, Sinensia, &c.) quæ ego non intelligo, mihi non loquitur.* III. *Qui mihi duas Positiones profert, quarum prior est in linguâ, quam intelligo, & posterior in linguâ, quam non intelligo, quandiu priorem dicit, mihi loquitur; & quandiu posteriorem, mihi non loquitur. Ergo per posteriorem non poterit mihi explicare, contrahere, aut determinare priorem. Ergo illa prior, si adnuntiet rem aliter, quam est in se, erit falsa: &, si aliter, quàm est in mente, fallens.* IV. *Qui ad me conceptus suos internos, per actus purè internos dirigit, mihi non loquitur.* V. *qui mihi duas Positiones profert, priorem linguâ, & posteriorem mente, quà priorem profert, mihi loquitur; & quà posteriorem, mihi non loquitur. Ergo per posteriorem non poterit mihi priorem explicare, aut restringere. Ergo illa prior, si adnuntiet rem aliter, quàm est in se, erit falsa; si aliter, quàm est in mente, fallens, hoc est, mandax.*

De epistolâ, partim charactere visibili, & partim invisibili scriptâ.

Magna cõmitterentur fraudes, si characteres visibiles per invisibiles restringerentur.

Vberioris doctrinæ gratiâ adhuc unum Casum propono. Duplex habeo atramentum: alterum est commune, & statim videtur, & in literis manet, alterum est aquei coloris, nec potest percipi, nisi charta torreatur. Petrus hoc secretum ignorat: & ideò non solùm non sciet, quid literæ liquore illo aqueo scriptæ significent, sed nec suspicabitur esse in chartâ eiusmodi literas. Interim ego ad Petrum hanc Epistolam scribo. [*Aurelio, in Hispaniam ituro, equum consigna: & ego tibi numerabo centum aureos die*

Pentecostes

Pentecostes * anno, quo illa incidat in Feriam quartam] Verba, quæ præcedunt stellulam atramento scribo: quæ autem sequuntur illo liquore aqueo. Epistolam recipit Petrus: priora verba legit, & intelligit: de posterioribus nullam notitiam habet. Assentitur contractui. Aurelio equum consignat; & aureos illâ determinatâ die sibi numerandos expectat. Et quid, si Pentecostes superveniente festivitate, & Petro pecunias postulanti dicerem. *Ego nihil tibi promisi, nam pactus sum de die, qui nunquam erit. Quid ergo postulas?* Et quid, si Petrus meam adducat Epistolam, & ego illam torreri jubeam, & in tostâ latentes characteres appareant? An per hos supervenientes characteres à solvendi debito liberabor? Nullus erit Iudex, qui illos posteriores characteres neglecturus non sit. Nullus, qui non sit me ad solutionem obstricturus. Ergo priores literæ non sunt restrictæ à posterioribus. Ergo (attende) si voces scriptæ visibiles per visibiles, sed invisas, non restringuntur: quomodo voces audibiles per actus, qui nec cadunt, nec cadere in sensum possunt, restringentur.

Magna committerentur fraudes, si characteres visibiles per invisibiles restringerentur.

Stat igitur Restrictiones Mentales impossibiles esse. Et quid, si essent possibiles? non existerent. Et quid, si existerent? non essent efficaces. Et quid, si essent efficaces? non essent utiles. Et quid tandem, si essent utiles? necessariæ non essent.

Ratio Resolutionis.

Porrò ex Impossibilitate ad Non-necessitatem per intermedios gradus Σωρείτης intrepidus, & securus decurrit, quoniam, in Morali Theologiâ,

Σωρείτης doctrinam Restrictionũ Mentalium, per gradus conuenietes deducens.

Bam | *Quidquid impossibile est, non existit.*
ma- | *Quidquid non existit, nullum effectum habet.*
ma- | *Quidquid nullum effectum habet, non est utile.*
ma- | *Quidquid non est utile, non est necessarium.*
da. | *Ergo quidquid est impossibile non est necessarium.*

Ergo sola Impossibilitatis Demonstratio, mihi sufficit, ut omnes istos gradus illæso pede meus Σωρείτης percurrat.

Sed Adversarij Primò persuadere debebunt, esse possi-

Porro Mentales, Restrictiones impossibiles sunt.

biles has Restrictiones: puto enim earum impossibilitatem demonstrari clarissimè.

Vt ut hanc primam difficultatem superent, ignorare non debent ex Possibilitate ad existentiam esse distantiam opinione S. Thomæ infinitam: & rationes succurrere propter quas non omnia faciant Viri probi, quæ possunt. Quoniam dicebat S. Paulus. Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει. *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt* (*conferunt.*) Ergo dantur aliquando rationes, ob quas vir prudens hæreat, & judicet sibi non expedire, facere hæc vel illa, quæ potest.

Non existūt in rebus.

1. Corinth. 6.12.

Etsi de facto daritur, & verè verba restringerent, carerent efficaciā ad auferendā fallaciam: essent enim fallaces, & deciperent.

Vt ut hanc secundam etiam superent difficultatem, & ob oculos ponant Restrictiones Mentales existentes, debebunt ostendere tertiò illas esse efficaces. Et quid nōmine efficaciæ intellexero? Responsio ab ipsâ Quæstione principali sumetur. Accusantur harum Restrictionum fautores, quòd nos decipiant; propositiones falsas protrudendo pro veris. Pone Restrictiones Mentales præstare, ut falsæ Propositiones in veras transeant, adhuc eadem querimonia manebit, quoniam illæ nobis insciis subrepunt, & iterum per illas decipimur. Pono exemplum. Dicis Petro, *Dabo tibi octo aureos.* Acceptat: gratias agit: non das: *Decepisti illum.* Dicis Ioanni altâ voce, *Dabo tibi octo aureos*, & suppressâ, *videlicet, in chartâ pictos.* Acceptat: gratias agit: & tu expectanti aureos veros, lusoriam chartam exhibes (Hisp. *le das un ocho de oros.*) Et ego, quia audio Senecam exclamantem in Troad. *Veritas nunquam latet.* Et Augustinum *lib. de Christi agon.* (aut Anselmum *in Epist. ad Corinth.*) dicentem. *Qui Veritatem occultat, & qui prodit mendacium, uterque reus est.* Sic discurro. *Illa, quam tu* Veritatem *appellas, latet. At vera Veritas non latet. Illa igitur, quam* Veritatem *appellas, non est vera Veritas, sed ficta quædam* Veritatis *imago.* Pergo ulteriùs, & dico. *Si nullam Mentalem Restrictionem adhibuisses, si nullum verbum suppressâ voce mussasses; in illâ promissione, factâ Ioanni, mendacium prodidisses. Et tamen quia vel per occultos mentis actus, vel per verba mussata quæ minimè*

Nota bene. *Promissionē per occultos mētis actus, aut per verba mussata restrictam, emaculari à mendacio non dico; sed aio, illam, etsi ab illo emacularetur, esse fallaciæ & doli ream & censeri indignam, quæ à viro sincero proferatur.*

audiri

audiri potuerunt, promissoriam enuntiationem restrinxisti, si fortè mendacium abstulisti, saltem Veritatem occultasti. Verùm enim verò, asserente Augustino, tam, qui mendacium prodit, quàm qui Veritatem occultat, reus est. Tu igitur, cùm, quia agens cum Petro, mendacium prodidisti; tum, quia agens cum Ioanne, Veritatem occultasti, erga utrumque reus es. Ergo, sive Petri, sive Ioannis meminerim, tibi sincerè, tibi liberè dico, *Decepisti illum.* Non quod verba dicam, aut non dicam non restringi per verba: sed quod restrictiva illa tam suppressè [a] mussasti (tantâ fraude posuisti) ut ille hanc restrictionem non perceperit; & sincerè procedens in nullam fraudis suspicionem venerit. Ergo illa verba *in chartâ pictos*, etsi fortè restringant priora verba, & præstent, ne sint falsa, nunquam præstabunt, quod Ioannem, qui sincerè procedit, non decipiant. Ergo eodem modo de Mentalibus Restrictionibus Philosopheris. Etsi enim à mendacio Propositiones emacularent, ipsas subdolè emaculando novâ fallaciæ notâ inficerent. Ergo non essent efficaces, ut nobis obstruant ora, ne de malo dolo queri & vociferari possimus.

a] *Mussare est submissâ voce loqui:* & quia qui mussat, respectu multorũ tacet, interdum ponitur pro *tacere.* Ennius apud Festum, *Non decet mussare bonos.* Terentius *sile, occulta, cela, tege, tace, mussa.*

Restrictiones mentales sunt inutiles.

Vt ut sine dolo & fallaciâ Propositiones restringantur per mentem, inutiliter addetur hæc Restrictio: quæ enim restringuntur per consignificantes circunstantias, hac mentis restrictione non indigent.

Et non debent necessaria cẽseri.

Vt ut tandem sint utiles ad aliquid, necessariæ, absolutè non erunt; ad multa enim erunt inutiles & nocivæ. Nam, quæ ob unam rationem conducerent, ob aliam utiliter abesse possent: nunquam enim in bonâ Dialecticâ infertur ex Vtilitate Necessitas.

CONCLVSIO IV.

Positiones mentaliter restrictæ sũt mendacia.

P*Ropositiones, quas per Mentales Restrictiones veras reddere, & à fraudis labe Adversarij emaculare conantur, sunt mendacia evidentia, & nullâ arte poterunt cohonestari.* Patet; quia nullum est tam exsecrabile mendacium, quod per

aliquam Restrictionem Mentalem non possit in veram Assertionem transire. Subsequentes considera.

Nulla est blasphemia aut hæresis, quæ non sit vera, si mẽtales restrictiones admittantur.

Non est Deus, in Atheorum sententiâ: dixit enim insipiens in corde suo, *Non est Deus*.
Non fuit mundus à Deo conditus, ab æterno.
Adamus non peccavit, in Germaniâ.
Cainus non occidit Abelem, Madriti.
Christus non fuit natus, Constantinopoli.
Non fuit passus, Parisiis.
Non fuit sepultus, in Persiâ.
Non resurrexit à mortuis, in Iaponiâ.
Non adscendit in Cælos, ex Americâ.

Propositio, quæ non est falsa, si juramento firmetur, nõ erit perjurium.

Hæ omnes Propositiones, ita debent intelligi, ut ea tantummodò verba proferantur, quæ Italico, seu cursivo charactere exprimuntur: cætera, quæ Romano, aut rotundo solâ mente eliciantur. Ergo, si sic sine mendacio & sacrilegio liceat loqui, nulla erit tam exsecranda in mundo hæresis, quæ per Restrictionem cohonestari non possit. Sanè, si hæ Restrictiones admittantur, quæ in ore habes, percipio; quæ retines in mente, non percipio, & ideò vereor me decipi; nec medium subministrat mihi juramenti religio, vt possim manere securus; quæ enim sine mendacio dici possunt, etiam sine sacrilegio poterunt juramento firmari.

CONCLVSIO V.

15 *An in aliquibus casibus possint & in aliis non possint, mentales Restrictiones admitti.*

AVthores, *qui illas non semper, sed aliquando tantùm admittunt, ostendunt se non intelligere difficultatem; nam eos casus proponunt, in quibus per Restrictiones externas determinatur & contrahitur vocum significatio.* Vide nostram Theologiam Fundamentalem editionis Franco-furtensis *num.* 1281. Romanam & Lugdunensem, cùm hæc in his Apenninis scribo, non habeo; hîc enim non sunt libri, sed ventorum & boum in asperrimo monte fragor, & inconcinnus strepitus: huc enim me mea antiqua peccata spe-

cie

cie promotionis deduxerunt. Vide etiam meam Præterintentionalem Theologiam *num.* 3089. Sed quia heri de hoc argumento disserui, & chartas, quæ ante multos annos Pragæ scripsi studio congruo recognosco, & in illis multa utilia reperio, illa in memoriam refero & sic statuo.

CONCLVSIO VI.

H*omo habet unam linguam realem, & multas virtuales, quibus loquatur.* Virtualium linguarum nomine circunstantias intelligo consignificantes, quæ quidem verè & realiter linguæ non sunt, prudentum autem suppositione & sententiâ ita se habent, ac si essent verè & realiter linguæ. Patet: quoniam homo loquitur oculis, capite, manu, pede, motu corporis, veste, loco, & circunstantiis aliis, quas *consignificantes* nominamus. Et quid sunt ipsæ? Vicariæ linguæ, quæ maximè loquuntur, cùm tacent. Vbi enim adsunt, præstant, ut aliqua vox, quæ non profertur, subaudiatur & subintelligatur. Quæ autem subauditur, moraliter dicitur, quoniam tametsi realiter non dicatur, prudentum tamen judicio ita se habet, ac si reverà diceretur. Et hoc liquidius §. *Transeamus* explicabitur.

An homo loquatur multis linguis?

Quid sit loqui virtualiter?

Loqui profectò hominem oculis, testatur David *Psalm.* 118. 82. exclamans, *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes; Quando consolaberis me.* Nota illud *dicentes*; nam & oculi dicunt: Quod etiam in libris Ethnicorum reperio, ait enim *in Mil. scen.* 3. *act* 2. Plautus. *Oculis mihi signum dedit, ne se adspicerem.* Sed de hoc Art. VII. multò uberiùs.

An oculis loqui possimus?

16

Loquimur etiam capite: nam, qui caput inclinat, adnuit: qui in latus vertit, renuit. Suetonius *in Cæsare* §. 82. [apud Christianum Matthiam *in Theatro Historico pag.* 431. *a*] Iulij Cæsaris cædem incipit describere his verbis. *Assidentem conspirati specie officij circunsteterunt. Illicò Cimber*

An motu capitis?

Iulij Cæsaris mors.

Tullius, qui primas partes susceperat, quasi aliquid rogaturus propiùs accessit, renuentique & gestu in aliud tempus differenti, ab utroque humero togam apprehendit. Cætera, meâ non referunt; à curioso apud Authores jam citatos leguntur: mihi enim sufficit illa verba, *renuentique, & in aliud tempus differenti*, considerare: Cæsar enim gestu, hoc est, capite, renuebat, & in aliud tempus illud negotium differri & suspendi imperabat. Et, ut profundiùs horum adhuc verborum significationem adsequaris, ad Nomenclatores, qui majori illa diligentiâ exposuere, excurramus. In Calepino Lugduni edito ann. 1656. [*Abnuo, nuis, nui, nutum*: ex *ab* & *nuo*; est, signo capitis aliquid nego, recuso, renuo. Gallicè, *Hocher la teste, & montrer par signe de ne vouloir quelque chose.* Italicè, *Far cinno di no col capo.* Germanicè. *Mit schuttlen deshaupts verneinen oder abschlagen.* Hispanicè, *Negar inclinando la cabeça.* Quamvis & oculis & manibus, vel etiam verbo id fieri possit: tamen absolutè pro *negare seu recusare* ponitur.] Et hìc obiter nota, Germanum interpretem verbi *Abnuo* significationem expressisse; nam & Belgæ dicunt, *Het hooft schudden om te loochenen*: non autem Gallum aut Hispanum: non enim *Abnuo* est *elevo caput, aut inclino*, nam *elevare caput* est vocare; & *inclinare* est adnuere: quam ob rem verba illa Hispana oblitero, & illorum loco hæc inscribo. *Negar meneando la cabeça azia los lados.* Interpres Italus fuit loquutus in genere, & vocis rigorem non exposuit, nam *nutare* est in latus hinc inde movere. Cicero de Fat. *Nihil unquam abnuit voluntas mea studio tuo.* Et Quintilianus *velut nutu fallere*, dixit in armorum certamine. Plautus in Asinar. scen. 1. act. 4. & in Milit. scen. 2. act. 2. *Ecce autem capite nutat, non placet quod reperit.* Ergo *nutare capite* est idem ac dicere, *Non placet.* Suetonius in Vespasiano. *Adulescentulum* [a] *fragrantem unguento, cùm pro impetratâ Præfecturâ gratias ageret, nutu aspernatus, voce etiam gravissimâ increpuit, Maluissem allium oblevisses.*

Quid sit abnuere?

In octilingui Calepino nō omnia verba bene translata sunt in alias linguas.

Quid sit adnuere?

Quid nutare? Nutatio capitis est displicentiæ signum.

a] A voce *adultus non jam* adolescens, sed adulescens *videtur provenire.*

A *nuere* oriuntur frequentativa *nutare*, & *nictare*; Verbum *nicto*, nisi à *niveo* devenîre dicatur, probare videtur

Nuo

Nuo habuisse olim in supino *nutum* vel *nictum*. Porrò inter *nuere*, *nutare*, & *nictare*, hoc interesse scribit Nonius, quod *nutare* capitis sit inclinando aut in latus vertendo [& illud est adnuere, hoc renuere.] *nuere* narium vel labiorum: *nictare* oculorum, eos videlicet patefaciendo, connivendo, claudendo, inclinando, elevando, &c. Ex hac doctrinâ exponitur ille versus Plauti in Asin. *Nec illa ulli homini nutet, nictet, adnuat*, hoc est, Nulli illa homini inclinando caput, aut abblandiendo oculis, aut labia cillendo assentiatur. Interim Nonio pro bonâ voluntate habe gratias: nec enim vera sunt, quæ dicit, nec ad rem: nam *nuto* & *nicto* sunt frequentativa, & retinent significationem verbi *nuo*. *An, & quomodo Nuere, Nutare, & Nictare inter se distinguantur?*

Nicere est manum movere. Aliquod signum manu facere seu manu loqui. Plautus in Trucul. *emoriere, ocyùs si manus niceris. Quid si manus nicerim*. Et quidem, nec satis commune, nec satis notum & intellectum est hoc verbum. A *nicere* deducitur *nictere*: [*nictere* à *nictáre* distingue] & propriè dicitur de cane, qui manu (pede anteriori) ostendit perdicem, vel leporem. Extenditur ad sublatratum, quo venatorem monet, se prædam videre. Festus. [*Nictit canis in odorandis vestigiis ferarum, leniter gauniens. Vt Ennius* lib. 10. *Veluti siquando vinculis venatica veneno capta solet, si forte ex nare sagaci sensit, voce sua nictit* (sublatrat) *ululat: quæ ibi accita est, unde ipsa gannitio*] Hæc Festus. *Quid sit Nicere? Quid etiam Nictere? Et quid Gannire?*

Niveo, es, nixi, nictum. Minimè in usu est. Hisp. *Hazer señal con los ojos. Hazer el ojo*. Deducitur ab ipso *Conniveo*. Et duas habet significationes, realem, civilemque. Sub primam, est *Oculorum palpebras moveo, modò claudo, modò aperio*: sub secundam est *tolero, permitto, dissimulo*. Dabo locos, in quibus, realis maneat significatio. Agellius lib. 2. cap. 2. *Connivére* (claudere oculos) *ad fulgura*. Suetonius in Caligulâ. cap. 51. *Palpebras quoque eius* (Reguli) *ne connivêre posset, sursum ac deorsum duductas insuebat*. Plinius lib. 11. *Graviores alitum inferiore genâ connivent*. Idem. *Columba, & similia utrâque genâ connivent*. Addam alios, 17 *Et quid tandem Nivere? Quid Connivere sit? Reguli palpebra insuuntur.*

alios, in quibus acceptio moralis reluceat. Cicero Philipp. 4. *Quibusdam in rebus etiam conniveo.* Idem pro Cælio. *Dij prô immortales! cur interdum connivetis in hominum sceleribus maximis?* [Patere, vt Ciceroni respondeam: nam Theologica interrogatio hæc est, & magnam in Responsuro eruditionem & notitiam requirit. Io. Drusius in Deuteron. cap. 8. versum decimum dilucidans, Rabbi Iosiæ resolutionem affert: inquit enim. *Ob tria Deus benedictus differt iram improbis in hoc sæculo. Nam fortè resipiscent, agentque pœnitentiam; aut fecerunt præcepta, quorum mercedem Deus rependit in hoc sæculo: aut fortè exibunt ex illis iusti. Nam sic invenimus, quòd distulit punire Achaz, quoniam egressus est ex eo Ezechias, & etiam ipsum Amon, quoniam exivit ex eo Iosias: & etiam Semei, è quo exivit Mardochæus.* Et habentur hæc R Iosiæ verba, etiam apud Mosen G. *in Commen. Deuter.* 7.] Ita hucusque verbi *conniveo* significationem exposuimus, ut rationem dederimus, ob quam in hac vitâ multos improbos Deus impunitos relinquat. Provehat nos eiusdem verbi expositio, ut discamus Politicam, sciamusque *An prudens & generosus Princeps debeat rescire singula; & in singula etiam animadvertere?* Crimina (nempe, graviores culpas) à Principe punitum iri Virgilius asserit, & Minoëm in exemplum proponit: consonat Suetonius, & Iulij Cæsaris exemplo, suam sententiam adfirmat. Poëta in Operis Divini sexto.

An Deus in hac vitâ omnia peccata puniat?

Cur punitionem differat, aut in alteram vitam relinquat?

a] In Minois Consilio Senatores erãt *silentes*, ut sciant Principes sine secreti sigillo res graves promoveri non posse. Sint exemplo Veneti Senatores. Loschius *Fu nello spacio di otto mesi da cento lingue, con mirabil'esempio tenuta secreta.* Ita pag. 129.

Nec verò hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes:
Quæsitor Minos urnam movet, ille silentum [a]
Conciliumque vocat, vitasque & crimina discit.

Historiographus in vitâ Cæsais. *Delicta, neque observabat omnia, neque pro modo exsequebatur* (puniebat) *sed desertorum ac seditiosorum inquisitor ac punitor acerrimus, connivebat in cæteris.* Hisp. *en los demas delitos cerraba los ojos, y hazia como si no los viese.* Sunt enim multa, quæ nec punire possumus, nec permittere: & in his debemus connivere: hoc est, dissimulare, claudere oculos, hoc est, illa civiliter nec videre, nec scire.

An in omnia Princeps crimina debeat animadvertere?

Quid propriè sit connivere delictis?

Nictare

Nictare à *nuo*, vel à *niveo*, eſt idem ac *movere frequenter oculos*. Plinius lib. 11. *Pleriſque verò naturale eſt, ut nictare non ceſſent, quos pavidiores accepimus.*

Quid Nictare ſignificet?

Nutare veriùs à *nuo* deſcendit: & eſt frequenti capitis motu aliquid ſignificare. Plautus in Aſin. *Nutat, ne loquar* (Capitis motu me monet ut taceam) *Non hercle nuto, neque nicto tibi* (non motu capitis, aut oculorum agitatione aliquid tibi intendo dicere.) Hinc *nutatio*, frequens commotio capitis. Plinius libr. 11. cap. 37. *A cerebro proficiſcitur ſomnus, capitis nutatio*, &c. Hinc etiam *nu-*
tabundus, cujus caput frequenter commovetur. Apuleius. 18
Nutabundus tamen, & tot plagarum dolore ſaucius. Et quidem *nutare caput* eſſe contemptûs ſignum, experientia, & Authores perſuadent. Virgilius *Æneid.* XII. ut Turni arrogantiam depingeret, ait.

Quid Nuto?

Et quid etiam Nutatio, & Nutabundus?

Quid ſit quaſſare caput?

> *Ille caput quaſſans, Non me tua fervida terrent*
> *Dicta, ferox: Dij me terrent, & Iuppiter hoſtis.*

Ecce, quæ labio expreſſurus erat, priùs tacitus quaſſando & nutando caput ſignificabat.

Hinc lux textui Evangelico: nam Matth. 27. 39. Iu- 19
dæos in Chriſtum crucifixum contumelias evomuiſſe recenſet; & ſic inquit. *Prætereuntes autem blaſphemabant eum, moventes capita ſua, & dicentes, Vah, qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas, ſalva temetipſum.* Porrò in materialibus ipſorum verbis non ſtatim invenietur blaſphemia: nam, ſive agerent de templo Dei materiali, ſive de ſpirituali, hoc eſt, de templo corporis ſui, alterutrum deſtruere Dominus poterat, & ictu oculi reædificare, ſi voluiſſet. Et tamen ab Evangeliſtâ blaſphemaſſe dicuntur. An-ne ad blaſphemiam convertit illud *vah*? Id profectò ſufficeret, nam illa interjectio contemnentis eſt. At quia non reperitur in Græco, non erit ex illâ reſtrictio deducenda. Græcus Textus ſic habet. Οἱ δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ λέγοντες· ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σεαυτόν. *At prætereuntes blaſphemabant eum, moventes capita ſua, & dicentes. Diſſolvens templum, & in tri-*

An nutare caput alicui, ſit eum contēnere?

Quidquid templi nomine ſignificetur, illud deſtruere Chriſtus poterat, & illicò reædificare.

Interjectio vah non eſt in Græco.

In quo ratio formalis blaſphemiæ collocanda ſit?

bus diebus ædificans, serva teipsum. Ergo verba, quæ aliàs congruam interpretationem paterentur, contracta & restricta per nutationem capitis, transivere in blasphemiam.

20

Quid significet fronte contrahere? Idioma Naturale suos habet proprios characteres.

Non solùm motare caput, sed fronti rugas inducere est contumeliosè, quæ videmus aut audimus, contemnere, Plautus *in Prolog. Amph.* suam fabulam contemni queritur, & ideò exclamat, *Quid? contraxistis frontem, quia tragædiam dixi hanc?* Cur autem Auditores frontem contraxisse ægrè fert? Quia illæ frontis rugæ, à tædio inductæ, sunt characteres Naturalis Idiomatis, qui à perspicientibus leguntur, & significant, esse contemptu digna illa, quæ audiuntur aut videntur.

An, & quâ ex causâ loquamur pedibus?

Loquimur tandem pedibus, quorum motu & lætitiam propriam, & aliorum contemptum denotamus. Livius 3. bell. Pun. 2. *Erumpunt igitur agmine è castris, tripudiantes* (alacres, & contemnentes hostem) *more suo.* Seneca cap. 15. de tranquill. *Virilem in modum tripudiare ac moveri ad numeros* (Gallic. *en cadence*) *solitus Scipio*, hostium despiciebat numerosos exercitus. Vide Art. VIII. ibi enim agimus de modo loquendi per pedem.

An homo possit linguosus dici?

Ergo, si tot habet linguas homo, ut mentis conceptus exponat; si singulis membris loqui solet, & vestibus, aut etiam circunstantiis adjacentibus potest, *linguosus* meritò nominatur.

Maculosus. Annosus.

Est autem *linguosus*, qui multas habet linguas sicut *maculosus*, qui multas habet maculas: *annosus*-que, qui multos annos. Et hoc aliter & aliter pro orationis contextu.

Diversa harum vocum acceptio.

Lipsius Cent. I. Epist. XLV. ad Schottum. *Sciebam literas te crebrò commutasse cum eo, & sermones. Sciebam, & hominem duplicem, cuique (sed non mente Ennij) plures linguæ, & plura corda.* *In aliis didici, quàm illi volupe disjungere & solvere, qui mihi juncti.* Ecce alio sensu Ennius, alio Lipsius plures linguas accipiunt.

Duo modi, in quibus loquamur variis linguis.

Bifariam potest contingere, ut qui simul pluribus linguis utatur: videlicet, aut totaliter, aut partialiter. Totaliter, cùm vestis loquitur independenter à corpore, manus independenter à linguâ: quando videlicet, diversis

diversis signis res diversas aut adversas significat. Partia- 21
liter, cùm lingua loquitur in genere, & eius verba vestis restringit & determinat in particulari. Esse linguosum in priori genere, ferè sumitur in malam partem : at in posteriori vir linguosus laudatur. Et quidem ad primum genus pertinent Concionatores, qui genio indulgent : nam eorum vita & lingua concionantur, & contraria absolutè. Tales erant illi, de quibus *Matth.* 23.2. Dominus noster Iesus-Christus. Ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι. Πάντα οὖν ὅσα ἂν εἴπωσιν ὑμῖν τηρεῖν, τηρεῖτε καὶ ποιεῖτε : κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε : λέγουσι γὰρ, καὶ οὐ ποιοῦσι. *Super Moisi cathedram sederunt Scribæ & Pharisæi* [hi moribus & linguis concionantur ad populum : male vivunt, & bene loquuntur.] *Ergo omnia quæcunque dixerint vobis servare, servate & facite : secundum verò opera eorum, ne facite: dicunt enim, & non faciunt.* His erant illi similes de quibus Iuvenalis *Satyr.* 11. clamabat.

Scribæ & Pharisæi instruebant populum: sed aliter verbis, & aliter vitâ & exemplo.

Hi Curios simulant, & Bacchanalia vivunt.

Vt enim de illis testatur Attius,

Composita dicta pectore evolvunt suo;
Quæ cùm componas, dicta factis discrepant.

Consonat Pindaro, quem Lipsius Cent. II. Epist. ad Thomam Burgium, quæ est noncupatoria, producit.

Ῥῆμα δ' ἐργμάτων χρονιώ-
τερον βιοτεύει, [a]
ὅ, τι κε σὺν χαρίτων τύχᾳ
Γλῶσσα φρενὸς ἐξέλοι βαθείας.

Sermo factorum diutiùs vivit, quem cum Gratiis valentibus lingua extulerit ex profundâ mente.

a] Ῥῆμα ἐργμάτων : *Verbum factorum.* Ergo præter linguam etiam loquuntur facta.

Et huc respiciens Anaxarte apud Calderonem in Comœdiâ, cui Titulus *La fiera, el rayo, y la piedra* : pagin. 239.4. sic inquit.

Acepto, pues tu valor
Merece el costoso examen,
De que tus hechos me digan,
Lo que tus vozes me callen.

Quem conceptum sum sequutus, cùm dixi.

Verba licèt sileant, & leges; maxima Achili
Deberi Herculeo præmia, facta canunt.

ὁ ἀνὴρ δίσχολος quis?

An mentiātur styli?

An etiam opera?

Profectò ἄνδρα δίσχολον, *hominem utrimque claudicantem* eum vocabant Veteres, qui faciebat mendacium: qui aliter vivebat, aliter loquebatur. Et quidem erant δίσχολοι quos incriminatur Ieremias 8.8. exclamans. *Quomodo dicitis, sapientes nos sumus, & lex Domini nobiscum est? Verè mendacium operatus est stylus mendax Scribarum.* Illi inquam, de quibus scripsit S. Ioannes: *Non intrabit in eam* (Civitatem Empyream) *faciens abominationem & mendacium.* Apoc. 21. 27. & 22. 15. Ecce mendacia per classes & manipulos multiplicantur: alia enim dicuntur, alia scribuntur, alia fiunt: illa nimirum linguâ, altera stylo, sed operibus ultima. Ambrosius *in serm. de Dominic. de Abraham.* [& habetur 22. quæst. 5.] *Cavete fratres mendacium: quia omnes, qui amant mendacium, filij sunt Diaboli. Non solùm in falsis verbis, sed in simulatis operibus mendacium est. Mendacium namque est, se Christianum dicere, & opera Christi non facere: mendacium est Episcopum, Sacerdotem, vel Clericum se profiteri, & contraria huic Ordini operari.*

Est mendacium, vel dictum, vel scriptū, vel factum.

An, & quomodo mentiatur vita?

Crure mentitur Aristogiton.

Quales plerumque Milites sint?

Lucanus libr. 10. de bell. Civili.

Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur.

Sciebat doctrinam istam Phocion, de quo hæc habet Plutarchus. [Aristogiton (quales hodie plurimi in Principum palatiis reperiuntur) in sermonibus nihil nisi arma bellaque sonabat. Cùm verò intellexisset delectum militum haberi, simulatâ valetudine crus obligabat, baculoque innixus, ceu vulneratus, claudicans prodiit in publicum. Eum Phocion à tribunali prospiciens, ait. *Scribe Aristogitonem claudum, & eumdem improbum atque mendacem.*] Quid jubes Phocion? quem mendacem appellas? An non Aristogitonem? At hic, ne verbum quidem est loquutus; non ergo mendacij potest incriminari. Sed Phocion. [Linguâ tacet ille, non crure: nam dum claudicante femore vociferatur, sé esse saucium & ægrotum, mentitur: & quia mentitur, est improbus; & quia improbus, dignissimus, ut sequatur vexilla.

Nam canis, & miles, qui bonus, ille malus.

Ergo Aristogitonem conscribe.]

Aristo

Aristogitoni, sîs, adde Clisophum, Macedonis Philippi parasitum; qui, quoniam dominus os fractum habebat, & contorquebat oculos (Hisp. *era bisco.*) se claudum fingebat, & violentiam inferebat oculis, ut dominum imitaretur. Ergo cruribus & oculis Clisophus mentiebatur: cùm, quia simulabat vitia corporis, quæ non habebat: tum quia Domini vitia esse virtutes vel tacitus profitebatur; virtutes enim, & non vitia viri probi imitantur.

Clisophus oculu & crure mentitur.

An sola virtutes imitandæ?

22

An vox linguosus in Sacrâ Scripturâ in malam partem accipiatur?

Et, si rem bene examines de linguositate totali intelligendi loci sunt, qui in Sacrâ Scripturâ leguntur. Psalm. 139. 12. *Vir linguosus non dirigetur in terra: & virum iniustum mala capient in interitu.* Ecclesi. 9. 25. *Terribilis est in civitate sua homo linguosus, & temerarius in verbo odibilis erit.* Et quid mali, si putem illud *&* sumi appositivè, & significare idem atque *hoc est*? Stat igitur virum linguosum esse Scribam, Pharisæum, Sarabaitam, & quemcumque alium similem, qui est bilinguis, aut etiam plurilinguis; qui videlicet, loquitur linguâ, cathedrâ, veste, moribus; nempe, totaliter, & eo sensu, quo paulò antè hoc categorema exposuimus. Ille nimirùm, qui verbis, dignitate, habitu loquitur, quæ verè ædificant, & tamen vita & moribus, quæ scandalizent. Qui linguosus hoc modo, *iniustus* dicitur à Davide, *temerarius* ab Ecclesiastico: & erit universis odibilis, & mala capiet in interitu.

Vocula & aliquando ponitur pro hoc est.

Vir linguosus quis sit?

23

De eo, qui multu simul loquitur sed partialiter.

Transeamus ad partialem consignificationem: contingit enim, ut in Sacramentali confessione v. g. os & vestis loquantur, non diversa aut adversa, sed quod verba, quæ ab ore prolata sunt generica, & universim sumi debebant, per vestis (v. g.) loquelam restringantur.

Vt hæc ipsa doctrina clariùs intelligatur, addantur adhuc Conclusiones sequentes. Attende: erit etenim

CONCLVSIO VII.

24 *Dantur Restrictiones externæ.*

R*Estrictiones externæ, quæ à rebus & circumstantiis consignificantibus proveniunt, sunt à quocumque Viro docto necessariò admittendæ.* est expressa Quintiliani *lib. 6. cap. 4.* dicentis. *Non quia excludenda sint omninò verba duos sensus significantia; sed quia rarò bellè respondeant, nisi cùm* (N. B.) *prorsus rebus ipsis adiuventur.* Et ne putes non pertinere ad gravem Orationem æquivoca, 2. *de Orator.* sic scribit Cicero. *Ex ambiguo dicta, etsi argutissima putantur, sed non semper in joco, sæpe etiam in gravitate versantur.* Ex mox. *Ambigua sunt in primis acuta, atque in verbis posita, non in re.* Et tandem. *Ambiguum per se ipsum probatur, id quidem vel maximè: ingeniosi enim videtur, vim verbi in aliud, atque cæteri accipiant, posse producere.*

Quod nos restringere Quintilianus dicit adjuvare.

An in argumento gravi æquivocis uti possit Orator?

Aliquando ambiguum est verum in utroque sensu. Ex Cicerone *loc. cit.* Quintilianus. *Cùm obiiceret Miloni Accusator in argumentum factarum Clodio insidiarum, quòd Bovillas ante horam nonam divertisset, ut exspectaret, dum Claudius è villâ suâ exiret: & idemtidem interrogaret, Quo tempore Clodius occisus esset? respondit, serò.* Et illo verbo *serò*, tam vespertinam horam significavit, quàm tarditatem necis, quæ maturiùs patranda fuerat, ut scilicet tam nefarius homo è medio citiùs tolleretur. Dicuntur Amici duo habere corpora, & unam animam. Cicero in Lælio. *Amicitiæ ius in eo est, ut unus quasi Animus fiat ex pluribus.* Et super Mich.Proph. Hieronymus. [*Amicitia parem aut facit, aut accipit. Vbi inæqualitas & alterius eminentia, & alterius subiectio, ibi non tam amicitia, quàm adulatio est. Vnde & alibi legimus.* Sit Amicus eadem anima. *Et Lyricus pro Amico precans*, serves, *inquit*, Animæ dimidium meæ.] Et his præmissis illud in vulgus missum intelliges; nimirùm, *Vsque eò sunt amici Portius & Marphadates, ut una sit eademque anima utriusque.* Et hîc vox *Anima* duas habet significationes; nam vel est nomen proprium uxoris

An interdū voces æquivocæ ad utramque significationem restringantur?

Serò, quid significet?

An amici unicam habeant animam?

Amicitia, aut invenit, aut facit æquales.

Explicatur vox Anima.

uxoris Marphadatis, quæ Portij erat amasia; vel appellativum, & quod sonat, significat: & in utroque sensu est vera exclamatio vulgaris.

Solet æquivocum utramque significationem retinere, sed non respectu eiusdem, ut illud, quod apud Suetonium *cap.* 39. legitur.

Quis neget Æneæ magnâ de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Quid sufferre significet?

Nam *sufferre* & occidere, & humeris efferre est: & utrumque in hoc disticho sonat: priorem enim respectu matris & posteriorem respectu patris significationem importat. Occurrit exemplum aliud celebre, quod *lib.* 2. *Saturn.* apud Macrobium invenitur. Faustus enim Sullæ filius, quia sua soror duos mœchos, Fulvium Fullonis filium, & Pompejum Maculam simul admitteret, *Miror*, inquit, *sororem meam habere maculam, cùm fullonem habeat.* In quibus verbis *Macula* & *Fullo* propria nomina, & appellativa simul sunt: Est enim in honore macula habere mœchum; & est altera macula habere duos: & Fulvius, si ingenuus esset, Pompejum interdiceret domo suæ amasiæ. Adhuc aliud exemplum proponamus. Pausanias cognomento Lacus fortè in cadum inciderat, & Gnathena, celebre scortum, exclamavit, *Cùm cadus in lacum deberet; lacus in cadum incidit.* In quibus verbis vox *Lacus*, quæ propriè & appellativè sumi potest, per ipsam Historiam restricta, appellativa est in loco primo, propria verò in secundo. Addamus tertium. Plancus ob Mæviæ Gallæ familiaritatem male audiebat; & ut molestum testem quem esse sutorem sciebat, tanquam vilem homuncionem à judicio repelleret, Quâ se arte toleraret? interrogabat: cui ille acutè respondit, *Gallam subigo.* Terunt autem sutores gallam, & ex eâ conficiunt atramentum, quo in coreis tingendis utuntur. Ergo vocem *Gallam*, ut insultaret Planco, in utrâque significatione usurpabat.

Exponuntur nomina Fullo, Macula, Lacus.

Athenæus *lib.* 13. *c.* 17.

An viles homines testimonium perhibeant?

Et hîc, ut olim Aristoteles pro Syllogismis Topicis Locos Dialecticos adsignavit & dilucidavit (quem Canus &

De locis Dialecticis Iuridicis, & Theologicis.

& alij in Theologicis, Gomez & alij in Iuridicis sunt imitati) sic & nos congruos pro Restrictionibus dabimus & illustrabimus. Et quidem alios possem proponere, si liberet diffundi; sed quia hi videntur sufficere, Philomusum pluribus non onerabimus. Est igitur, unde Restrictiones sumuntur Locus

An Restrictionibus sint sui Loci adsignandi?

Et quinam illi sint?

Persona.

PRIMVS. *Persona*, quæ loquitur, aut cui quis loquitur.

Gestus consignificat, & voces, si significent latiùs, restringit.

SECVNDVS. *Gestus* loquentis, aut audientis. Et ad illum reduci debet vultûs color, nutatio capitis, oculorum modus, manuum, pedum, & aliorum artuum motus, quibus affectus animi significantur. [Hic locus est dignissimus, qui accuratè exponatur: & ideò postquam illum breviter hujus Articuli Conclusione IX. exposuerimus, posteà uberiori doctrina ab Art. sexto ad decimum dilucidabimus.]

Vestes.

TERTIVS. *Vestes.* Nam & ipsæ aut loquuntur, aut sunt consignificantes circumstantiæ.

An à loco significatio restringatur?

QVARTVS. *Locus*: In quo quis loquitur: aliter enim hîc, aliter ibi; aliter in Hispania, & aliter in Gallia; aliter in macello, aliter in horto; aliter in palatio, & aliter in Schola: immò aliter in Grammatica, & aliter in Theologica, aut Medica Schola, verba usurpantur.

Sæpe vox, quæ in hac linguâ unâ rem significat, in illâ significat aliam.

QVINTVS. *Idioma.* Eadem enim vox aliter accipitur in una lingua, & aliter profectò in alia. Nam vox *camino* apud Hispanos, si sit verb. Est *iter ago.* Et, si nom. est *iter*; & apud Latinos *caminus*, & in dat. & abl. *camino* est *fornax.* [Differt à quarto Locus quintus; nam hîc, quid vox significet, & ibi, quid consignificet, consideratur. Profectò verba Gallica, *Venez vous autres chez nous*, vel ad Wallonum labium, *Veniees vous à nostre maison*, & hæc Hispanica, *Venid vos a nuestra casa*: his Latinis æquivalent. *Veniatis vos ad nostram domum*: & tametsi in significatione nulla sit differentia, in modo differunt: quoniam, quæ Gallicè viro nobili & ingenuo dicerentur, Hispanicè non nisi mancipio aut famulo à pedibus dicuntur:

Quæ civiliter in unâ linguâ dicuntur, inciviliter dicerentur in aliâ.

dicuntur: nisi fortè inter amicos, quando reciproca observatur æqualitas.]

SEXTUS. *Interrogatio.* Quod enim in Responso esset ambiguum, ab interrogatione contrahitur: quoniam vocula *non*, verbi gratia, patet latissimè, & nisi restringatur, ad nullum individuum contrahitur: & tamen, si interrogatus, An heri in Ecclesia Petrum videris? & respondeas, *Non*; hoc ipsum *non* per interrogationem restrictum æquipollet huic integræ Propositioni; *Ego heri Petrum in Ecclesiâ non vidi.* 25

Responsio ab interrogatione contrahitur.

Interdum vox non cõplectitur integram propositionem.

SEPTIMUS. *Verborum contextus:* Quo enim sensu accepta fuerit vox æquivoca, ex præcedentibus, & consequentibus colligi potest. Nota est vocis *Aries* æquivocatio, & tamen nulla est in assertis sequentibus, *Cras ingreditur Sol in Arietem. Cæsar jussit Ariete murum dirui. In hoc prato pascuntur viginti oves, & unus Aries.* Nulla inquam, est in his assertis vocis æquivocatio, nam ubique vox *Aries* à contextu restringitur.

Verba æquivoca per antecedentia & consequentia restringuntur.

Et hi *loci* sunt à nobis specialiter dilucidandi. Sit itaque

---

CONCLUSIO VIII.

VErba aut signa quæcumque Artificialia, si ambigua sint, possunt per personam restringi. Imò *Quæ ab uno pro lata & exhibita habent talem significationem, non semper eandem habebunt, si proferantur ab alio.* 26

Quomodo signa, si ambigua sint, per circumstantiam personæ restringantur?

Ante probationem volo unum exemplum proponere, & inde lucem recipere, ut meliùs Conclusionem intelligam. Attende. [Ingrederis in S. Antonij templum, & vides in magnâ tabulâ miraculosi Divi imaginem septam figuris Dæmonum, qui illum terrebant & vexabant. Vides plurimos genuflexos orante ante aram, & tu genuflectis & oras cum reliquis. Adest tibi tuus servus in Orientali Indiâ natus, (vocetur, Fetrius) qui te sequitur, & genuflectit.] Et his positis discurro sic. Genuflexio

Ubi sunt multi quibus possit fieri reve-

reverentia, ut uni soli & non aliis fiat, per aliquam debet circumstantiã restringi.

flexio est actus reverentiæ & Religionis: ergo genuflectendo Tabulam prædictam veneraris. At in illâ est Antonius, sunt Diaboli: unde ergo sciri poterit illam reverentiam ad Divum, & non ad Spiritus stygios dirigi? Respondeo illam genuflexionem, nisi aliquid accedat, indifferentem esse, ut ad Antonium & ut ad Diabolos dirigatur: nam in plurimis Orientis locis Diabolum Indi genuflexione venerantur. Addo, in te non esse indifferentem: nam, cùm Christianus sis, certum est, te non colere Diabolum. Quid autem dicemus de Fetrio? Ipse est in Indiâ natus? nempe in oppido, in quo habent sua templa Dæmones, & devotè coluntur. De S. Antonio nihil scit, nihil credit, & tamen orat, & genuflectit: ergò certum est, illum genuflectendo non colere Sanctum, sed Diabolos. Ecce primò consideratur genuflexio, ut sic: & hoc modo considerata est indifferens, ut ad hunc vel illum terminum dirigatur. Restricta & determinata per personam tuam (nempe, Christianam) Christiana est, & ad D. Antonium refertur. Cæterùm eadem ipsa, restricta & determinata per personam Fetrij (nimirùm Ethnici) Ethnica est, & S. Antonium non concernit, sed refertur ad Diabolos. Hæc videntur clarissima Modò agamus de vocibus, & hanc doctrinam applicemus.

A personâ restricta.

Quæ à Christiano fiunt in dubio censentur Christianè fuisse facta: & quæ ab Ethnico, Ethnicè.

An verborũ significatio à personâ loquente restringatur?

Hæc sanè verba, ***Ego te occîdam***, sunt æquivoca; nam seriò, & per jocum dici possunt. In ore scelerati & furibundi militis censentur seria: in ore parentis jocosa. An-non frequenter matres suis infantibus dicunt; ***Te occîdam, te comedam, te devorabo?*** & quid aliud tunc hæc verba significant, quàm ***Ita te amo, ut præ amoris impotentiâ stultescam.*** Sic etiam charus pater, quando contra te male moratum filium iras fulminat, & mortem, crurifragium, aut similia minatur, profert verba latissimæ significationis, quæ amor contrahit, ut non nisi flagella significent, & hæc sub conditione tacitâ, ***Nisi te correxeris &*** emendaveris.

Verba Parentum dura & aspera, quo sensu interpretanda sunt?

An Amantium lingua

Hinc patet non imprudenter loqui illos, qui existimant

mant Amorem uti linguâ diversâ; &, si communi, vocum significationem restringere, aut etiam alienare. Res est tam certa, ut etiam celebretur Adagiis. Vociferantur sponsi: minas miscent: & in injurias prorumpunt, &c. Audit Græcus, & ridet: mussatque:

à linguâ cæterorum differat?

Τῶν φιλούντων ὀργαί. *Amantium iræ.*

Amantium ira qualest?

Hoc est, omnia illa verba, quæ in aliorum ore grave aliquid significare viderentur, quia ab amasiis prolata, aut nihil omninò significant, aut sunt interjectiones meræ, quæ nullam rem objectivè respiciunt, sed quo animo proferantur, ostendunt: nam sunt animantibus universis communes. Et quàm parvo hæ animorum commotiones permaneant sciebat bene, qui cecinit.

Quamdiu perseverent?

An sint delirî amasij?

Ὀργὴ φιλούντων μικρὸν ἰσχύει χρόνον

Ira amantium parvo durat tempore.

An blasphemi?

Et videtur sententiam hanc didicisse à Menandro, qui sic cecinit.

Οὐδὲ ποτ' ἀληθεῖς οὐθ' υἱῷ πατὴρ
Εἴωθεν ἀπειλεῖν, οὔτ' ἐρῶντ' ἐρωμένῃ.
Vt irritæ parentis in prolem suam,
Sic & in amicam sunt Amatoris minæ.

Cessant rixæ, & suam Amaryllida Amasius *Gemmam, Rosam, & Stellam* appellat. An-ne delirat? Imò & *Deam* nominat. An-ne blasphemat? Ad hoc secundum Respondet Antonius Cotonius *in summâ, verb. Blasphemia, num.*4. [Non est blasphemia vocare amasiam *Deam*, aut *Idolum suum*: nam hæc verba non dicuntur, aut accipiuntur sensu proprio, sed hyperbolico. Ita Mendoza *in* 2.2. *disp.*91.*sect.*4.§.16. Diana *part.*5. *tract.* 13.*resol.*20.] Ergo etiam hyperbolicè, aut, si vis, metaphoricè, verba *Gemmam, Rosam, Stellam*, &c. accipe, & Amasium eximes à delirio.

Amantium juramentū quale?

Cessant rixæ, dicebam: sequuntur suavia verba; & commoti priùs animi pœnitentiâ, & jurejurando sedantur: multa sibi mutuò pollicentur, & posteà omnium obliviscuntur. An-ne perjurij incriminari poterunt? Ridet Græcus & ait. Ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος. *Venereum*

juramentum non punitur. Et cur? Iosephus Langius. [Sensus est, amantium jusjurandum irritum esse, neque ad Deos quidquam pertinere, tanquam jocosum.]

Improborum iuramentũ quale?

Et quia Iuramenti memini, dabo versum Menandri:

Ἀνδρῶν δὲ φαύλων ὅρκον εἰς ὕδωρ γράφε.

Virorum autem malorum juramentum in aquâ scribe.

a] Interim Perjurium multò gravius est Adulterio: illud enim contra primam Tabulam, & hoc contra secundam militat.

Quem dilucidabo apophthegma curiosum ex Laërtij *lib.* 1. *cap.* 1. producens. [Adultero sciscitanti an abjuraturus esset adulterium. Non, inquit Thales, est perjurium adulterio peius.] Putabat igitur sapientissimus vir tale esse juramentum adulteri, ut in aquâ mereatur scribi: non enim de pejerando dubitaret, qui non dubitavit [a] crimen suppar committere. Quò respiciens Apollodorus cecinit.

Qui juramentum à malo viro postulat, insanit.

An præsumendum sit improbum peierare, cùm jurat.

Et cur insanit? Quia juramentum, quod in probi hominis ore est Religionis actus, in ore improbi, aut est, aut præsumitur esse perjurium. Ergo ipsamet persona, quæ loquitur, est circumstantia consignificans, quæ verborum significationem alienat, restringit, aut alterat.

Ioann. 2. 4.

Doctrinam hanc bene perspectam exploratamque in suâ habebat Dialecticâ S. Bernardus: qui *serm.* 1. *de mutatione aquæ in vinum*, verba illa Christi, *Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea*, dilucidans, sic infit. *Durior fortasè & austerior videri posset Responsio Domini. Sed noverat ille, cui loqueretur: & quis loqueretur illa non ignorabat.* Ergo verba, quæ ab alio, aut alij dicta, essent dura & austera, à filio, & matri, & tali matri dicta, duritiem & austeritatem Bernardi sententiâ non habent. Sanè non illa ægrè tulit Virgo-Mater purissima: sed legitimo sensu interpretans, suæ filium adnuisse petitioni supposuit: unde Melleus Doctor progreditur. *Vt scias*, inquit, *Quomodo responsum ipsum acceperit, & quantum de Filij benignitate præsumpserit, ait Ministris, Quæcumque præceperit vobis, servate, & facite.* Ergo illa verba *Quid mihi & tibi est*

An Christus matri suæ purissimæ durè aut asperè fuerit loquuturus?

Quomodo sint intelligenda?

est mulier? quæ in aliis ore essent aspera, in Filij ore & tantæ Matri dictæ, æquivalebant his, *ego, quod desideras, faciam.*

Huc scitè respicientes Theologi, cùm disserunt de licentiâ tacitâ, ad Prælatum & subditum convertunt oculos, & utriusque indolem & mores considerant. Quæ enim negaret senex hypocondriacus, Vir Iovialis concederet: &, quæ probo & observanti Religioso meritò indulgerentur, murmuratori & improbo debebunt necessariò negari. 27

Quomodo licentiam tacitam interpretemur?

Hæc verba; *Non potuit Deus ab initio creare hominem, qualis nunc nascitur.* Dictata sunt à Michaële Bayo in publicis Halis (sic vocant Scholas) Lovanij: Eadem posteà fuerunt ibidem à Patribus Franciscanis Hibernis in publicis Thesibus defensa. In ore Bayi fuerunt Hæretica, & à duobus summis Pontificibus condemnata: in ore autem Patrum Franciscanorum Catholica, & ab universis admissa. Sunt æquivoca? & ad unam, aut alteram significationem à personâ dicentis contrahebantur. Non posse Deum animam innocentem affligere, opinatio erat Bayi, quam magno Iansenistæ nisu in scholas protrudunt. Et quia nascuntur hodie infantes debiles, ignorantas, ægroti, illos in hoc originariæ culpæ pœnas luere asserunt; nam Deus, ut aiunt, primum hominem creare ignorantem, cæcum, mancum, aut ægrotum non potuit; dedecet enim Infinitam Iustitiam punire aliquem, antequam peccet. Hanc Bayi & Iansenij doctrinam, cui nigrum Theta inussit Apostolica sedes, Virginis-Matris vita falsam esse manifestè persuadet: quoniam sic argumentor. [Huius vitæ miserias Beata Virgo sustinuit: passa est famem, sitim, molestias, labores, & ærumnas: subiit cœli inclimentias; frigus, æstum, &c. in summâ paupertate vixit, & tandem obiit. Sed fuit innocens: nam sine labe originariâ fuit concepta, & peccatum actuale, ne quidem veniale, commisit. Potest igitur Deus animam innocentem affligere. Adamum ergo Deus claudum, aut cæcum creare potuit:

Halæ Lovanii quæ?

An possit Deus innocentē affligere?

Deipara fuit innocens, & tamen ut majori gloriâ coronaretur, plurimas afflictiones est passa.

tuit: quis enim Omnipotentiæ leges ponat? Et eundem quem sanum & integrum creavit, ante peccatum potuit enervare, aut occidere; est enim universorum Dominus, & sicut lutum in manibus figuli, sic sunt homines in ejus manibus.] Ratio ab Adversariis adducta est indigna Grammaticis: & tamen Heterodoxi profitentur Rhetoricam, & hîc in vocum significatione miserè adlucinantur. *Nemo potest puniri*, inquiunt, antè quàm *peccet.* Esto: quia supplicium est pœna peccati. *Ergo Adamus antequam peccaret, à Deo excæcari, aut occidi non potuit.* Nego. Nego. Et, ut illi sese in vocabulorum significatione erravisse percipiant, quid *Pœna*, & quid *Pœnalitas* importet, breviter declarabo. Porrò *pœna* est correlativa *culpæ*: & innocens, quia culpâ caret, sub justo Iudice pœnâ condemnari non potest. *Pœnalitates* sunt, quæ non ob admissa peccata, sed ut subditus mortificetur, humilietur, & perficiatur, præscribuntur à prudente Prælato. Et hæ in nostro Cistertiensi Ordine sunt frequentissimæ; nam Novitij diebus Veneris, etsi omnia laudabiliter fecerint, in Capitulo disciplinam accipiunt: & cæteri, quando iusserit Præses (Abbas, Prior, Supprior) quin interrogare ab illo possint, Cur ita facis? Et ideò Beatam Virginem Deus pœna vel minimâ condemnare non potuit, carebat enim omni culpâ: at illàm, ut sicut aurum in fornace magis & magis perficeret, & ad majores & majores gratiæ gradus eveheret, exercuit magnis pœnalitatibus: tandem, ut moreretur, voluit. Et idem decernere potuisset de Adamo; non enim duæ contradictoriæ veræ sequerentur, si illum ante quàm peccaret, occidisset: nam tunc mors non esset pœna, sed pœnalitas.

Tota hæreticorum hodie Theologia est Grammatica, aut altiùs adscendant, Rhetorica.

Quo pœna modo à pœnalitate distinguatur?

Pœnalitates apud Cistertienses admissæ.

De Beatâ Virgine.

De Adamo.

28

Non potest creare Deus hominem infectum peccato.

Illa eadem Propositio, quam in ore Bayi & Iansenij condemnamus, in Patrum Hibernorum ore suspicitur & dilaudatur: nam agit de peccato originali, in quo omnes nascimur, & tamen in eo creari primus homo non potuit.

Inter Inscriptiones Hispan. exstat Lapis Tarraconensis: videlicet.

PIISSIMO,

PIISSIMO, FORTISSIMO, FELICISSIMO D.N.CONSTANTINO MAXIMO, VICTORI, SEMPER AVGVSTO, BADIVS MACRINVS V.P.P.P.H. TARR. NVMINI, MAJESTATIQVE EJVS SEMPER DEVOTISIMVS. *Antiquæ inscriptiones.*

Et legimus in Saguntino marmore *An Imperator possit vocari Numen?*

DEO AVRELIANO.

Sibi templa erexit Caligula, Sacerdotes creavit, & excogitatissimas hostias instituit, ut recenset Suetonius. Et erat Dedicatio, & Inscriptio, *An Deus?*

DEO CALIGVLÆ.

In Rescripto ad Hormisdam Pontificem Maximum Theodosius & Valentinianus Augusti dicunt DIVINITAS NOSTRA, &c. Vide Christianum Hoffmannum *in sui* [illegible], *seu* Vmbræ in Luce, *cap.*2.§.37. *An Divinitas?*

Legis hæc lemmenta, & inquiris; *An sint sacrilega?*

Respondeo nomina *Numen*, *Deus*, & *Divinitas*, posse bifariam sumi; propriè & metaphoricè. Addo ipsa, si propriè sumantur, adfingi homini sine sacrilegio non posse: at sumpta metaphoricè posse adtribui Principibus, qui sunt Ministri Dei, qui eum repræsentant, & ejus nomine dirigunt inferiores. Ergo hæ voces æquivocæ, & quæ bifariam exponi possunt, debent per Personam restringi. Prout enim Caligulæ & Aureliano, Imperatoribus Ethnicis applicantur, significationem rigorosam, & ideò sacrilegam præ se ferunt: prout autem ad Constantinum, Theodosium & Valentinianum Imperatores Orthodoxos spectant, debent interpretari congruo sensu, qui Catholicam Fidem non lædat; & si hoc accipiuntur modo, carent sacrilegij impietate. Vnde Bœclerus *dissert. Academ. IV. de Auspicio Regio cap.*3. *à pag.*240. & ex eo Hoffmannus *loc. cit.* dicunt, *Nemo formulam eorum sacrilegij incusabit.* Eo enim accipi debet sensu, quo illa Exod.7.1. verba. *Ecce constitui te Deum Pharaonis;* *De propriâ & impropriâ harum vocū significatione.* *An Moyses Pharaonis fuerit Deus?*

Pharaonis; & Aaron frater tuus erit Propheta tuus: & illa Psalm. 81. 6. *Ego dixi, Dij estis, & filij Excelsi omnes.*

Stat ergo verborum latiùs significantium Restrictionem posse & solere à personâ dicente desumi.

Deus non est acceptor personarũ.

Hac nostro ævo doctrinâ abutuntur Hæretici, & Calvinus præcipuè; nam personas à personis distinguentes, acceptionis vitio Deum maculant, & Decalogum solis præscitis (vel ut ipsi sentiunt, & loquuntur, ad infernum positivè predestinatis) impositum esse delirant.

Quomodo concipiendus sit Deus?

Deum considerari jubent tanquam ditissimum patremfamilias, qui domi suæ habet filios, & servos: qui non his: sed illis destinat hæreditatem. Leges duras, catenas, compedes, vincula, ut compescantur servi, habet ad manum; non ut filij. Si mancipium exorbitet, punitur

An prædestinati peccare possint graviter: aut præsciti leviter?

severissimè; & actiones filiorum, malæ aut bonæ, parentis amorem non extingunt, nec iram concitant: servi enim semper velut servi, & filij velut filij tractantur. Hac præmissâ doctrinâ, ab ipsis pro arbitrio voluntatis cusâ, ad Deum transeunt, & per Analogiam sic discurrunt. Summus in Mundo Pater Deus est, à quo omnis in cœlo & in terra paternitas denominatur. In humana familia filios & servos habet. Nec argui volunt si Deum cum Patrefamilias contulerint, quoniam, ut in Evangelio inquit Christus, *Simile est Regnum Cælorum homini Patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam.* Sanè hic Paterfamilias *primo mane* (ab æterno) filios à mancipiis distinxit. Illi sunt prædestinati, hi præsciti. Illis gloriam æternam in hæreditatem promisit, & hos exclusit positivè. Quam illi desperare non possunt, hanc hi non nisi temerè & per præsumptionem sperarent.

Galat. 4. v. 22. Prædestinati filij, præsciti servi, in illorum sententiâ. Ibid. 4. d. 31.

Ad Galatas enim Paulus scribit: *Abraham duos filios habuit, unum de ancillâ, & unum de liberâ: sed qui de ancillâ, secundum carnem natus est: qui autem de liberâ, per repromissionem. Quæ sunt per Allegoriam dicta.* Et mox: *Non sumus ancillæ filij, sed liberæ: quâ libertate Christus nos liberavit.* Sed quò respicit Allegoria? Ad illa Saræ verba: *Eiice ancillam hanc, & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ*

ancillæ cum filio meo. Prædistinationem esse volunt causam gratiæ & gloriæ, & quia immutabilis est, inamissibilem gratiam, & gloriæ certitudinem indulgere universis. Qui sunt prædestinati, addunt, sacramentis non indigent: cæteri autem nec gratiam per sacramenta recipiunt, nec pœnas æternas vitare possunt, quidquid agant. Et ita se Prædestinationi perperam intellectæ confidunt, ut ne quidem Baptismum esse ad salutem necessarium existiment. Dixit Christus: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, non potest intrare in regnum Dei*, & Ioannes Pappus, Prædicans Lutheranus *Comment. in Confess. August.* Christum corrigit dicens. *Sunt fidelium liberi in fœdere Dei etiam ante Baptismum. Sed tamen promissio illa & fœdus requirunt, ut tales baptizentur.* Ecce illorum sententiâ Baptismus nec primam gratiam confert, nec ut medium ad gloriam Æternam requiritur. Sed quid, si præscitus (puta Pharao) bene operaretur? Impediret id Deus ait Tilemanus Heshusius, nam *Comment. in Epist. Pauli*, sic de illo scribit. *Pharaonis cor indurat Deus, dum ei lucem & spiritum subtrahit, denegat, & potenter retinet, ut non possit, nec intelligere, nec eligere veritatem. Immittit ei spiritum furoris & amentiæ, ut sponte ruat in perniciem.* Et hanc Blasphemiam *formulæ Concordiæ pag.* 451. reponit: & assentiuntur Calvinistæ, nam Henricus Alstedius *Encyclopadiæ libr.* 25. *sect.* 4. *cap.* 5. hæc verba adducit, ut hanc Conclusionem *Nos* (Calvinistæ videlicet) *& Lutherani quantum ad fundamentum Religionis consentimus*, persuadeat.

Genes. 21. *a.* 10.

Quanta sit Prædestinationis efficacia hæreticorum sensu?

An Baptismus necessarius sit?

Quid de præscito fieret si bene operaretur?

An Calvinistæ Lutheranis consentiant?

29 Porrò, si nec Pharao, nec cæteri præsciti veritatem eligere, sed neque intelligere possunt; &, si in eos Deus immittit amentiæ & furoris spiritum, vt sponte in perniciem labantur, servire Deo, & gloriam æternam indipisci, non est opus virtutis, sed fortunæ, & tunc bona opera erunt indigna præmio, & facinorosa supplicio. Sed hoc est lumen rationis naturalis obtundere, & liberum arbitrium negare. Oremus ergo Deum ut Heterodoxos convertat, & nos in nostro discursu progediamur.

An cœlum virtute, an fortunâ adquiratur?

30 SED PETIS, *An una & eadem Oratio hîc & nunc aliter respectu unius personæ, & aliter respectu alius restringi possit?*

An possit aliquis dormire uni, & omnibus aliis vigilare?

Ante responsionem volo producere historiam quamdam ex Plutarcho. Is *in serm. amatorio*, narrat Romanum Cabbam (aliàs Calbam) ad cœnam invitavisse Mecœnatem. Inde eum & uxorem suam cernens inter se adnictantes, leni capitis inclinatione dormire simulavit. Intereà, cùm quidam ex servis, quem somnus ille audentiorem reddiderat, mensæ adreperet, & suffuratus esset vinum, *Nescis infœlix*, inquit Cabbas, *soli me dormire Mecœnati?* simulatio ergo Cabbæ, concernebat Mecœnatem, & non alios.

Quid importet Transeat *in Salmanticensibus disputationibus?*

Hac doctrinâ præmissâ, converto oculos ad Scholasticas disputationes, quæ habentur frequenter Salmanticæ. Interdum ibi, qui respondet, ait *transeat*. Et quid importat iste terminus: Est *concedo*, aut est *nego*? & cui dicitur? An-ne soli Argumentanti, an etiam aliis? Cùm aliqua assertio proponitur, quæ Argumentanti non potest prodesse concessa, & tamen posset esse respondenti molesta, si à Replicantibus adsumeretur, inquit Respondens *Transeat*; ac si diceret: *Hanc ego assertionem pro hoc solo argumento concedo, reservans mihi jus illam concedendi aut negandi, si in alio argumento ponatur.* De Loco sum dicturus statim, interim moneo verbum *Transeat*, quod Salmanticæ urbanissimè dicitur, Compluti injuriosum videri: quia, cùm in Vniversitate Complutensi non sint replicæ, nec alter alterius argumentum promoveat; assertio, quæ nocere Respondenti non potest, debet absolutè concedi; & siquis dicat *Transeat*, censetur dicere; *Hanc assertionem, quia ad rem non spectat, condono.*

Quid verò in Complutensibus?

31 *An interdũ vir prudens sibi dici censere debet, quæ alij dicuntur?*

PETIS ITERVM, *An, quæ de uno dicuntur, ita possint per circumstantias restringi, ut intelligantur de alio?* Hispanicum Adagium assertivè respondet. Illud est. *A ti te lo digo aguela; entiendelo tu mi nieta.* Huc spectant non pauci apologi, & parabolæ: huc & multæ historiolæ, quæ passim ab eruditis recensentur. Clemens VIII. prudentissimus

dentissimus Pontifex, habebat Catum pulchrum, quem, quia dum cœnaret, miabat, fuit semel alloquutus his verbis. *Tace: & invigila muribus. Quoniam, si male servis, etsi vocifereris totâ nocte, non impetrabis micam panis, &, si bene serviveris, favores, etsi non petas, consequêris.* Et quidem, cùm loqui Cato visus, nîl Cato dixit: sed suos famulos monuit, illos se gubernante, dignitates, non multiplicando libellos supplices, sed bene serviendo Deo & Ecclesiæ, impetraturos esse. *Quomodo sint impetrandæ dignitates?*

Conclusio IX.

Gestus, nutatio capitis, oculorum vibratio, artuum motus, &c. significant, & consignificant, & vocum latè patentium acceptionem restringunt. Probant hanc Conclusionem, quæ ante primam in hoc Articulo sunt dicta; & eamdem adfirmant, quæ Articulo VI. VII. VIII. IX. & X. inferiùs adducentur: interim, ut hîc illa probetur, non erit supervacaneum, ut etiam aliquid subscribamus. 32 *De gestu & corporis motu.*

Multos hodie, & in hac ipsa civitate linguosos, aut polyglottos homines, versipelles & astutos cognoscimus, qui dum lingua asserunt, oculis negant, & vultu audientes inter spem & metum sustinent. Sed quia Alphonsus Loschius in Compendiis Historicis pag. 336. agens de Venetis, ævi illius Proteum, Eccelinum, quartum Pataviæ dominum, coloribus vivis depingit; eius verba subscribo. *Eccelinus, Paduæ dominus, qualis?*

Eccelino IV. detto da Romano, per esser nato in Romano, [a] *Castello esistente sotto la Montagna di Bassano, crebbe nell auanzarsi de gli anni in ardire, viuacità, e virtù di esperienza militare; morto il Padre celò con artificio mirabile l'odio, e lo sdegno, che altamente compresso teneua nel cuore contro Padouani, onde eccellentemente addottrinato nell'arte di simulare, diuenne sopra tutti accorto, fraudolente, e mentitore à segno, che a suo piacere, mutando gli affetti dell'animo, e*

a] Qui Romanum audiret, si notitia penitiori careret, dici à Româ putaret: sic multi, qui in historiis Italicenses nominantur nõ sunt Itali, sed nati Italicæ, quæ olim fuit in BæticâHispaniâ civitas celebris.

moti del corpo sapeua con libero arbitrio e dispositione de mouimenti, e raggiri de gli occhi e della lingua con diversi e varij sembianti del volto in un momento di tempo, secondo richiedeua il caso, e suoi interessi dimostrare timore, ardire, speranza, ira, piaceuolezza, pietà, & ogn'altro affetto, che ad esso tornasse, bene. Tali arte & fraude se gubernabat Eccelinus; & quia, vt scitè ait Hispanus, *De las hechas nacen las sospechas.* Quoties cum aliis loquebatur, non solùm audiebat, sed auscultabat verba, vultumque, oculos, & vocis modum quos alij vident, cernebat, & considerabat. Magnum enim inter *audire* & *auscultare*, nec non inter *videre* & *cernere* discrimen est: vel, ut Hispanis utar verbis, inter *oír* & *escuchar*, necnon inter *vér* & *mirar* summa differentia invenitur. D. Ioannes Zarate.

Eccelinus gestu, oculis, & vocis tenore mentitur.

Vnde graviores suspiciones nascantur?

Inter Latina verba audire & auscultare, *nec non inter* videre & cernere: *aut etiam inter Hispanica* oír & escuchar, *nec nõ inter* vêr & mirar *differentia.*

Oile quanto me dixo;
Mas como no le escuchaba,
De todas sus vanaglorias.
No sabre dezir palabra.

Calderon in Comœdia, cui titulus, *El Laurel de Apolo*, fol. 200. colum. 3. 4.

Daphne. *Qua causa di?* Apolo. *Tu hermosura.*
Daph. *No la havias visto otras vezes?*
Apol. *Si, pero lo que se vê,*
No es Daphne lo que sè atiende.
Ahora sabes, que el influxo
Reservado punto tiene,
Y que no siempre es hermoso [a]
Aun lo que es hermoso siempre?

Et in *La Purpura de la Rosa.* fol. 211. col. 1.

Adonis. *Como al vêrte sabré*
Forzar y reprimir
Aquel amenàzado
Influxo en que naci?
Venus. *Pues no me viste entonces?*
Adon. *Confieso, que te vi,*
Pero no te miré. [b]
Venus. *Y ay como distinguir*

a] Licèt *semper* & *non semper* opponãtur cõtradictoriè, verum est illud Martialis, *Non bene semper olet, qui bene semper olet.*

b] Differt autẽ *cerno* à *video, adspicio, specto, intueor,* quòd cernimus animo, videmus naturâ, adspicimus ex improviso, spectamus voluntate, intuemur

El

El vêr del mirar? Adon. *Pues*
Ay quien lo ignore? Ven. *Di*
Adon. *Que el vêr es solo vêr,*
Y el mirar, advertir.
Ven. *Y ien, que es lo que adviertes?*
Adon. *Que te llevas trasti*
En tus rizos del sol
Todo el dorado Ophir, &c. [c]

cuiâ, quemadmodum elegantissimè tradit Corn. Fronto *in differ. vocabulor.*

c] Progreditur ulterius Adonis speciosâque Veneris pulchritudinem ingeniosè depingit.

Et quia hæc verborum differentia erat Eccelino notissima: non tam audiebat, quàm auscultabat; non tam videbat, quàm cernebat singulos vocis modulos, & gestuum nutus; & hinc, quæ in alto latebant pectore, rimabatur arcana. Vnde subjungit idem Author. *E come quello, che era maraviglioso Scrutatore, & indovino de piu secreti sentimenti de gli huomini astuti, sapeua penetrar i loro fini; e molte volte con stupenda verità vaticinaua gli euenti, che perciò correua in concetto, & estimatione non pari.*

Ex loquentium vultu, oculis, &c. plus quàm ex verbis, quæ animo claudant, Eccelinus intelligit.

Habuit non paucos Eccelinos antiquitas, inter quos à Græcis Πρωτεὺς, & ab Italis celebratur Vertumnus. Fuit autem Proteus Ægypti Rex, & in Deum versus, apud Virgilium 4. Georg.

Quis fuerit Proteus?

Cæruleus Proteus, &c. *novit namque omnia Vates,*
Quæ sunt, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.
Quippe ita Neptuno visum est, immania cuius
Armenta, & turpes pascit sub gurgite Phocas.

33 Quæ de Protei mutabilitate Poëtæ commenti sunt, aliqui ad Historiam reducunt, & ab Ægyptiorum Regum consuetudine emanasse asseverant. Illi enim, ut Diodorus testatur, tauri, leonis, draconis, aquilæ, &c. priorem partem superponebant galeæ, & hoc insigni ab aliis Reges secernebantur. Hoc ornamentum reverentiam, stuporem, aut superstitionem quamdam adspicientibus videbatur iniicere: & hinc orta fuit ἀποθέωσις, & suarum fabula μεταμορφώσεων. Proteum fuit imitatus Vertumnus Etruriæ Princeps, posteà & Deus; sic dictus,

Cur dictus fuerit in tot formas mutari?

Quis fuerit Vertumnus?

a] Tiberius Donanus jubet dici *Vertumnum*, ut *Neptunum*.

dictus, quod in omnes formas & figuras se verteret. Varro *de ling. Latin. libr.* 4. Ovidius *lib.* 4. *Metamorph.* & *libr.* 6. *Fastor.* Propertius, *Eleg. de Vertumno* [a] Horatius *libr.* 2. *serm.* Illos æmulatus Caligula os, habitum singulorum Deorum exprimebat, & illâ die, nomine Dei, quem repræsentabat, volebat salutari. Accidit autem, ut quidam fortè Gallus Caligulam pro excelso tribunali sub specie Iovis jus dicentem videret, & effusè rideret; rogatus, *Cur risisset?* respondit, *Tantam sibi videri illam Imperatoris stultitiam, ut risum cohibere non potuerit.*

Caligula Deorũ singulorũ personam agit: & ridetur.

Historias has ad mores reducunt Politici; & ideò apud Græcos Proteum, & apud Italos Vertumnum in
34 omnes figuras verti dictos, quòd sciverint dissimulare & simulare & pro prudentiâ & tempore in agnos, in leones, in columbas, serpentesque converterentur: quò etiam respexit Caligula, nam illius Dei adsumebat figuram, cuius scelera volebat imitari: nam, ut sibi liceret suas vitiare sorores, Iovem egit, qui Iunonem sororem suam vxoris justæ loco habuit: & ut licitè innocentes occideret, Martem agebat: Mercuriumque, ut posset mentiri & furari. Quò respexisse videtur Iuvenalis satyr. 4. dicens.

Cur Deorũ figuras adsumeret?

Deus incestuosus Iupiter: crudelis Mars: Mercurius latro, &c

——Nihil est quod credere de se
Non possit, si conlubeat Diis aqua potestas.

Et huc spectant nonnulla ingeniosa Antiquorum adagia, è quibus nonnulla subscribo.

Πρὸς τῷ μυσρυιῆς τάφον δακρύειν, *Flere ad novercæ tumulum*; nam huiusmodi lachrymæ per causam restrictæ, non dolorem, sed lætitiam significant, & ideò Μεγαρέων δάκρυα, *Magarensium lachrymæ* poterunt dici. Fuerunt autem Megarenses, mendaces homines, qui fœminarum instar, *ad lachrymas oculos erudière suos.* Nec hinc multum abfunt Κροκοδείλου δάκρυα, *Crocodili lachrymæ*, quales Iulij Cæsaris fuerunt ob mortem Pompeij, &c.

An lachrymis, & loqui, & mẽtiri possimus?

35 Huc pertinet illud Plauti.

Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat.

Et illi convenit, qui simul loquitur & indicit contraria: puta, si opera verbis contradicant. Ambrosius *in serm. de Domin.*

An & mẽtiri operibus?

Domin.de Abraham. Appoſitiſſime. *Cavete fratres mendacium: quia omnes, qui amant mendacium, filij ſunt diaboli. Non ſolùm in falſis verbis, ſed & in ſimulatis operibus mendacium eſt. Mendacium namque eſt, ſe Chriſtianum dicere, & opera Chriſti non facere; mendacium eſt, Epiſcopum, Sacerdotem, vel Clericum ſe profiteri, & contraria huic Ordini operari.* Habeturque hæc authoritas 22. *quæſt.* 5.

Sæpe ars obluditur arte: & ab aſtutis cognoſcitur diſſimulatio: & ideo in eum, qui multo colorum non obſtante apparatu, tandem cognitus fuit, pulchra Adagia cantantur. Hæc pauca ſeligo. *Diſſimulatio, ſi innoteſcat, non prodeſt.*

Αἰσώπειος κολοιός. *Æſopicus graculus*, qui alienis plumis tectus diu latuit, donec explumatus comparuit. Horatius graculam fuiſſe vult, vt inſinuet, virilem prærogativam eſſe ſinceritatem, & ſimulationem vitium eſſe fœmineum: & ſic cecinit. *Fæmina meliùs fingunt, quàm viri.*

Moveat cornicula riſum
Furtivis nudata coloribus.

Πίθηκος ψιμμυθίῳ. *Simia fucata.* Πίθηκος ἐν πορφύρᾳ, *ſimia in purpura.* Et apud Hiſpanos multo meliùs, *Aunque la mona ſe viſta de ſeda, mona ſe queda.* Qui enim ita diſſimulat, ut eum diſſimulare cognoſcamus, non diſſimulat: ſed *queda hecho vna mona*: manet valde confuſus. Talis erat Nymphæ illius ſimulatio, de qua Damœtas apud Virgilium *Eclog.* 3. conqueritur, exclamatque. *Ita ſimulare oportet, ut nemo ſuſpicari queat, intervenire aliquam ſimulationẽ.*

Malo me Galathea petit, laſciva puella,
Et fugit ad ſalices, & ſe cupit antè videri.

Talis & illius Hypocritæ, de quo quidam Iunior.

Dogma tuum, ſi te (Iuſtine) latere lateret,
Laudarem; ſed te jam latuiſſe patet.

Quoniam, ubi exclamabat Scholaſticus,

Scire tuum nihil eſt, niſi ſcire tuum ſciat alter.

Muſſat hodie Politicus,

Si ſciat hoc alter ſcire tuum nihil eſt.

Scholaſticũ. & Politicũ. Monitum.

CONCLVSIO X.

36 *An verba restringantur à Vestibus? An vestes aliquando mētiantur?*

Vestes & ornamenta colloquuntur, & consignificant, & propositiones æquivocas & universales restringunt: Et, quia colloquuntur & consignificant, etiam mentiri possunt.

Quid sit mentiri materialiter?

Ornantur à naturâ & ab arte montes, sylvæ, animantes, & ideò ipsæ materialiter mentiri dicuntur, quando ea habent ornamenta, quæ si homo haberet, mentiretur formaliter. Porrò Ætnam vociferari, gemere, mugire, &c. Poëtæ, tam Græci quàm Latini testantur. Virgilius *Æneid.* 3.

An Ætna vociferetur? an clamet? an tonet? an murmuret? an mugiat?

Tum procul è fluctu Trinacria cernitur Ætna,
Et gemitum ingentem pelagi, pulsataque saxa
Audimus longè, fractasque ad littora voces. &c.
Ter scopuli clamorem inter cava saxa dedêre. &c.
Ipse sed horrificis juxta tonat Ætna ruinis. &c.
Cum gemitu glomerat, fundoque exæstuat imò. &c.
Fama est, Enceladi semustum fulmine corpus
Vrgeri mole hac, ingentemque insuper Ætnam
Impositum, ruptis flammam exspirare caminis:
Et fessum quoties mutat latus intremere omnem
Murmure Trinacriam, & cælum subtexere fumo. &c.
Clamorem immensum tollit, quo pontus & omnes
Intremuêre undæ, penitusque exterrita tellus
Italiæ, curvisque immugiit Ætna cavernis, &c.

An Ætna sit pyra premens corpus Enceladi?

Vide Agellium *lib.* 17. *cap.* 10. Pontanum contra Virgiliomastigas, &c. & memineris illius Adagij; *Ætnæ & pelagi gemitus aures non ferit.*

An Ætna mentiatur?

Non solùm montes, & inter ipsos Ætna, clamant, vociferanturque, sed etiam aliquando mentiuntur. Lineas subsequentes considera.

An sit hypocrita?

Hypocrita Mongibelo,
Nieve ostentas, fuego escondes:
Que de los hombres diremos,

si saben mentir los montes?

Sunt Iunioris Poëtæ, quæ possunt in sequentes converti.

Enceladi ad tumulum, tegit, edit, hypocrita grandes,
Quà latet Ætna focos, quà patet Ætna nives.
Frigus in ore gerit, versatque in corde calorem:
Saxa invisa ardent; visaque saxa rigent.
Se insinuant pelago flammæ: cœlumque, diemque,
Quæ rimor, fumus perfluus esse negat.
Ergo etiam montes mendacia texere norunt,
Atque dolos etiam nere elementa sciunt.
Ergo quid mirum, si nos, quos gliscit Olympus,
Mons, mare, fumus, humus fallere, fallat homo?

Quid mirũ, si quando montes, & cum ipsis elementa mẽtiuntur, etiam mentiantur homines?

Videtur Tetrastichum illud legisse D. Hieronymus de Villaizan, apud quem in Comœdia, quæ inscribitur, *Offender con las finezas*, act. 1. se Blanca cum Ætnâ componit, & conceptum præcedentem ad sequentes consonantias reducit.

Villaizan.

No se vee el Etna eminente
Seer y mostrarse en su vulto
Vivo Mongibelo culto,
Y elada sierra apparente?
Que mucho pues, que yo intente
Seer Etna meior, adonde
Con Henrique, y con el Conde
Soy una breve mentira; [a]
De nieve en lo que se mira,
De fuego en lo que se esconde?

a] Fœminam non solùm mendacem, sed & mendacium esse, asserit Blãca: ut scias, quòd à Belgis, qui *v* cons. proferunt ut *f*, vocatur *vrauvv*, quasi *fraus*, & ab Italis *donna*, & anagrammaticè *danno*, hoc est *damnum*.

Sicut in montibus naturalia ornamenta, sic artificialia in hominibus colloquuntur interdum, & etiam aliquando mentiuntur. Gemmæ & pretiosi lapides & emblemata ex ipsis formata, quæ *joyas* nos Hispani dicimus, ornamenta sunt hominum, & licèt linguâ careant multa dicunt. Calderon in suâ, *La fiera, el rayo, y la piedra.* act. 3. pag. 245. col. 1.

Anteo. *Nunca la quise ausentar.*
Esto lo dirán mas bien
Las joyas, que hecharon menos

Quando yo. Zephyro. *La voz deten* [b]
Que a quien quiere creer, le sobran
Las pruebas para creer. [c]

Ecce gemmæ & uniones, ubi est necessarium, loquuntur. Et quidem ornamenta loqui & exponere, quæ lingua omittit, Sacramentalis probat ἐξομολόγησιν, quæ sæpe esset incompleta & sacrilega, nisi suppleret vestis, quæ lingua pœnitentis non dicit. Quam ob rem, cùm Virgines, Conjugatæ, & Moniales habitu distinguantur, bene expiabit suam conscientiam fœmina, si dixerit, *Permisi me à viro cognosci:* hæc enim verba, tametsi generalia sint, restringuntur per vestes, & prolata à Virgine [d] simplicem fornicationem, & dicta à Conjugatâ adulterium, & à Moniali pronunciata Sacrilegium important.

Et hinc vestes, ut vides, statum Religiosum significant, & consignificant: & quia interdum genericè, per alias adhuc vestes restringitur hæc significatio; sunt multi Sacerdotum Ordines in Ecclesia, & ipsi valde parvam differentiam habent in habitu. Militarium Religiosorum habitus Crux est: & Crucem forma, & posteà color ad Ordines diversos restringit: nam Calatravæ, Christi, S. Iacobi, &c. Cruces formâ differunt: colore autem Calatravæ & Alcantaræ Cruces, &c. Monachales Ordines ab aliis cuculla distinguit: & quia etiam Basiliani illâ utuntur, vix differunt à Benedictinis. Hos color habitûs ad Congregationes restringit. Nigro Cassinenses utuntur: candido Olivetani: partim candidum, & partim nigrum Cistertienses vsurpant. Stat ergo per vestes, vestium significationem in Ecclesiâ restringi.

Restrictioni opponatur Abstractio, &, quia figura habitûs uniformis, Episcopis Regularibus præscribitur, & color ab ipsomet habitu Regulari desumitur, nascitur, vt sicut sæculares, sic & Iesuitæ, Teatini, & aliorum Ordinum Clerici, ad Episcopatum promoti, utantur colore violaceo: Nigro Basiliani, Cassinenses, & Augustiniani: togâ albâ & mantello nigro Cistertienses, Dominicani, Trinitarij, &c.

b] Hic sicut in aliis multis locis hic Author interrumpit discursum per ἀποσιώπησιν.

c] Ad credendum requiritur pia affectio: si hæc desit, difficillimus assensus est.

d] Copula cum Virgine volente est simplex fornicatio.

Quo Virgo modo, quo Conjugata, & quo debeat confiteri Monialis?

Quomodo per vestes Ordines distinguãtur?

De discretione Militum Regularium.

Quomodo formentur & distinguantur Cruces?

De differentiâ Ordinũ Monachalium.

De abstractá vestium significatione.

De Episcoporum habitu,

Sed

Qualis sit Episcopus, qui vestem nigram habet?

Sed attende. Ecce adest Episcopus, veste nigrâ exornatus. Qualis est Regularis: quoniam, si sæcularis esset, aut ex aliquo Clericorum Ordine adsumptus, uteretur violaceâ. Sed cuius ipse Religionis? aut Basiliani, aut Benedictini, aut Augustiniani. Ergo manet in genere, Episcopalis habitûs restricta per nigrum colorem significatio; & adhuc altero signo indigeret, ut ad speciem ultimam restringeretur. Porrò Equites Militares ad Episcopatum promoti Crucem retinent: & hoc anno 1670. D. Laurentius de Aztiriâ, Melitensis Episcopus, etsi frustra Magistro cœremoniarum contradicente, sic decernente Clemente X. Sanctissimo D. N. Crucem retinuit, eamque Romæ, etiam in sacello Pontificio portavit. Actum fuit eâdem die de P. Martini de Villanueva, Gaëtani Episcopi, ex Ordine Sanctissimæ Trinitatis adsumpti habitu: & quia sic rem voluit intelligere cœremoniarum Magister, Crux fuit ex epomide ablata, & in scapulari relicta. Sed illud cur? Porrò Cruce sublatâ ille habitus erat Cistertiensi, Trinitario, & Dominicano communis: & per Crucem restrictus ad Trinitarium Ordinem determinatus. Interim Illustrissimus D. Gabriel de Santander, Hyduntrinus Archiepiscopus, Salentinorum Primas, &c. Vir doctissimus & prudentissimus, ex B. Virginis de Mercede Ordine florentissimo adsumptus, hodie in epomide (Hisp. *en la muceta*) sui Ordinis stemma gerit, & nemo ei obloquitur, aut contradicit.

Crux est Religiosorũ Militarium habitus.

Illam debent retinere ad Episcopatũ promoti.

An etiam Mercenarij, Trinitarij, &c.

De Hydrũtino Archiepiscopo.

Sicut vestes (sed & hoc insinuavi superiùs) sic etiam capilli, sic frontis rugæ loquuntur: nam illi, si cani sint, & hæ hiulcæ, senem ab adolescente discernunt, &c. Ergo: quia aliter Religiosi, & aliter sæculares tondentur, & alîus coloris sunt juniorum, & alîus sunt seniorum capilli, possunt & solent homines, illos tondendo & tingendo mentiri. Vide interim, quæ paulò ante *Concl.* 11. §. *Protensa*, dicebamus.

An etiam per capillos homines loquantur, aut mentiantur?

N.B. sicut in vocibus, sic etiam in vestibus ἀμφιβολογία reperitur: nam hodie Romæ, & in multis universitati-

An esse possit in significatione vestium æquivocatio?

An semper vestiu, personæ statum manifestet?

bus, tam Sacerdotes, quàm conjugati veste talari utuntur: unde, cùm tibi aliquis confitetur, & ait; *Vnam cognovi fœminam*, non poteris ex veste dignoscere; An fornicatio ad adulterium, an verò ad sacrilegium restringatur. Ergo aliunde debet in hoc casu provenire Restrictio: vel si aliunde non veniat, debet expressè pœnitens suum statum exponere: An videlicet sit cælebs, presbyter, conjugatus, &c.

Esse etiam in vestibus æquivocationes observavit D. Anna apud Calderonem *in Comœdiâ, quæ inscribitur*; Mañanas de Abril y Mayo, *act.1.pag.53.a*, sic enim ait.

An & quãdo contingat Restrictionem à vestibus nõ posse desumi?

Creyó enfin que era yo (raro sucesso!)
La Dama, que siguió, que aun para esso
Sirvió el sombrero, y el estar con manto,
Y el sér los trages parecidos tanto,
Que como en los conceptos repetidos,
Se encuentran tambien dos en los Vestidos.

Ergo, sicut contingit duas voces similem habere significationem, & dubium parere, quod auferat superveniens Restrictio: sic etiam contingit duas personas dissimiles habere vestes similes, ita ut nequeat à vestibus, sed aliunde debeat, desumi discretio & restrictio.

Fœmina in Hispaniâ quando iteragunt, aut egrediuntur ad campum, utuntur pileo.

QVÆRIS, *An tales esse vestes possint, quæ omnem interrogationem affirmando restringant?* Hippolytus apud Calderonem *loc.cit.* sic depingit suam Phyllida.

Coronaba sobre el manto
Los bien descuidados rizos
Ayroso un blanco sombrero,
Por una parte prendido
De un corchete de diamantes
Sobre un penacho, que hizo
Lisonja al ayre, diziendo
A sus alagos rendido
Pues inclinada la frente
Si, a quanto me dizen, digo,
Mejor, que mi dueño, yo

Si

Sé obligarme de suspiros.

Porrò adnuere est inclinare caput: quo motu affirmativè interrogationi respondemus. Cùm ergo plumæ, quæ Phyllidis pileum ornabant, capita à vento agitatæ dimitterent, eas Poëta asserit semper adnuere, semper respondere assertivè: & esse Phyllide clementiores, hæc enim universis se negat. *Caput submittere est assentiri & adnuere.*

RELECTIO.

De Consignificationibus, Mendaciis, necnon Restrictionibus Vestium.

VEstium diversitas Ecclesiasticos à sæcularibus, & inter Ecclesiasticos Religiosos à Clericis, & tam illorum, quàm horum varios Ordines distinguit inter se. Modò in quocunque horum genere vestes quæ in cultu & pretio eminent, consideremus. *De util. cond. hum.* Innocentius. *Superbus, ut magnificus videatur, satagit vestiri duplicibus, indui mollibus, pretiosis ornari: sed quid aliud est, ô homo, pretiosior ornatus, quàm sepulchrum foris dealbatum, intùs autem spurcitia?* Gregorius *in quâd. homil.* superbos eos esse asserit, qui vestes pretiosiores affectant. *Quod pro solâ vanâ gloriâ vestimentum pretiosum quæritur, res ipsa testatur: quia nemo vult ibi pretiosis vestibus indui, ubi ab aliis non possit videri.* Et hunc in claustra luxum se insinuasse *super, Missus est* luget S. Bernardus; & quia S. Benedictus *in Reg. cap.* 55. Monachis præcipit, ut vilioribus contenti sint, exclamat. *Quid de habitu dicam, in quo jam non calor, sed color requiritur: magisque cultui vestium, quàm Virtutum insistitur. Pudet dicere. Vincuntur in suo studio mulierculæ, quando à Monachis pretium affectatur in vestibus, non necessitas.* Et in Apologiâ. *Vanum cor, vanitatis notitiam ingerit corpori: Exterior enim superfluitas interioris vanitatis indicium est. Mollia indumenta animi mollitiem indicant. Non tantùm curarent corporis*

Nolo ut pereant hæ Paginæ, quas ante, multos annos de hoc argumento scripsi, & ideò illas interfero ut post præcedentem Conclusionem legantur.

Cur superbis vestibus homines indui velint?

Quales Monachos deceant?

Exterior pompa significat vanitatem internam.

poris cultus, nisi prius neglecta fuisset mens inculta virtutibus.

37 Non omninò negligenda sunt corpora, sed debet in eorum cultu modus & pudentia servari. Cicero: *Adhibenda est munditia non odiosa, neque exquisita nimis: tantumque* (fortè, *tanta, quæ*) *fugiat agrestem, & inhumanam negligentiam.* Et iterum. *In cultu observandum est, quod à formâ removeatur omnis viro non dignus ornatus.* Quoniam ut ait Ovidius, *libr. 2. de arte.*

Qualem & quantam curam habeant homines prudentes de vestibus?

Forma viros neglecta decet.

Et quia his paucis ille verbis multa complexus fuerat, illa explicuit, & his numeris dilucidavit.

Monitum Politicum.

De cultu corporis.

Iam tibi nec ferro placeat torquere capillos,
Nec tua mordaci pumice crura teras. &c.
Munditiæ placeant, fuscentur corpora campo:
Sit bene conveniens, & sine labe toga.
Linguaque nec rigeat, careant rubigine dentes,
Nec vagus in laxâ pes tibi pelle natet.
Nec male deformet rigidos tonsura capillos,
Sit coma, sit doctâ barba resecta manu.
Et nihil emineant, & sint sine sordibus ungues [a]
Inque cavâ nullus sit tibi nare pilus.
Cætera lasciva faciant, concede, puellæ;
Et siquis male vir, quærit habere virum.

a] Hispanus cum majori gratiâ *Tened siempre las uñas sin caireles.*

Et hanc ob rem Musonius, ut Stobæus *serm. 1. de Virtut.* testatur, volebat virum temperantem corpori quærere tegmen, non sumptuosum, nec exquisitum. *Veste nempe, & calceamentis eodem modo utendum esse, ajebat, quo Panoplia; nempe, defendendi corporis gratiâ, non ostentationis. Sicut enim ea fortissima sunt arma, quæ firmissima, quæque armatum tueri maximè valent, non quæ insignia & splendida; ita amictus quoque & calceorum usus, qui sit corpori commodissimus, optimus est, & non is, qui stolidorum oculos possit ad se convertere,* &c.

Quænam arma sint optima?

Quinam habitus sit convenientissimus?

Petis

Sect. I.

An virum modeſtum dedeceant veſtes viles? an aliquando Humilitatis ſuperbia proles ſit abortiva?

PEtis, an Modeſtia, quæ veſtes communes & viles præſcribit, poſſit in exceſſu peccare? Reſpondeo, materialiter & formaliter peccare poſſe. Materialiter, ſiquis tales induerit veſtes, quæ ſibi dedecori ſint: formaliter, ſi gloriam vanam in ipſâ Humilitate aucupatur. Monet nos *tract. de ſerm. Domini* Auguſtinus, & ait. *Animadvertendum eſt, non in ſolo rerum corpore, earum nitore, atque pompâ, ſed etiam in ipſis ſordibus lutoſis eſſe poſſe jactantiam, & eo periculoſiorem, quo ſub nomine ſervitutis Dei decipit.* 37.b.

Vt occulta peccata corrigantur, Deus hominem in manifeſta labi aliquando permittit.

Et ſanctus Doctor *in Regul.* his verbis ſuos Diſcipulos inſtruit. *Alia quæcumque iniquitas in malis operibus exercetur, ut fiant, ſuperbia verò in bonis operibus inſidiatur, ut pereant*: & in quadam ad Amicum Epiſtolâ, *Fit miris modis in Animâ hominis, ut de falsâ humilitate magis inſletur, quàm ſi apertiùs ſuperbiret: & nonnunquam deiicit Deus occultam mentis ſuperbiam per carnis manifeſtam luxuriam.*

Turpiora vitia ſunt, quæ ſerpunt ſub ſpecie virtutum

Et Hieronymus *in Marc.* conſonat, inquit enim. *Multò illa deformior eſt ſuperbia, quæ ſub quibuſdam Humilitatis ſignis latet: neſcio enim quomodo turpia* (fortè, *turpiora*) *ſunt vitia, cùm Virtutum ſpecie celantur.*

Hiſtoria à Laërtio adducta proponitur, & examinatur.

Placet hic breviter inſinuare Hiſtoriolam, quam *lib. 6. cap.* 5. Laërtius exhibet. [Crates à Magiſtratu obiurgatus quòd præter leges & mores Athenienſium ſindone veſtiretur, ait, Quid, ſi Theophraſtum vobis oſtendam ſindone amictum? Diffidentes, ac ut oſtenderet, flagitantes adduxit ad tonſtrinam, oſtenditque Theophraſtum, qui tum fortè tondebatur, linteo amictum, quod Græci à contegendis humeris ὠμόλινον vocant. Vnde ſic diſcurrebat. Indui lineis, aut per ſe eſt malum, aut non. Non hoc; nam, ſi per ſe turpe eſſet, ne in tonſtrinâ quidem eſſet honeſtum. Ergo illud. Ergo ſi uti lineis per ſe turpe non eſt, ubique erit id licitum.] Et ego. *Primò* hanc hiſtoriam perpendens; tot, & tam difficiles circumſtantias invenio, ut Laërtio dicam,

Horatius *de Arte Poëticâ.*

Ficta voluptatis causâ ſint proxima veris;
Nec quodcumque volet, poſcat ſibi Fabula credi.

An ſit cogitata? an moraliter ſit impoſſibilis?

Et ſuſpicari incipiam, eam illum cogitaſſe; & ideò eſſe nonnullis

nonnullis similem, quæ in Valerio Maximo inveniuntur. Nam esse Theophrastum sub manu tonsoris, hoc sciri à Crate; hunc eâdem horâ obiurgari à Senatu; velle hunc negotia publica intermittere, ut iret, quò conduceret Crates; & alia similia, non facili negotio concurrerent. Ergo simus urbani, ne dicamur, insultare Laërtio; & captivemus mentem in Vrbanitatis obsequium. Et hanc ob rem dicamûs *secundò* esse turpe, non solùm contra, sed etiam præter morem procedere, & habere viliores vestes, quàm tolerat personæ conditio: nam aliàs à Magistratu Crates minimè objurgaretur. Fateamur *Tertiò* esse summi ponderis authoritatem Viri magni: nam Theophrastus, ut morum Regula habebatur Athenis, ut universis licerent, quæ ipse faceret; & inhibita censerentur, quæ omitteret. Et concludamus quartò non fuisse Cratem profundè tinctum Ethicâ; quoniam Malitia Philosophica aliàs consistit in essentia, aliàs in modo. Porrò mendacium est per se & essentialiter malum: & ideò semper & ubique erit malum. At verò exonerare ventrem, mutare indusium, reddere uxori debitum per se sunt bona, per accidens mala esse possunt, si peccetur in modo, puta si publicè fiant, cùm clam fieri deberent. Modestissimus Cato, illæsâ gravitate suâ, esse poterat nudus in balneo, at omninò desiperet, si nudus vellet in senatu adsidère. Ergo, tametsi in tonstrinâ Theophrastus tectus sit ὠμολίνῳ, illo Crates indutus in foro comparere non potuit.

Pretiosiores, aut viliores habere vestes, quàm tolerat persona conditio, indecens est.

Quanti ponderis sit vel unius Viri illustris exemplum?

An aliqua, qua clam facta sunt bona, sint mala, si publicè fiant?

SECT. II.
De fœminarum vestibus & ornamentis.

An & quid vestes fœminarum loquantur?

Quæ, & qualis sit fœmina vestium ornatus prodit: castæ enim modestissimum amant, & lasciviente delectantur lasciviæ. Non potest tamen Regula generalis præscribi, qui enim in ignobili muliere esset nimius, erit nobili congruus, & non sufficiet Principi seu Reginæ. Hunc respiciens Augustinus ad Possidonium scribens, *Nolo* inquit, *ut de ornamentis auri vel vestis properam habeas in prohibendo sententiam*. &c. Cur autem? Quia sicut vestium magnitudo debet hominis altitudini proportionari,

37. c.
Vestiũ pretium statui,

portionari, sic qualitas & pretium materiæ, statui & opibus debet correspondere. *Libr.* 1. *de Offic.* Cicero. *Decor corporis non sit affectatus, sed naturalis, simplex, neglectus magis quàm expeditus; non pretiosis & albentibus adjutus vestimentis, sed communibus, ut honestati & necessitati nihil desit, nil accedat nitori.* Vnde *lib.* 1. *de Virgin.* Ambrosius. *Neglecta decoris cura plus placet, & hoc ipsum quod non ornamus, ornatus est*, &, ut quid *communium vestium* nomine intelligendum sit exponat, *in epist. ad Nepot.* ait S. Hieronymus. *Vestes pullas æquè devita ut candidas: ornatus & sordes pari modo fugienda sunt, quia alterum delitiis, alterum gloriâ redolet.* Et hîc obiter nota ante mille annos non fuisse in usu communi vestes nigras.

& opibus debet correspondere.

An ipsemet ornatus neglectus, ornatus sit

Color vestium debet esse secundũ communem Patriæ morem.

Et quid, si præter morem se exornauerit fœmina? A Theologis & Politicis incriminabitur. Præmittam nonnullas Patrum Antiquorum sententias, & posteà Philosophorum & Poëtarum numeros considerabo.

De habitu Virginum curiosum libellum scripsit Cyprianus, & inter alia ait. *Ornamentorum ac vestium insignia & lenocinia formarum non nisi prostitutis & impudicis fœminis congruunt: & nullarum fere pretiosior cultus est, quam quarum pudor vilis est. Serico & purpura indutæ Christum syncere induere non possunt; auro & margaritis adornatæ, & monilibus, ornamenta mentis & corporis perdiderunt.* Et ibidem. *Vince vestem, quæ Virgo es, quæ Deo servis; vince aurum, quæ carnem vincis & sæculum: nec monilium aut vestium quære ornamenta, sed morum.*

Honesta fœmina modestiâ veriùs quàm vestibus pretiosis ornantur.

Contra mulieres ambitiosiùs sese ornantes eruditum Tractatum edidit S. Gregorius Nazianzenus, ex quo placuit periodos subsequentes exscribere. *Mulierum ornamentum est morum probitate & elegantiâ florere; domi ut plurimum manere; colloquium cum Divinis Oraculis habere; filo ac lanæ operam dare; ancillis opera mandare, servos vitare; labiis, oculis, genis vinculum iniicere; pedem limine non admodum frequenter efferre; pudicis quidem omnibus mulieribus delectari; cæterùm eo dumtaxat viro contentam vivere, qui tibi legitimo matrimonio virgineam Zonam soluit.*

Quæ sint vera ornamenta castarum & nobilium mulierum?

Virgineam zonam solvere est deflorare.

37. d.

Ethnicorũ sententia.

Quantotẽpore mulieres indigeant, ut se exornent.

Induere se apud *Hispanos est* vestir-se *interim* se puso *dicimus, & nõ* se vistió una gargantilla de piedras preciosas.

N. B. Modestissimæ fœminæ, meliores, quàm domi habent vestes, ut egrediantur, adsumunt: nec ob hoc debent, si modum observent, taxari: nã hoc Prudentia suadet, & Modestia permittit. Audi S. Benedictum, qui *in Règul. c.* 55. sic inquit. *Femoralia hi, qui in viâ diriguntur, de vestiario accipiant; quæ revertentes lota ibi restituant, & cuculla &*

Sed & Ethnici, etsi supernaturali Fidei Christianæ lumine destituti, luxum in mulierum ornatu condemnarunt. *In Heaut.* 2. 1. ridet & exclamat Terentius.

——Nosti mores mulierum.
Dum moliuntur, dum comuntur, annus est.

Carpit Ovidius *de Med. faciei*: canit enim,

At vestra teneras matres peperère puellas
Vultis in auratâ corpora veste tegi.
Vultis odoratos positu variare capillos,
Conspicuas gemmis vultis habere manus.
Induitis collo lapides Oriente petitos,
Et quantos onus est aure tulisse duos.

At hæc fortassis omnia tolerare maritus poterit, cui soli uxor ornatur. Sic esse deberet: quoniam, ut apud Stobæum *serm.* 32. ait Hyperides. *Domi coram viro licet uxori ornare se, ut lubet; ornamenta autem quæ sumit egressura domum, non ad maritum, sed ad alios spectant.* Quò respiciens Socrates suæ Xantippæ, quæ volebat vestem speciosam induere, & sic ad spectandam pompam prodire, dicebat, *Hanc non spectandi causâ, sed potiùs ut specteris, habes.* Notabat prudens senex communem mulierum consuetudinem, quæ cùm aliis, tum maximè vestium novitate delectantur, quo ab omnibus ob novum & insolitum cultum spectentur & celebrentur. Ælianus *lib. de var. hist.* & hoc ipsum reposuit Ovidius his verbis.

Vadunt spectatum, vadunt spectentur ut ipsæ.

Porrò debemus morum elegantiam à pulchritudine vestium secernere, quoniam ut in Most. Plautus admonet.

FOEMINA, *nequidquam exornata est bene, si morata est male.*

Hanc discretionem infixam animo habebat Archidamus. Nam cùm illius filiabus Dionysius, Siciliæ Tyrannus vestes splendidas, magnique pretij, dono misisset, recusavit accipere, dicens, *Vereor, ne hoc amictu puellæ turpes mihi videantur.* Plutarchus *in Lacon.* Sciebat ergo prudentissimus vir, nobiles Virgines nullo cultu meliùs ornari, quam simplici: immò gemmis, auro, & vestibus

bus fericis dehoneftari magis, quàm ornari: propterea quod veftium luxus arguat mentem parum fobriam, & intuentium animos ad libidinem provocet. Oportet enim, ut Virgo mente purâ fit prædita, & nullâ ex parte corrupti animi fignificationem exhibeat.

tunica fint aliquàtò iis, quas habere foliti funt meliores: quas exeuntes in viam, accipiàs de veftiario, & revertentes letas ibi reftituant. Nemo igitur, ut meliores veftes extra domum quam domi geftent fœminæ, negare poterit, fiquidem hoc fuis Monachis S. Benedictus concedit.

SECTIO III.

De Medicina faciei: & de mendaciis huius medicinæ.

VNgunt, inungunt, macerant, abluunt, tingunt, pingunt, & fingunt facies fœminæ, & tot mendacia hoc labore committunt, ut multa habuerit Ovidius, quæ fcriberet; & multa Patres & Doctores, quæ carperent. Induunt & exuunt facies, ut veftes fœminæ; & anus, quæ mane in lecto habebat faciem aviam, fi fe lavet & fingat, induet poft horam faciem neptem. Sic ludunt fœculis, & procos & maritos illudunt.

An fœmina, ut veftes, exuant facies?

Hæc mendacia Innocentius tract. *de vil.condit. human.* quâ folet urbanitate & modeftiâ reprehendit. *Abfit*, ait, *ut adulterinus color, fit comparabilis nativo. Quin imò, cùm facies adulterino fucatur, os abominabili fætore corrumpitur. Vniverfa vanitas omnis homo vivens. Quid enim vanius, quàm crines pectere, plantare cæfariem, tingere genas, ungere faciem, producere fupercilia? quandoquidem vana eft gloria, & vana pulchritudo. Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus tanquam flos agri.* At acriùs, vehementiúfque loquuntur Patres. Hæc Artis ingeniofæ mendacia, Auguftinus tolerare non poteft. Agens *de Domini ferm.* exclamat. *Quanta amentia eft, effigiem naturæ mutare, picturam quærere! tolerabiliora propemodum in adulterio crimina funt, ibi enim pudicitia, hîc natura vitiatur.* Confonat S. Cypriano, qui *libr. de Virginum habitu* dicebat. *Fœminæ manus Deo inferunt, quando id, quod ipfe formavit, reformare & transfigurare contendunt, nefcientes, quia opus Dei omne, quod nafcitur, Diaboli quodcumque mutatur.* Cognovi, & nominare poffum, nobiliffimam fœminam, quæ Madriti à formarum varietate celebrabatur: habere enim in fuis unguentis dicebatur tot facies, quot fingulis hebdomadis

An faciei medicinæ corpus corrumpant?

An fe pingere pejus fit, quàm adulterium committere?

An fit inferre manus Deo?

 diebus

diebus sufficerent. Et erat, ut video, illi similis, quam *in Hexamer.* carpit Ambrosius, & incriminatur his verbis. *Delespicturam Dei mulier, si vultum tuum materiali candore oblinias, si exquisito rubore perfundas.*

An sit delere Dei picturam?

37.e.

At, inquies, Patres excessisse videntur. Quis enim audeat credere eam, quæ faciem pingit, sceleratiorem esse adulterâ: esse sacrilegam, non enim manus Deo sine sacrilegio inferuntur: & velle doctiorem esse Deo, dum temerè figuram corrigit, quam Deus effinxit? Addis, non esse vera, siqua nimia: adeoque non esse Sanctorum senum apprehensiones curandas.

An excesserint Patres in his quæ contra mulieres scribunt?

Respondeo nihilominùs, Patres non excessisse, & tamen addo pingere faciem (Hisp. *el afeitarse*) secundum se, nisi aliud accedat, non esse peccatum mortale. Et, ut hoc bene intelligas, aurum & plumbum ob tuos oculos pono. Quis neget plumbo esse nobilius & pretiosius aurum? & tamen centum plumbi libræ valebunt pluris dragmâ auri. Ergo tametsi *vitiare naturam* in genere deformius sit, quàm *vitiare pudicitiam*: Hoc per tales & tales differentias contractum, si in adulterium transeat, erit lethalis culpa, & in secundâ Tabulâ gravissima post homicidium. Hæc propter Augustinum sint dicta: modò Cypriani verba recognoscamus. Attende. *Manus inferre Deo*, peccatum mulieribus, quæ se pingunt, & Hæreticis Iconomachis commune sit. Per me stat: quoniam, ut dicebamus, aliud judicium subeunt Moralitates genericè, aliud specificè, & aliud numericè consideratæ. Interìm, quia qualitates physicæ intendi & remitti; & morales crescere & minui, augeri & evacuari solent: ita in fœminis generica evacuatur malitia, vt culpam venialem non excedat. Addo Ambrosium abusum condemnare tantummodò; nam si ex natura sua esset malum *Dei figuram delere*, hoc est, *figuram à Deo factam mutare*, non-possent fabri arbores dedolare & quadrare, nam rotundas illas produxit Deus. Peccarent Statuarij, qui detrimento materiæ è saxis novas formas

An faciei medicari sit peccatum mortale?

Non semper, quæ in genere aut specie sunt graviora, graviora sunt in individuo.

An fœmina, quæ faciem ungunt, cum Iconomachis sint cõponendæ?

An Fabri lignarij, statuarij, & omnes universim Ma-

formas educunt: imò (& hoc velis perpendere) peccarent Magiſtri, qui novis coloribus Animam imbuunt, quæ, aſſerente Ariſtotele, quando corpori infunditur eſt velut tabula raſa, in quâ nihil ſcriptum eſt. Et, ut hæc omnia meliùs capias, ſequentes Concluſiones propono.

gistri sine peccato possint exercere suas Artes?

PRIMA. *Faciem pingere, crines comere, & corpus veſtibus pretioſis ornare, ſi intra mores & conſuetudinem patriæ contineatur, eſt res indifferens, & non debet condemnari peccati.* Sed contrà arguis, & Theophraſti verba, quæ Stobæus *ſermon.* 32. produxit, adſumis. *Mulier*, inquit, *nec alios videre, nec ipſa videri debet: præſertim, quæ eleganter ornata fuerit; utrumque enim* (& eſſe mulierem, & eſſe ornatum) *ad res inhoneſtas incitamentum.* Et reſpondeo Theophraſtum poſſe tribus modis exponi: Dico enim *primò*, illum nihil præcipere: adeoque non urgere, ſi ſolùm conſuluiſſe cenſeatur. Dico *ſecundò*, eum, ſi præceptum in his verbis admittas, agere de fœminâ profanè ornatâ: &, ſi præceptum non ad Iuſtitiam, ſed ad Charitatem reducas, dicam *tertiò* illum agere de ſcandalo recepto & non dato: quia alias, ſi ſe non ornare illa deberet, etiam non eſſe fœmina deberet, nam vtrumque, ut ipſe ait, virum ad res inhoneſtas invitat: paſſivè potiùs, quàm activè: nam juvenes, qui in tali caſu incitarentur, eſſent ei ſimiles, qui in convivium ſe ingerit non invitatus.

Quamdiu se comere, ornare, & pingere poterunt fœmina sine peccato?

Theophrasti Censura explicatur.

SECVNDA. *Omnis cultus ornatus & fucus laſcivus, qui præter morem patriæ eſt (1) eſt peccatum: & (2) eſſe mortale poteſt, ſi nimius ſit, & ad luxuriam incitet, etſi nullus conſentiat.* Priorem hujus Concluſionis partem me docuit *in quâdam homiliâ* Gregorius, inquit enim. *Sunt nonnulli, qui cultum ſubtilium pretioſarumque veſtium non putant eſſe peccatum, quòd videlicet* (deeſt aliquid, & contextus poſtulat, ut illorum ratio interferatur, & poſteà addatur: *ſed falluntur omninò, quoniam*) *ſi culpa non eſſet, nequaquam ſermo Dei tam vigilanter exprimeret, quòd dives, qui torquebatur apud inferos, byſſo & purpurâ indutus fuiſſet.* Poſteriorem

37. f.

Quando dicenda sine peccare fœmina, se comendo, fingendo, & ornando?

bus, tam Sacerdotes, quàm conjugati veste talari utuntur: unde, cùm tibi aliquis confitetur, & ait; *Vnam cognovi fœminam*, non poteris ex veste dignoscere; An fornicatio ad adulterium, an verò ad sacrilegium restringatur. Ergo aliunde debet in hoc casu provenire Restrictio: vel si aliunde non veniat, debet expressè pœnitens suum statum exponere: An videlicet sit cælebs, presbyter, conjugatus, &c.

An semper vestis, personæ statum manifestet?

Esse etiam in vestibus æquivocationes observavit D. Anna apud Calderonem *in Comœdiâ, quæ inscribitur*; Mañanas de Abril y Mayo, *act. 1. pag. 53. a*, sic enim ait.

An & quādo contingat Restrictionem à vestibus nō posse desumi?

Creyó enfin que era yo (raro sucesso!)
La Dama, que siguió, que aun para esso
Sirvió el sombrero, y el estar con manto,
Y el sér los trages parecidos tanto,
Que como en los conceptos repetidos,
Se encuentran tambien dos en los Vestidos.

Ergo, sicut contingit duas voces similem habere significationem, & dubium parere, quod auferat superveniens Restrictio: sic etiam contingit duas personas dissimiles habere vestes similes, ita ut nequeat à vestibus, sed aliunde debeat, desumi discretio & restrictio.

QVÆRIS, *An tales esse vestes possint, quæ omnem interrogationem affirmando restringant?* Hippolytus apud Calderonem *loc. cit.* sic depingit suam Phyllida.

Fœmina in Hispaniâ quando iteragunt, aut egrediuntur ad campum, utuntur pileo.

Coronaba sobre el manto
Los bien descuidados rizos
Ayroso un blanco sombrero,
Por una parte prendido
De un corchete de diamentes
Sobre un penacho, que hizo
Lisonja al ayre, diziendo
A sus alagos rendido
Pues inclinada la frente
Si, a quanto me dizen, digo;
Mejor, que mi dueño, yo

Si

Sé obligarme de suspiros.

Porrò adnuere est inclinare caput : quo motu affirmativè interrogationi respondemus. Cùm ergo plumæ, quæ Phyllidis pileum ornabant, capita à vento agitatæ dimiterent, eas Poëta asserit semper adnuere, semper respondere assertivè : & esse Phyllide clementiores, hæc enim universis se negat. *Caput submittere est assentiri & adnuere.*

RELECTIO.

De Consignificationibus, Mendaciis, necnon Restrictionibus Vestium.

VEstium diversitas Ecclesiasticos à sæcularibus, & inter Ecclesiasticos Religiosos à Clericis, & tam illorum, quàm horum varios Ordines distinguit inter se. Modò in quocunque horum genere vestes quæ in cultu & pretio eminent, consideremus. *De util. cond. hum.* Innocentius. *Superbus, ut magnificus videatur, satagit vestiri duplicibus, indui mollibus, pretiosis ornari : sed quid aliud est, ô homo, pretiosior ornatus, quàm sepulchrum foris dealbatum, intùs autem spurcitia?* Gregorius *in quad. homil.* superbos eos esse asserit, qui vestes pretiosiores affectant. *Quod pro solâ vanâ gloriâ vestimentum pretiosum quæritur, res ipsa testatur : quia nemo vult ibi pretiosis vestibus indui, ubi ab aliis non possit videri.* Et hunc in claustra luxum se insinuasse *super, Missus est* luget S. Bernardus; & quia S. Benedictus *in Reg.cap.55.* Monachis præcipit, ut vilioribus contenti sint, exclamat. *Quid de habitu dicam, in quo jam non calor, sed color requiritur : magisque cultui vestium, quàm Virtutum insistitur. Pudet dicere. Vincuntur in suo studio mulierculæ, quando à Monachis pretium affectatur in vestibus, non necessitas.* Et in Apologiâ. *Vanum cor, vanitatis notitiam ingerit corpori : Exterior enim superfluitas interioris vanitatis indicium est. Mollia indumenta animi mollitiem indicant. Non tantùm curarent cor-*

Nolo ut pereant hæ Paginæ, quas ante, multos annos de hoc argumento scripsi, & ideò illas intersero ut post præcedentem Conclusionem legantur.

Cur superbi vestibus homines indui velint?

Quales Monachos deceant?

Exterior pompa significat vanitatem internam.

poris cultus, nisi prius neglecta fuisset mens inculta virtutibus.

37 Non omninò negligenda sunt corpora, sed debet in eorum cultu modus & pudentia servari. Cicero: *Adhibenda est munditia non odiosa, neque exquisita nimis: tantumque* (fortè, *tanta, quæ*) *fugiat agrestem, & inhumanam negligentiam.* Et iterum. *In cultu observandum est, quod à formâ removeatur omnis viro non dignus ornatus.* Quoniam ut ait Ovidius, *libr. 2. de arte.*

Qualem & quantam curam habeant homines prudentes de vestibus?

Forma viros neglecta decet.

Et quia his paucis ille verbis multa complexus fuerat, illa explicuit, & his numeris dilucidavit.

Monitum Politicum.

De cultu corporis.

Iam tibi nec ferro placeat torquere capillos,
Nec tua mordaci pumice crura teras. &c.
Munditiæ placeant, fuscentur corpora campo:
Sit bene conveniens, & sine labe toga.
Linguaque nec rigeat, careant rubigine dentes,
Nec vagus in laxâ pes tibi pelle natet.
Nec male deformet rigidos tonsura capillos,
Sit coma, sit doctâ barba resecta manu.
Et nihil emineant, & sint sine sordibus ungues [a]
Inque cavâ nullus sit tibi nare pilus.
Cætera lasciva faciant, concede, puellæ;
Et siquis male vir, quærit habere virum.

a] Hispanus cum majori gratiâ *Tened siempre las uñas sin caireles.*

Et hanc ob rem Musonius, ut Stobæus *serm. 1. de Virtut.* testatur, volebat virum temperantem corpori quærere tegmen, non sumptuosum, nec exquisitum. *Veste nempe, & calceamentis eodem modo utendum esse, ajebat, quo Panoplia; nempe, defendendi corporis gratiâ, non ostentationis. Sicut enim ea fortissima sunt arma, quæ firmissima, quæque armatum tueri maximè valent, non quæ insignia & splendida; ita amictus quoque & calceorum usus, qui sit corpori commodissimus, optimus est, & non is, qui stolidorum oculos possit ad se convertere,* &c.

Quænam arma sint optima?

Quinam habitus sit convenientissimus?

Petis

SECT. I.

An virum modestum dedeceant vestes viles? an aliquando Humilitatis superbia proles sit abortiva?

PEtis, an Modestia, quæ vestes communes & viles præscribit, possit in excessu peccare? Respondeo, materialiter & formaliter peccare posse. Materialiter, siquis tales induerit vestes, quæ sibi dedecori sint: formaliter, si gloriam vanam in ipsâ Humilitate aucupatur. Monet nos *tract. de serm. Domini* Augustinus, & ait. *Animadvertendum est, non in solo rerum corpore, earum nitore, atque pompâ, sed etiam in ipsis sordibus lutosis esse posse jactantiam, & eo periculosiorem, quo sub nomine servitutis Dei decipit.* 37.b.

Vt occulta peccata corrigantur, Deus hominem in manifesta labi aliquando permittit.

Et sanctus Doctor *in Regul.* his verbis suos Discipulos instruit. *Alia quæcumque iniquitas in malis operibus exercetur, ut fiant, superbia verò in bonis operibus insidiatur, ut pereant*: & in quadam ad Amicum Epistolâ, *Fit miris modis in Animâ hominis, ut de falsâ humilitate magis infletur, quàm si apertiùs superbiret: & nonnunquam deiicit Deus occultam mentis superbiam per carnis manifestam luxuriam.* Et Hieronymus *in Marc.* consonat, inquit enim. *Multò illa deformior est superbia, quæ sub quibusdam Humilitatis signis latet: nescio enim quomodo turpia* (fortè, *turpiora*) *sunt vitia, cùm Virtutum specie celantur.*

Turpiora vitia sunt, quæ serpunt sub specie virtutum

Historia à Laërtio adducta proponitur, & examinatur.

Placet hic breviter insinuare Historiolam, quam *lib. 6. cap. 5.* Laërtius exhibet. [Crates à Magistratu obiurgatus quòd præter leges & mores Atheniensium sindone vestiretur, ait, Quid, si Theophrastum vobis ostendam sindone amictum? Diffidentes, ac ut ostenderet, flagitantes adduxit ad tonstrinam, ostenditque Theophrastum, qui tum fortè tondebatur, linteo amictum, quod Græci à contegendis humeris ὠμόλινον vocant. Vnde sic discurrebat. Indui lineis, aut per se est malum, aut non. Non hoc; nam, si per se turpe esset, ne in tonstrinâ quidem esset honestum. Ergo illud. Ergo si uti lineis per se turpe non est, ubique erit id licitum.] Et ego. *Primò* hanc historiam perpendens, tot, & tam difficiles circumstantias invenio, ut Laërtio dicam,

Horatius de Arte Poeticâ.

Ficta voluptatis causâ sint proxima veris;
Nec quodcumque volet, poscat sibi Fabula credi.

An sit cogitata? an moraliter sit impossibilis?

Et suspicari incipiam, eam illum cogitasse; & ideò esse nonnullis

nonnullis similem, quæ in Valerio Maximo inveniuntur. Nam esse Theophrastum sub manu tonsoris, hoc sciri à Crate; hunc eâdem horâ obiurgari à Senatu; velle hunc negotia publica intermittere, ut iret, quò conduceret Crates; & alia similia, non facili negotio concurrerent. Ergo simus urbani, ne dicamur, insultare Laërtio; & captivemus mentem in Vrbanitatis obsequium. Et hanc ob rem dicamus *secundò* esse turpe, non solùm contra, sed etiam præter morem procedere, & habere viliores vestes, quàm tolerat personæ conditio: nam aliàs à Magistratu Crates minimè objurgaretur. Fateamur *Tertiò* esse summi ponderis authoritatem Viri magni: nam Theophrastus, ut morum Regula habebatur Athenis, ut universis licerent, quæ ipse faceret; & inhibita censerentur, quæ omitteret. Et concludamus quartò non fuisse Cratem profundè tinctum Ethicâ; quoniam Malitia Philosophica aliàs consistit in essentia, aliàs in modo. Porrò mendacium est per se & essentialiter malum: & ideò semper & ubique erit malum. At verò exonerare ventrem, mutare indusium, reddere uxori debitum per se sunt bona, per accidens mala esse possunt, si peccetur in modo, puta si publicè fiant, cùm clam fieri deberent. Modestissimus Cato, illæsâ gravitate suâ, esse poterat nudus in balneo, at omninò desiperet, si nudus vellet in senatu adsidere. Ergo, tametsi in tonstrinâ Theophrastus tectus sit ὠμολίνῳ, illo Crates indutus in foro comparere non potuit.

Pretiosiores, aut viliores habere vestes, quàm tolerat persona conditio, indecens est.

Quanti ponderis sit vel unius Viri illustris exemplum?

An aliqua, quæ clam facta sunt bona, sint mala, si publicè fiant?

SECT. II. De fœminarum vestibus & ornamentis.

An & quid vestes fœminarum loquantur?

QVæ, & qualis sit fœmina vestium ornatus prodit: castæ enim modestissimum amant, & lasciviente delectantur lascivæ. Non potest tamen Regula generalis præscribi, qui enim in ignobili muliere esset nimius, erit nobili congruus, & non sufficiet Principi seu Reginæ. Hunc respiciens Augustinus ad Possidonium scribens, *Nolo* inquit, *ut de ornamentis auri vel vestis properam habeas in prohibendo sententiam.* &c. Cur autem? Quia sicut vestium magnitudo debet hominis altitudini proportionari,

37. c. *Vestiũ pretium statui,*

portionari, sic qualitas & pretium materiæ, statui & opibus debet correspondere. *Libr.* 1. *de Offic.* Cicero. *Decor corporis non sit affectatus, sed naturalis, simplex, neglectus magis quàm expeditus; non pretiosis & albentibus adjutus vestimentis, sed communibus, ut honestati & necessitati nihil desit, nil accedat nitori.* Vnde *lib.* 1. *de Virgin.* Ambrosius. *Neglecta decoris cura plus placet, & hoc ipsum quod non ornamus, ornatus est*, &, ut quid *communium vestium* nomine intelligendum sit exponat, *in epist. ad Nepot.* ait S. Hieronymus. *Vestes pullas æquè devita ut candidas: ornatus & sordes pari modo fugienda sunt, quia alterum delitiis, alterum gloriâ redolet.* Et hîc obiter nota ante mille annos non fuisse in usu communi vestes nigras.

& opibus debet correspondere.

An ipsemet ornatus neglectus, ornatus sit

Color vestium debet esse secundũ communem Patriæ morem.

Et quid, si præter morem se exornauerit fœmina? A Theologis & Politicis incriminabitur. Præmittam nonnullas Patrum Antiquorum sententias, & posteà Philosophorum & Poëtarum numeros considerabo.

De habitu Virginum curiosum libellum scripsit Cyprianus, & inter alia ait. *Ornamentorum ac vestium insignia & lenocinia formarum non nisi prostitutis & impudicis fæminis congruunt: & nullarum fere pretiosior cultus est, quam quarum pudor vilis est. Serico & purpura indutæ Christum syncere induere non possunt; auro & margaritis adornatæ, & monilibus, ornamenta mentis & corporis perdiderunt.* Et ibidem. *Vince vestem, quæ Virgo es, quæ Deo servis; vince aurum, quæ carnem vincis & sæculum: nec monilium aut vestium quære ornamenta, sed morum.*

Honesta fœmina modestiâ veriùs quàm vestibus pretiosis ornantur.

Contra mulieres ambitiosiùs sese ornantes eruditum Tractatum edidit S. Gregorius Nazianzenus, ex quo placuit periodos subsequentes exscribere. *Mulierum ornamentum est morum probitate & elegantiâ florere; domi ut plurimum manere; colloquium cum Divinis Oraculis habere; filo ac lanæ operam dare; ancillis opera mandare, servos vitare; labiis, oculis, genis vinculum iniicere; pedem limine non admodum frequenter efferre; pudicis quidem omnibus mulieribus delectari; caterùm eo dumtaxat viro contentam vivere, qui tibi legitimo matrimonio virgineam Zonam soluit.*

Quæ sint vera ornamenta castarum & nobilium mulierum?

Virgineam zonam solvere est deflorare.

I Sed

37.d.

Ethnicorũ sententia.

Quantotẽpore mulieres indigeant, ut se exornent.

Induere se apud Hispanos est vestir-se *interim* se puso *dicimus, &* *nõ* se vistió una gargantilla de piedras preciosas.

N. B Modestissimæ fœminæ, meliores, quàm domi habent vestes, ut egrediantur, adsumunt: nec ob hoc debent, si modum observent, taxari: nã hoc Prudentia suadet, & Modestia permittit. Audi S. Benedictum, qui *in Règul. c.55.* sic inquit. *Femoralia hi, qui in viâ diriguntur, de vestiario accipiant; quæ revertentes lota ibi restituant, & cuculla &*

Sed & Ethnici, etsi supernaturali Fidei Christianæ lumine destituti, luxum in mulierum ornatu condemnarunt. *In Heaut.* 2. 1. ridet & exclamat Terentius.

——Nosti mores mulierum.
Dum moliuntur, dum comuntur, annus est.

Carpit Ovidius *de Med. faciei*: canit enim,

At vestræ teneras matres peperère puellas
Vultis in auratâ corpora veste tegi.
Vultis odoratos positu variare capillos,
Conspicuas gemmis vultis habere manus.
Induitis collo lapides Oriente petitos,
Et quantos onus est aure tulisse duos.

At hæc fortassis omnia tolerare maritus poterit, cui soli uxor ornatur. Sic esse deberet: quoniam, ut apud Stobæum *serm.* 32. ait Hyperides. *Domi coram viro licet uxori ornare se, ut lubet; ornamenta autem quæ sumit egressura domum, non ad maritum, sed ad alios spectant.* Quò respiciens Socrates suæ Xantippæ, quæ volebat vestem speciosam induere, & sic ad spectandam pompam prodire, dicebat, *Hanc non spectandi causâ, sed potiùs ut specteris, habes.* Notabat prudens senex communem mulierum consuetudinem, quæ cùm aliis, tum maximè vestium novitate delectantur, quo ab omnibus ob novum & insolitum cultum spectentur & celebrentur. Ælianus *lib. de var. hist.* & hoc ipsum reposuit Ovidius his verbis.

Vadunt spectatum, vadunt spectentur ut ipsæ.

Porrò debemus morum elegantiam à pulchritudine vestium secernere, quoniam ut in Most. Plautus admonet.

FOEMINA, *nequidquam exornata est bene, si morata est male.*

Hanc discretionem infixam animo habebat Archidamus. Nam cùm illius filiabus Dionysius, Siciliæ Tyrannus vestes splendidas, magnique pretij, dono misisset, recusavit accipere, dicens, *Vereor, ne hoc amictu puellæ turpes mihi videantur.* Plutarchus *in Lacon.* Sciebat ergo prudentissimus vir, nobiles Virgines nullo cultu meliùs ornari, quam simplici: immò gemmis, auro, & vestibus

bus fericis dehoneftari magis, quàm ornari: propterea quod veftium luxus arguat mentem parum fobriam, & intuentium animos ad libidinem provocet. Oportet enim, ut Virgo mente purâ fit prædita, & nullâ ex parte corrupti animi fignificationem exhibeat.

tunicæ fint aliquãtò iis, quas habere foliti funt meliores: quas exeuntes in viam, accipiãt de veftiario, & revertentes letas ibi reftituant. Nemo igitur, ut meliores veftes extra domum quam domi geftent fœminæ, negare poterit, fiquidem hoc fuis Monachis S. Benedictus concedit.

SECTIO III.

De Medicina faciei: & de mendaciis huius medicinæ.

VNgunt, inungunt, macerant, abluunt, tingunt, pingunt, & fingunt facies fœminæ, & tot mendacia hoc labore committunt, ut multa habuerit Ovidius, quæ fcriberet; & multa Patres & Doctores, quæ carperent. Induunt & exuunt facies, ut veftes fœminæ; & anus, quæ mane in lecto habebat faciem aviam, fi fe lavet & fingat, induet poft horam faciem neptem. Sic ludunt fœculis, & procos & maritos illudunt.

An fœminæ, ut veftes, exuant facies?

Hæc mendacia Innocentius tract. *de vil. condit. human.* quâ folet urbanitate & modeftiâ reprehendit. *Abfit*, ait, *ut adulterinus color, fit comparabilis nativo. Quin imò, cùm facies adulterino fucatur, os abominabili fœtore corrumpitur. Vniverfa vanitas omnis homo vivens. Quid enim vanius, quàm crines pectere, plantare cæfariem, tingere genas, ungere faciem, producere fupercilia? quandoquidem vana eft gloria, & vana pulchritudo. Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus tanquam flos agri.* At acriùs, vehementiúfque loquuntur Patres. Hæc Artis ingeniofæ mendacia, Auguftinus tolerare non poteft. Agens *de Domini ferm.* exclamat. *Quanta amentia eft, effigiem naturæ mutare, picturam quærere: tolerabiliora propemodum in adulterio crimina funt, ibi enim pudicitia, hic natura vitiatur.* Confonat S. Cypriano, qui *libr. de Virginum habitu* dicebat. *Fœminæ manus Deo inferunt, quando id, quod ipfe formavit, reformare & transfigurare contendunt, nefcientes, quia opus Dei omne, quod nafcitur, Diaboli quodcumque mutatur.* Cognovi, & nominare poffum, nobiliffimam fœminam, quæ Madriti à formarum varietate celebrabatur: habere enim in fuis unguentis dicebatur tot facies, quot fingulis hebdomadis

An faciei medicinæ corpus corrumpant?

An fe pingere pejus fit, quàm adulterium committere?

An fit inferre manus Deo?

diebus sufficerent. Et erat, ut video, illi similis, quam *in Hexamer.* carpit Ambrosius, & incriminatur his verbis. *Deles picturam Dei mulier, si vultum tuum materiali candore oblinias, si exquisito rubore perfundas.*

An sit delere Dei picturam?

37.e.

At, inquies, Patres excessisse videntur. Quis enim audeat credere eam, quæ faciem pingit, sceleratiorem esse adulterâ: esse sacrilegam, non enim manus Deo sine sacrilegio inferuntur: & velle doctiorem esse Deo, dum temerè figuram corrigit, quam Deus effinxit? Addis, non esse vera, siqua nimia: adeoque non esse Sanctorum senum apprehensiones curandas.

An excesserint Patres in his quæ contra mulieres scribunt?

Respondeo nihilominùs, Patres non excessisse, & tamen addo pingere faciem (Hisp. *el afeitarse*) secundum se, nisi aliud accedat, non esse peccatum mortale. Et, ut hoc bene intelligas, aurum & plumbum ob tuos oculos pono. Quis neget plumbo esse nobilius & pretiosius aurum? & tamen centum plumbi libræ valebunt pluris dragmâ auri. Ergo tametsi *vitiare naturam* in genere deformius sit, quàm *vitiare pudicitiam*: Hoc per tales & tales differentias contractum, si in adulterium transeat, erit lethalis culpa, & in secundâ Tabulâ gravissima post homicidium. Hæc propter Augustinum sint dicta: modò Cypriani verba recognoscamus. Attende. *Manus inferre Deo*, peccatum mulieribus, quæ se pingunt, & Hæreticis Iconomachis commune sit. Per me stat: quoniam, ut dicebamus, aliud judicium subeunt Moralitates genericè, aliud specificè, & aliud numericè consideratæ. Interìm, quia qualitates physicæ intendi & remitti; & morales crescere & minui, augeri & evacuari solent: ita in fœminis generica evacuatur malitia, vt culpam venialem non excedat. Addo Ambrosium abusum condemnare tantummodò; nam si ex natura sua esset malum *Dei figuram delere*, hoc est, *figuram à Deo factam mutare*, non possent fabri arbores dedolare & quadrare, nam rotundas illas produxit Deus. Peccarent Statuarij, qui detrimento materiæ è saxis novas formas

An faciei medicari sit peccatum mortale?

Non semper, quæ in genere aut specie sunt graviora, graviora sunt in individuo.

An fœminæ, quæ faciem ungunt, cum Iconomachis sint cōponendæ?

An Fabri lignarij, statuarij, & omnes universim Ma-

formas educunt: imò (& hoc velis perpendere) peccarent Magiſtri, qui novis coloribus Animam imbuunt, quæ, aſſerente Ariſtotele, quando corpori infunditur eſt velut tabula raſa, in quâ nihil ſcriptum eſt. Et, ut hæc omnia meliùs capias, ſequentes Concluſiones propono.

giſtri ſine peccato poſſint exercere ſuas Artes?

Prima. *Faciem pingere, crines comere, & corpus veſtibus pretioſis ornare, ſi intra mores & conſuetudinem patriæ contineatur, eſt res indifferens, & non debet condemnari peccati.* Sed contrà arguis, & Theophraſti verba, quæ Stobæus *ſermon.* 32. produxit, adſumis. *Mulier*, inquit, *nec alios videre, nec ipſa videri debet: præſertim, quæ eleganter ornata fuerit; utrumque enim* (& eſſe mulierem, & eſſe ornatum) *ad res inhoneſtas incitamentum.* Et reſpondeo Theophraſtum poſſe tribus modis exponi: Dico enim *primò*, illum nihil præcipere: adeoque non urgere, ſi ſolùm conſuluiſſe cenſeatur. Dico *ſecundò*, eum, ſi præceptum in his verbis admittas, agere de fœminâ profanè ornatâ: &, ſi præceptum non ad Iuſtitiam, ſed ad Charitatem reducas, dicam *tertiò* illum agere de ſcandalo recepto & non dato: quia alias, ſi ſe non ornare illa deberet, etiam non eſſe fœmina deberet, nam vtrumque, ut ipſe ait, virum ad res inhoneſtas invitat: paſſivè potiùs, quàm activè: nam juvenes, qui in tali caſu incitarentur, eſſent ei ſimiles, qui in convivium ſe ingerit non invitatus.

Quamdiu ſe comere, ornare, & pingere poterunt fœmina ſine peccato?

Theophraſti Cenſura explicatur.

37. ſ.

Secunda. *Omnis cultus ornatus & fucus laſcivus, qui præter morem patriæ eſt* (1) *eſt peccatum: &* (2) *eſſe mortale poteſt, ſi nimius ſit, & ad luxuriam incitet, etſi nullus conſentiat.* Priorem hujus Concluſionis partem me docuit *in quâdam homiliâ* Gregorius, inquit enim. *Sunt nonnulli, qui cultum ſubtilium pretioſarumque veſtium non putant eſſe peccatum, quòd videlicet* (deeſt aliquid, & contextus poſtulat, ut illorum ratio interſeratur, & poſteà addatur: *ſed falluntur omninò, quoniam*) *ſi culpa non eſſet, nequaquam ſermo Dei tam vigilanter exprimeret, quòd dives, qui torquebatur apud inferos, byſſo & purpurâ indutus fuiſſet.* Poſteriorem

Quando dicenda ſint peccare fœmina, ſe comendo, fingendo, & ornando?

De scandalo dato & non recepto. riorem Hieronymus, qui apud Iosephum Langium in Florilegio ait: *Si vir, vel mulier se ornaverit, & vultus hominum ad se provocaverit* (Ecce activum scandalum) *etsi nullum inde sequatur damnum, judicium tamen patietur aeternum; nam venenum attulit, si fuisset, qui biberet.* Quibus verbis pulcherrimè scandalum, quòd tametsi detur, non recipitur, Sanctus Pater expressit.

An, & quid vestium cultus, & ornatus loquatur? Sed quia *si vir, vel mulier* dixit, aetati antiquae, sicut nostrae condoleo, nam & viri foeminas in cultu aliquando imitantur. Sed quo illos habere locò debebimus, si prudentes simus? Ovidius in Phaedr. ad Hippolytum literis respondebit.

Sint procul à nobis juvenes, ut foemina compti:
Fine coli modico forma virilis amat.

Tales igitur sunt ejusmodi juvenes, ut eos nostro non possimus dignari aut colloquio aut consortio: nam, ut *libr. de morib.* ait Seneca. *Adolescens, si foemineis ornamentis se ornaverit, injuriam facere cogitat.* Sed cui? sibi ipsi: sexui etiam virili: & tandem illis, quibuscum conversatur. *De juvenibus comptis.* Ille enim ornatus, non solùm vocalis, sed & loquax est: per illum enim Adolescens exclamat; *Ego sum catamitus.* Eumorpho (vocetur sic) *sermon.* 78. asserente Stobaeo, supra modum se comenti & ornanti dicebat Diogenes, *Si ob viros, infelix es: si ob mulieres, tua propriae pulchritudini injurius.*

SECTIO IV. De Vestium mendaciis.

Mentiuntur sepulchra: nã exteriùs sunt pulchra, & intùs putredinẽ continẽt. Mentiuntur etiam Hypocritae, quia sepulchris sunt similes.

Dicebat ad Corinthios primae undecimo Paulus. *Satanas transfigurat se in Angelum lucis. Non est ergo mirum, si Ministri eius transfigurentur velut Ministri Iustitiae, quorum finis erit secundum opera illorum.* Et quia Scribae & Pharisaei veste modestissimâ abusi populum decipiebant, illos D.N. Iesus-Christus objurgat, dicens. *Vae vobis, Scribae & Pharisaei, Hypocritae, quia similes estis sepulchris dealbatis, quae à foris hominibus apparent speciosa, intus verò plena ossibus mortuorum & omni spurcitiâ.* Sic & vos à foris quidem (si, nimirum, habitus modestiam, verborum lenitatem, & ciborum temperantiam consideremus) *apparetis hominibus*

bus iusti.: intùs autem (si videlicet, vestra invidia, avaritia, & ambitio in judicium vocentur) *pleni estis hypocrisi*, *&* *iniquitate*. Quò respiciens Chrysostomus *homil. 46. in Matth.* exclamat. *Sicut sepulchrum, quamdiu clausum est, pulchrum videtur foris: si autem apertum fuerit, horribile est; sic sunt simulatores bonorum; quandiu non cognoscuntur, laudabiles sunt; cum autem cogniti fuerint, abominabiles.* 37.g.

Mentitur facies.

Et quidem de vestium mendaciis multa passim apud Poëtas, Philosophos & Patres lego. *Satyr.* 2. Iuven.

Fronti nulla fides, [a] *quis enim non virus abundat*
Tristibus obscœnis? castigas turpia, cùm sis
Inter Socraticos notissima fossa Cynædos.

a] Faciem tamen esse veracissimã asseʀit quidã Scriptor junior dicens. *Internas animæ passiones seu velitationes exprimit humana facies: letitiã, tristitiam, amorẽ, o liũ, livorẽ, verecundiam, iram, stomachationem, zelotypiam & alias mentis perturbationes explicat. Facies Civium sunt Indices Horologij Politici: in ipsa omnia quatuor Elementa relucent; & aër ille præcipuè, qui* l'air du visage *cognominatur* Gallicè, *omnia pe-*

Et quidem fronti nullam habebat fidem Diogenes, videns enim nimis curiosè comptam vetulam, dixit. *Si ad vivos properas, falsa es* (tibi mentiris) *si ad mortuos, ne cunctare.* Anton. part. 2. *serm.* 18. *Melissa*, & Maximus *serm.* 41. Audi in Hippolyto clamantem Senecam.

Vbi vultus ille & ficta majestas Viri,
Atque habitus horrens, prisca & antiqua appetens,
Morumque senium triste & adspectu grave?
O vita fallax: abditos sensus geris,
Animisque pulchram turbidis faciem induis.
Pudor impudentem celat, audacem quies,
Pietas nefandum, vera fallaces probant,
Simulantque molles dura.

Et ad eumdem conceptum *Satyr.* 5. Persius.

Pelliculam veterem retines, & fronte politus,
Astutam rabido gestas sub pectore vulpem.

Et ex junioribus Iacobus Bilius *in Antolog.*

Bel erat exterrè pulcherrimus, undique & auro
Tectus, at intus erat non nisi vile lutum,
Qui Curium simulat, cùm sit nequissimus, illum
Cur ego non Belem iure vocare queam?
Bel mihi semper erit, qui mitem callidus agnum
Finxerit, exsuperet cùm feritate lupos.
Bel erit externè tumuli qui candidus instar,
Interiùs tantùm vile cadaver habet.

Et

Horis arcana manifestat, Corpus animū tegit & detegit; in facieque legitur Homo.

Et iterum de eodem argumento.

Quid magis est vanum, quàm Iusti nomen habere
Cùm procul à placitis sit tua vita Dei?
Cúmque lupus, cùm sis Belial, turgescere mente,
Quòd tegat immanem pellis ovina lupum.

Et ne fortè Poëtas putes extra chorum cantare, seria aliqua Philosophorum testimonia subscribo.

37. *b.* *Qui viam communem non ineunt, sunt de Falsitate suspecti.*

Libr. de Amic. inquit Cicero. *Simulatio in omni re vitiosa est; tollit enim iudicium viri, idque adulterat, tum amicitiæ repugnat.* Et iterum. *Apertè odisse vel amare, est magis ingenui, quàm fronte* (dic tu, sîs, *veste*) *occultare sententiam.* Et idem *lib.* 1. *de Offic.* monet *compendiariam esse viam ad gloriam, ut qualis quisque haberi vult, talis sit.*

Possem adducere multos locos ex Senecâ, quibus vestium mendacia incriminatur: interim saltem aliquos in gratiam Lectoris ingeniosi subscribo.

Epist. 13. sic inquit. *Illud te admoneo, ne eorum more, qui non proficere, sed conspici cupiunt, facias aliqua, quæ in habitu tuo, aut genere vitæ notabilia sint. Asperum cultum & vitiosum caput, & negligentiorem barbam, & indictum argento odium, & cubile humi positum, & quidquid ad laudem perversa vita sequitur, evita.* Vitam communem & tritam secteris: hac enim pergit Veritas, nam alteram percurrunt simulatio, & Mendacium. Et ibidem. *Quid, si nos hominum consuetudini cœperimus excerpere? Intùs omnia dissimilia sint: frons populo nostra conveniat: non splendeat toga, nec sordeat quidem: non habeamus argentum, in quo solius auri cælatura descendit: sed non putemus fragilitatis indicium* [b] *auro, argentoque caruisse.* Et iterum. *Nempe, propositum est secundum naturam vivere; hoc autem contra naturam est, torquere corpus suum, & fertiles odisse munditias, & squalorem appetere; cibis non tantùm vilibus uti, sed horridis.* Et posteà *Epist.* 87. hoc Monitum scribit. *Multò magis ad rem pertinet, qualis tibi, quàm qualis aliis videaris.* Et non esse fidendum Hypocritis, lupis ovinâ pelle tectis, *ibidem* asserit: *Nunquam enim bonâ fide vitia mansuescunt, tigres & leones nunquam feritatem exuunt, aliquando submittunt, & cùm*

b] Hic locus indigere videtur aliquâ medicinâ. Interim tanta superbia in auri & argenti carentiâ, quàm in possessione esse potest. Ausculta. Alcibiades Socrati miserat munus præclarum. Recusat Socrates. Furit Xantippe, exclamans, donū esse magnificum, & indignū, quod

cùm minimè exſpectaveris, exaſperatur torvitas mitigata. Et ad Neronem ſcribens eamdem doctrinam confirmat. *Nemo*, inquit, *poteſt perſonam fictam diu ferre: ficta in naturam ſuam citò recedunt: quibus autem veritas ſubeſt, ut ita dicam, quæcumque ex ſolido evaneſcunt, in maius, meliuſque procedunt.* Imitatur Senecam Auguſtinus, Hypocritaſque cum comœdis (Hiſp. *con los Comediantes*) componit: ſunt enim viles homines, & tamen Pontificalibus, Cæſareis, Regiis, Religioſis, &c. veſtibus induti, nobis Pontifices, Imperatores, Reges, Monachos repræſentant, & repreſentando mentiuntur [c] & tamen tales ipſi non ſunt licèt tales appareant. Verba S. Patris exſcribo. *Sunt Hypocritæ ſimulatores, tanquam prænunciatores alienarum perſonarum: ſicut in theatricis fabulis. Non enim, qui agis partes Agamemnonis in tragœdiâ (verbi gratiâ) ſive alicuius alterius ad Hiſtoriam, vel fabulam, quæ agitur, pertinentis, verè ipſe eſt; ſed ſimulat eum, &* Hypocrita *dicitur. Sic in Eccleſia, vel in omni vita humanâ quiſquis eſſe* (videri) *vult, quod non eſt, eſſe* Hypocrita *dicitur; ſimulat enim iuſtum ſe, & non exhibet, qui totum fructum in laude hominum ponit.* Conſonat Auguſtino Chryſoſtomus, qui *in ſerm. de jejunio* eâdem utitur ſimilitudine, inquit enim. *Hypocrita, id eſt, hiſtrio, vocatur is, qui in theatro alienam faciem ſumit, ut ſervus exiſtens ſæpenumero domini, & privatus Regis: ſic & in hac vitâ ad ſuos mores orcheſtas atque theatrum exercent ij, qui alta corde gerentes, alia extrinſecùs hominibus præ ſe ferunt.*

respueretur. Tunc Socrates, *Alcibiades*, inquit, *hæc mittit ambitioſe, & nobis noſtra eſt ambitio.* Sentiens interdũ magnificentius eſſe magna contemnere, quàm magna largiri.

Hypocritæ ſunt Comœdis ſimiles: fictam enim perſonam non diu ferunt.

Sibi placebat quidam, & licèt ignavus, leonis tectus exuviis progrediebatur; & Diogenes hoc mendacium militare non ferens; *Non tu deſines*, inquit, *Virtutis ſtragulas pudefacere.* Indecòrum eſſe cenſuit vir prudens, quòd adoleſcens mollis Herculem, fortiſſimum Heroem, habitu mentiretur. Et idem omninò dici hodie poteſt de iis, qui prodigioſo amictu profitentur ſanctimoniam, vitâ non reſpondente. Vide Laërtium *lib.* 2.

c] Communiſſima ſũt in Principum aulis hæc mendacia: nullũ verum amicum habes, & tamen omnes ſe tibi addictiſſimos ſimulant.

Plutarchus *in Regum & Imper. Apophth.* narrat, nonnullis Antipatrum à vitæ frugalitate & modeſtiâ lau-

Ovidius *libr. 1. de art.* Tuta, frequensque via est per amici fallere nomen. Tuta, frequensque licèt, sit via, crimen habet.

dantibus Alexandrum dixisse, *Foris Antipater albo utitur pallio, intùs verò totus est purpureus.* Quibus verbis notavit fictam hominis parsimoniam, cùm alioqui esset ambitiosissimus. Et quidam in Isabellâ fictam pœnitentiam notaturus sic dixit.

Está vestida de Requiem,
Y afforrada de Alleluias. &c.

Nam sub vultu tristi animus hilaris & lascivus latebat.

Vestes etiam multorum Patrum testimonio mentiuntur, & significando quod non est, sicut audientes verba, sic & ipsæ aspicientes decipiunt.

37. *i.* *An veste mentiantur Sanctitatem Monachi inconstantes & vagi?*

S. Augustinus *de oper. Monach.* suo ævo fuisse irreligiosos multos homines, qui sub Religionis specie vitia eleemosynarum extorsione fovebant, his verbis, tanto dignis Doctore, conqueritur. *Quàm multos hypocritas sub habitu Monachorum usquequaque dispersit callidissimus hostis, circumeuntes provincias, omnes petunt, omnes exigunt, aut sumptu lucrosa egestatis, aut simulatæ pretium sanctitatis.*

Sarabaitæ quales?

Consonat Sanctus Benedictus: inquit enim. *Tertium verò Monachorum teterrimum genus Sarabaitarum, qui nullâ Regulâ approbati* (nec) *experientia Magistri* (non) *sicut aurum in fornace, sed in plumbi naturâ molliti, adhuc operibus servantes sæculo fidem, mentiri Deo per tonsuram noscuntur. Qui bini, aut terni, aut certè singuli, sine Pastore, non Dominicis, sed suis inclusi ovilibus, pro lege eis est desideriorum voluptas: cùm quidquid putaverint vel elegerint, hoc dicunt* SANCTUM [d] *& quod noluerint, putant non licere.* Ecce quàm verè in Iure Pontificio dicatur; *Habitus non facit Monachum, sed Monachus habitum.* Vir enim Religiosus, quocunque induatur habitu, Deo servire, & hominibus prodesse potest. Vnde Sanctus Pater de Monachorum vestibus non est solicitus: nam postquam recensuit eas, quæ sufficere visæ, ait. *De quarum rerum omnium colore aut grossitudine non causentur Monachi; sed quales inveniri possunt in provinciâ, quâ degunt; aut quod viliùs comparari potest.* Nam contrà homo vilis, etsi induatur pannis aureis, vilis remanet;

An mentiantur tonsurâ.

d] Est libelius Authoris, qui inscribitur, *Philosophia secundum dici.*

S. Benedictus *in Reg. cap. 55.*

Quales esse vestes Religiosorum?

Porrò

Porrò Sarabaitæ (agebant enim libertinam & diſſolutam vitam) erant irreligioſi : & tamen quando habitu Religioſo induti, & more regulari tonſi, per veſtes & capillos dicebant, *Nos ſumus Religioſi.* Per veſtes igitur & capillos mentiebantur. Doctrinam hanc Stobæus *ſerm.* 10. ex Theophraſto dilucidat dicens. *Chius quidam jam ſenex in Lacedæmonem pervênit, qui quidem alioquim erat arrogans, ſed ſenectutis ſuæ ipſum pudebat, quare canos tincturâ obliterare conabatur. Progreſſus autem in publicum, de rebus orationem habuit, quarum gratiâ venerat. Tum ſurgens Archidamus ait. Quid ille tandem rectum* (verum) *diceret, qui mendacium non in animâ ſolùm ſed capite quoque circumfert?* Ergo cùm Hiſpanicas veſtes induit Gallus, cùm Gallicas Hiſpanus, cùm Sacerdotales conjugatus, cùm Regularium ritu ſe tondet ſæcularis, cùm anus medicamentis coloratur, & faciei vitia candore inducto tegit, & artificioſè fucatur, cùm ſenex canos illinit & obliterat, per veſtes, per tonſuram, per medicamenta, per tincturam mentitur. Et huic erat ſimilis ille ſenex, cui (quia, ut appareret juvenis, inficiebat capillos) apud Maximum *ſerm.* 41. Alexander dicebat; *Noli quæſo, capillos tingere; ſed genua incurva potiùs, ut faciliùs & promptiùs eas* : Ad ſepulchrum nimirùm : nam omnium ſepulchrorum portæ ſunt humiles. Vt hæc omnia meliùs intelligere poſſis relege, quæ in Theol. Fundament. *à num.* 2359. *b. quæſt* 9. *ad num.* 2360. *r.* ponuntur.

An liceat ſeni crines tingere?

Senes interdum per tincturam capillorum mentiuntur

Quidam ineptus Rhetor (nominator Philiſcus) ut, qui orationi deerat, ſibi non abeſſet ornatus, pretioſâ veſte indutus temerè ad tribunal ingreſſus, voce ſemimuliebri, linguâ ſupinâ, & geſtu incongruo, orare cœpit, quovis potiùs, quàm ad ea, quæ agebantur, ſpectans. Obſtupuit Imperator, & ait. Τὸν μὲν ἄνδρα δείκνυσιν ἡ κόμη, τὸν δὲ ῥήτορα φωνή. Notans, *quòd attonſa cæſaries declararet eſſe virum, oratio autem non declararet eſſe Rhetorem, ſed fœminam potiùs.* Philoſtratus. In Græco aliquid deeſt, non enim illud *non* reperitur. Ego dixiſſem Græcè.

Ὄφρα τὸν ἄνδρα λέγει κόμη. μὴ ῥήτορα φωνή : aut etiam Latinè.

Orator debet habere vocem virilem: ornatumque in conceptibus & verbis ponere, & non in veſtibus.

De Philisco ineptissimo Rhetore.

Dum dubitat Cæsar, vir ne hic, an fœmina dicat,
Crines & vocem conciliare nequit.
Et tandem impatiens clamat: bone Iuppiter; anceps
Hæreo: dicit enim quod coma, lingua negat.
Fœmina pro rostris, si voci creditur, orat:
Mentitur tonsum quam caput, esse virum.

An mentiantur capilli?

Habet majorem gratiam in Græco propter assonantiam vocum κόμη & φωνή: Sed & eam discrimen accentuum elidet.

An auferre capillos canos mentiri sit?

Posse & solere homines capillis loqui, & capillis mentiri, etiam testatur Erasmus, qui *libr. 4. Apophthegm. ex Suetonio*, sic inquit. [Iulia, Cæsaris Augusti filia, cùm maturè canos habere capillos cœpisset, habebat comptrices, quæ canos capillos sublegebant. Verùm, cùm Augustus pater intervenisset clam, canos capillos super vestes filiæ vidit, quos evulserant. Cùm autem aliud agens, rem dissimulasset, demum post multa interrogavit filiam; Vtrùm post aliquot annos cana esse mallet, an calva? cumque illa respondisset, se canam esse malle. Cur ergo, inquit, tuo iussu & instinctu illæ ante tempus calvam te facere student? Et sic prudenter mendacium in filiâ deprehendit, & corrigere studuit.] Nota verbum *mendacium*: Non enim illud commiserat Iulia dicendo; *Se malle canam potiùs esse, quàm calvam*, nam id prudenter, & ex sententia dixerat: sed jubendo sibi canos capillos auferri adeoque calvam reddi: hæc enim canorum sublectio contra mentem ibat, & ideò mentiebatur. Ibat, inquam, contra mentem, quam habebat, aut debebat habere.

An præstet esse potiùs canum, quàm calvum?

Capillis loquuntur homines.

Imò & mentiuntur.

Protensa & profusa olim coma Nazaræos distinguebat à cæteris, & tonsa hodie Monachos à sæcularibus. Et quidem hæc ipsa tonsura semper loquitur &, quod mireris, aliquando mentitur. De capillorum voce agit antiquus Historiographus, ex quo P. Franciscus Carriere in Digesto Chronologiæ Papalis, agens de Benedicti II. (qui sedit anno 684.) Pontificatu, sic ait. *Hoc anno Imperator dedit filios suos Benedicto in filios, mittens eorumdem cir-*

Romanus Pontifex Imperatoris filios in spirituales suos filios adoptat.

ros

ros capillorum. Sic Symbolicè aliquis offerebatur in filium & Patrem (lego, *Patri*) *cuius ipse monita impensè suscipere deberet.* Sed cui Benedicto? An-ne Occidentalium Monachorum Institutori, ad Empyreum adsumpto, in cujus Regulâ est Constitutio expressa; quæ modum quo filij Nobilium, vel pauperum [e] qui Monasterio offeruntur, sint suscipiendi, præscribit? An verò Benedicto II. summo Pontifici? Dubium tollit P. Ioannes Baptista Ricciolius in Chronico Magno quod meritò *Selectum* nominat, ad ann. 684. inquit enim. [Constantinus (Imperator) offert Benedicto Papæ filios suos in filios, mittens ad eum eorum capillos juxta morem illorum temporum. *Anastasius.*] Ergo filiorum capillos alteri tradere, erat dicere; *Ego illos, quorum sunt isti crines, tibi subrogo in filios.*

Ritus erat capillorum traditio.

S. Benedictus in Regula c. 59.

e] Videtur Sanctus Pater pauperibus contraponere Nobiles.

Super Matth. multa ad rem nostram scripsit Hipponensis Episcopus. Est digna ponderatione hæc periodus. *Cùm cœperint aliquibus tentationibus ea ipsa vel subtrahi vel negari, quæ isto velamine consequuti sunt, vel consequi cupierunt, tunc necesse, ut appareat, utrum lupus sit in pelle ovinâ, an ovis in suâ.* Obiit anno sequente Imperator; & quia, an obtinuerit, quod desiderabat, nescitur: quo suorum filiorum crines animo miserit ignorare debemus.

S. Benedictus in Regul. cap. 1.

37. *k. An hypocrita veste decipiant.*

Similia in quodam sermone habet Ambrosius dicens, *Latet plerumque sub tristi amictu lascivia, & deformis horror vili veste obtegitur, ut secreta petulantium tegantur animorum.*

Hieronymus *super Isaiam lib. 6.* consonat aliis Patribus, inquit enim. *Si castum me simulo, & aliud est in conscientiâ, habeo gloriam mercenariam, & supplicia peccatoris: & in eâ comparatione duorum malorum, levius est in alium apertè peccare, quàm simulare & fingere Sanctitatem.* Et in quâd. *Epist.* idem Presbyter sanctissimus & eruditissimus. *Intùs Nero, foris Cato; totus Ambiguus; monstrum est velut quædam bestia compacta, secundum illud Poëticum.*

Pars leo prima, draco media, ipsa Chimæra. [f]

Et tandem *super Matth.* 7. Chrysostomus. *Lupus tectus pelle ovinâ, per vocem cognoscitur, & per actum: ovis balat*

f] Hoc Pœtamettorum genus est tarissimum: videturque Damaso Pôtif. Max. deberi: nam teste Baronio *in Append. ad Annales Eccles.* & Boldonio in *Epigraph. lib. 2. pag. 61. b. Elog. 24.* S. Marci sepulchrum

exornavit hujuscemodi metris. *inclinata deorsum, lupus ululat contra cælum: hoc superbiæ, illud humilitatis signum*, &c.

Sect. V. De Restrictionibus Verborum generalium per Vestes.

VEstes & ornamenta corporis, loquuntur, colloquuntur, mentiuntur, ut hucusque probavimus. An-ne etiam verba, si hæc æquivoca sint, aut latiùs pateant, poterunt per vestes restringi? Respondeo affirmativè; & breviter Conclusionem dilucido.

An per Vestes personarum status secernătur?

Pone in hac Civitate Episcopos, Sacerdotes, Religiosos, Laicos; necnon Virgines, Conjugatas, Viduas, vestibus & illarum ornamentis distingui; ita, ut nulla sit qualitatum & statuum confusio; sed ex colore & formâ vestium qualis sit unaquæque persona noscatur. Et hoc posito assero pœnitentes non teneri verbis exprimere circumstantias mutantes speciem, quæ ex statuum varietate nascuntur (quales sunt, Stuprum, Adulterium, Sacrilegium. &c.) quia has ipsas circumstantias vestes consignificant, & sufficienter exponunt. Hanc doctrinam, quæ Theologorum omnium est, nos docet Leander 1. *part. tract.* 5. *disp.* 8. §. 2. *quæst.* 25. nam inquirit. *An quando conditio, seu status pœnitentis est nota Confessario, sit necessarium, quod se accuset de illâ circumstantiâ, dicendo*, se esse Sacerdotem, conjugatum. &c? Et respondet *non esse necessarium, ut praxis docet*. Et asserit *hanc esse doctrinam communem*: & in particulari Archangelum *dist.* 16. *pag.* 166. *col.* 2. Sotum *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 2. *art.* 4. *pag.* 868. & Nugnum *quæst.* 9. *art.* 2. *dub.* 3. *pag.* 497. producit. Et, ut illam meliùs & profundiùs intelligas, aliquos Casus examini & censuræ subjicio. Sit

Proponŭtur sex casus, ex quorum dissolutione doctrina præcedentis intelligentia dependet.

Primus. Livia perdidit Virginitatis florem; & quia dixit in confessione, *Me viro prostitui*, & se esse virginem non exposuit, an bene sit confessa, inquiritur. Secundus. Ioanna erat conjugata, & in confessione se admisisse fornicationem fassa, circumstantiam adulterij subticuit. An-ne ejus confessio erit sacrilegij condemnanda? Tertius. Ioannes, Ordinis N. Religiosus in eodem fragilitatis genere peccatum mortale perpetravit: illudque

illudque quoad substantiam in confessione exponit, & tamen de sacrilegio ob voti violationem commisso nihil dixit. An-ne integrè confessus est? QVARTVS. Theopompus, ut satellites, à quibus ad necem quærebatur, evaderet, habitum monachalem privatâ authoritate induit; & quia unam puellam cognoverat, hodie in Sacramentali confessione ait; *Semel fui fornicatus*, & inquirit; An aliter confiteri debuerit? QVINTVS. Frater Titius Ordinis N. Religiosus, furtum commisit, & in confessione dixit, *semel gravem materiam furatus sum.* Et modò, quia se violasse Paupertatis votum non exposuit, putat non fuisse integram suam confessionem; nam in illâ circumstantiam, quæ novam speciem peccato addit, omisit. SEXTVS. Carolus, se Hieronymum percussisse, & se Ioannam & Paulam cognovisse fatetur, quin circumstantias adjacentes, & speciem mutantes exponat: non enim putat hoc esse necessarium, nam Hieronymus Sacerdotalem, Virgineam Ioanna, & Paula Connubialem vestem gestat. An-ne falli dicendus est? HI SEX CASVS postulant, ut exponantur; nam ex illis penitior cognitio huius Conclusionis dependet.

Respondeo ad primum duas esse valde communes in Scholâ sententias; alij enim docent eum, qui virginem defloravit, stuprum committere, & hanc debere in confessione circumstantiam exponere: alij autem inter volentem & nolentem distinguunt, asseruntque nolentis & invitæ deflorationem esse stuprum: volentis verò & consentientis esse simplicem fornicationem. Priorem opinionem tuetur D. Thomas 2.2. *quæst.* 154. *art.* 6. Thomistæ *ibid.* Acacius *resol.* 204. *n.* 1. quibus adhærent Bonacina, Azorius, Sylvester, Nugnus, Villalobos & alij. Posterior hodie est in Scholâ communis: nam Acacius *tom.* 1. *verb. Doncella*, *resol.* 272. eam exponit his verbis. *Estando en esta opinion consiguientemente se dize, que el que desflorò la doncella, que consiente, comete peccado de simple fornicacion, aunque estè debaxò de la tutela del padre.* Et pro illâ Dianam, Lessium, Sotum, Sanchez, Vasquez, & Navarrum

37. I. *An qui Virginem volentem defloraverit, stuprum cōmisisse dicēdus sit?*

N. B. Cùm in exponendâ naturâ & essentiâ stupri non cōveniant Doctores inter se, patet non bene confiteri, qui dicat, *stuprum commisi* nisi enim aliud

addiderit, non poterit Cõfessarius colligere, an pœnitens virginem volentem, aut invitam cognoverit. Et tamen hæc circũstantia (addit enim novam speciem) debet necessariò explicari.

Quid Sotus senserit? An bene pro utrâque sententiâ citetur?

An Virgo quæ est sub curâ parentum aut tutorum, si fornicetur, amissæ virginitatis circumstantiam explicare teneatur? Negat Tiullenchius *lib.6. in Decalog. cap.5. dub.2. num.2. & 8.* dicens.

Quamvis parentes vel curator dissentiant, si ipsa consentit, non est formaliter stuprum, quãvis reverà virgo sit, & claustrum virginale rum-

rum adlêgat. Et posteà *tom.2. resol.*204. reponit eamdem opinionem, & pro illâ Sotum, Petrum de Navarra, Vasquez, Sanchez, Lessium, Marchantium, &c. producit. Et ego hanc posteriorem sententiam *in Theolog. Intention. lib.4. part.3. pag.*359. *num.*1638. & *part.4. pag.*411. *numer.*1912. & *pag.*414. *num.*1928. propugno. Hanc etiam opinionem habet Leander *part.1. tract.5. disp.8. §.2. quæst.16.* ubi Lugonem, Sanchez, Vasquez, Navarram, Lessium, Ægidium, Megalam, Suarium, Tannerum, Molfesium, Fagundez, Trullenchium, Hurtadum Ochagaviam, Ludovicum de San-Iuan, Baunium, Gesualdum Palaum, & alios Doctores producit. Quia Vasquez *opusc. de restit. cap.3. §.1. dub.1. num.6.* & *1.2. disp.112. cap.1. num.1.* nostram sententiam tenet, & pro illâ Sotum adlêgat, quem Petrus de Ledesma *de pænit. cap.19. dub.5. post concl.1.* & Ludovicus *quæst.1. de circumst. art.2. dub.2. pag.*1064. adducunt pro sententiâ contrariâ; operæ-pretium erit eum audire: nam *in 4. dist.18. quæst.2. ar.4. pag.*823. sic inquit. *At reverà, ut meam tenuem opinionem proferam, non clarè video, saltem, si puella, quæ non est sub curâ parentum, vel masculus etiam virgo, suâ sponte vult virginitatem perdere, quod sit distincta species Luxuriæ à simplici fornicatione: nam puella est domina sui corporis in illo usu, sicuti puer.* Ita ille: unde eùm etiam pro nostrâ sententia citat Graffius, *lib.1. decis. cap.20. n.28.* tametsi ipse oppositæ cum Navarro subscribat.

His præmissis, si stemus posteriori sententiæ, & dicamus Virginem, quæ volens se amasio prostituit, simplicem fornicationem committere: dicenda est Livia integrè fuisse confessa, nam in ejus peccato non fuit circumstantia stupri, quæ debuerit exponi. Et suadeo Confessariis, ut hanc sententiam teneant, & pœnitentes suas doceant: esset enim & Confessario molestum interrogare, & grave Moniali aut fœminæ nobili exponere, an quando peccavit, erat virgo. Consultò *pænitentes suas* dixi: nam multi, qui docent fœminam, cùm virginitatem amittit, debere hanc circunstantiam in confessione exponere

nere

nere, ab hac obligatione virum liberant, quia in ipso cessat ratio, ob quam mulierem onerabant. Ita Ledesma *in summ. 1. par. tract. de Pænit. cap. 19. diff. 2.* & *part. 2. tract. 27. cap. 10. §. Ad hanc difficultatem.* Cui in Theol. Intentional. *libr. 4. part. 4. pag. 411. num. 1912.* subscribo.

fatur. Ratio est quia ratio formalis stupri est violatio claustri virginalis cū injuriâ: hic autem nulla fit injuria: consentienti enim nō fit injuria, quia est domina sui corporis, ac proinde illo abutēdo nemini facit injuriā. Cōsonat Leander part. 1. tr. 5. disp. 8. §. 2. quæ. 17. pag. 179. a, qui multos Authores producit.

Stando autem opinioni priori dicam debere circumstantiam stupri explicari; mutat enim speciem. Et quid de Liviâ dicemus, quæ stupri circumstantiam subticuit? Dicemus illam integrè confessam fuisse: nam peccati substantiam ipsa linguâ exposuit, & vestis quæ virgines à corruptis distinguit, circumstantiam condixit. Ita expresse Ortiz *in summ. cap. 23. §. 27.* inquit enim. ***La doncella, que deseo ser corrompida, ha de confessar esta circunstancia: y yendo en habito de doncella, y siendo havida por tal, basta decir, que deseo fornicar.*** Et cur sufficit? Quia vestis statum Virginis consignificando desideratam illam fornicationem ad stupri speciem contrahit, & restringit.

Addo, manendo in eâdem D. Thomæ sententiâ Liviam, si adhuc Virgineas vestes post florem amissum retineat, si iterum contra Castitatem peccaverit, debere monere Confessarium, ne illum vestis decipiat. Deberet ergo dicere. ***Semel post ultimam confessionem cognita fui à viro; non tamen in hac copulâ Virginitatis florem perdidi, quoniam non eram Virgo.*** Debere sic illam confiteri, patet: nam Confessarius, nisi admoneretur, in habitu stupri circumstantiam subaudieret: Ergo, ne confiteatur Livia, culpam, aut circumstantiam culpæ, quam non commisit, debet, ut dicebamus, Confessarium monere. At hæc ipsa admonitio esset Liviæ gravissima: nam unum peccatum ritè confessum & deletum deberet pluries confiteri, quod Legis Christianæ suavitas non requirit. Et hoc ostendo. Si prima fornicatio à cæteris distinguitur specie; quando fornicationem secundam confitetur, tenetur necessariò pœnitens dicere illam, quam Ecclesiæ clavibus subiicit, non esse primam. Ergo tenebitur illam priorem iterum confiteri.

37. *m.*

De Opinionum delectu.

Vtram ex his duabus in praxi debeamus amplecti?

An teneamur pluries eadem peccata confiteri?

I. *Respondeo*

Per coniugata vestẽ, ad adulterium;

Respondeo ad secundum Ioannam fuisse bene confessam: nam licèt ore tantùm dixerit, *Fornicationem commisi.* Nihil omisit, quod deberet exponi. Nam hæc verba, quæ sunt generica, & universalia, & possent, si nihil adderetur, de simplici, sacrilegâ, & adulterâ fornicatione intelligi, hîc & nunc non sunt generica & universalia, nam per vestes connubiales restricta adulterium exponunt. Idem dicito in simili casu de Moniali, quæ fornicationem confiteretur: nam hæc ipsa confessio per habitum Religiosum restricta contrahit fornicationem, ut sacrilega sit. Et in hoc profectò casu lingua loquitur realiter, vestis virtualiter. [N. B.] non enim realiter loquitur vestis, & tamen prudentum æstimatione ita se habet, ac si realiter loqueretur. Quoniam signum, ut Logici exponunt, est, quod præter speciem, quam ingerit sensibus, nos facit in alterius rei cognitionem devenire. Et in nostro casu connubialis (aut etiam monachalis) vestis, præter speciem, quam ingerit oculis, præstat, ut Confessarius in cognitionem adulterij (aut etiam sacrilegij) lingua non expressi perveniat. Vide, quæ in Theolog. Fundament. diximus *à num.* 2359.*b.*

Et per Monialis habitum ad sacrilegium fornicatio restringitur.

Quid signũ sit?

37.*n.* *An Ioannes sit bene confessus?*

Respondeo ad Tertium Ioannem bene & integrè confessum esse: nam peccati substantiam linguâ, & sacrilegij (seu voti violati) circumstantiam veste confessus est.

An, & cur Theopompus per vestem mentiatur?

Respondeo ad Quartum Theopompum malè confessum fuisse: nam se sacrilegij accusavit, quod non commiserat. Quando enim ipsius lingua verax est, & fornicationem, quam revera commisit, confitetur: eius vestis est mendax, & eum accusat circumstantiæ sacrilegæ (violationis voti) quam non commiserat. Ergo, ne malè confiteatur, debet linguâ mendacem vestis confessionem elidere. (Hisp. *ha de desmentir con la lengua lo que mentia el vestido* puta dicendo. *Semel fui fornicatus; sed sciat V. Paternitas me non esse Religiosum.*&c.

Quomodo debeat confiteri?

37.*o.* *Respondeo ad Quintum*, tria emitti vota essentialia in Professione

Professione solenni: & in hanc tam deobediendo, & furando, quam lasciviendo peccari. Ergo, si in luxuriæ peccatis non est necessarium verbis sacrilegium exprimere, nam fornicatio linguâ exposita per vestem (consignificantem circumstantiam) ad sacrilegam fornicationem restringitur: nec in proprietatis & inobedientiæ culpis erit opus sacrilegij circumstantiam exprimere: nam proprietatis aut inobedientiæ peccatum linguâ expressum, per vestem ad proprietatis sacrilegæ, aut inobedientiæ sacrilegæ peccatum manifestè restringitur.

De Professione soleñi. Tria vota necessariò requirit. An sacrilegij circumstantia in furto, aut inobedientiâ debeat linguâ explicari?

Respondeo ad Sextum, non esse laudandos, qui sine necessitate aut causâ in Sacramentali Confessione nomina complicium exponunt: nam illos *opusc. de honestâ vitâ in fin.* reprehendit Melleus Doctor his verbis. *De nullo prorsus sinistrè loquaris, quantumcumque sit verum vel manifestum, nisi in Confessione; & hoc ubi non potes aliter manifestare peccatum tuum.* Interim, quia extra Confessionem, ut multi Viri docti affirmant, sine lethali culpâ uni prudenti viro potest quis crimen proximi occultum revelare; (nam manet sub sigillo secreti) consequenter dicendum est, Carolum explicando in Confessione complices, mortaliter non peccavisse: &, quia materia est gravis, & in gravi materiâ peccata venialia plena deliberatio non admittit: addi adhuc potest Carolum non peccasse venialiter, & nemini injuriam fecisse. Ita Cajetanus *in 2. 2. quæst. 62. art. 2.* Navarra *de restitut. libr. 2. cap. 4. num. 334.* Graffius *libr. 1. cap. 137.* Diana *2. part. tract. 17. resol. 12. & 25.* & *3. part. tract. 5. res. 33.* Reginaldus *libr. 24. cap. 4. n. 75.* Lessius *libr. 2. c. 11. n. 70.* Hurtadus *de Iustitiâ disp. 11. diff. 5.* Et hanc opinionem probabilem censet Leander, nam *p. 1. tr. 5. disp. 5. quæst. 64.* oppositam, cui adhæret, vocat probabiliorem. Hac doctrinâ præmissâ venio ad Casum propositum: & aio Carolum bene confessum fuisse: nam, si Hieronymum esse sacerdotem, & Ioannam esse Virginem, & Paulam esse Conjugatam Confessarius cognoscit, verba Caroli per Hieronymi, Ioannæ & Paulæ ve-

An complicium nomina possint in confessione exponi sine causâ? An uni aut alteri viro prudenti possis crimẽ proximi occultum revelare? Idem est in Confessione nominare, personam cujus à Cõfessario status & con-

ditio noscũtur, ac personæ statum & conditionem explicare.

stes aut similes alias circumstantias Confessario notas restringentur, ut genericam significationem contrahant ad determinatam speciem. Quam ob rem hæc generica verba, *Percussi Hieronymum, & Ioannam & Paulam cognovi*, quæ linguâ profert Carolus per eorum vestes & circumstantias Confessario restricta, æquipollebunt his, *Vnum sacerdotem percussi; & unam Virginem, & unam Conjugatam cognovi.*

CONCLVSIO XI.

37.p. *An significatio restringatur à loco?*

Linguâ bovis. *Calcar equitis.* *Camelus.*

Locus etiam est circumstantia consignificans & dictionis restringens. Sanè *Lengua de buey* & *espuela de Caballero* (hoc est, *Lingua bovis* & *Calcar equitis.*) flores sunt notissimi in Hispaniâ. Et tamen, si in horto *Linguam bovis* postules, florem dabit κυνωπὸς: &, si in macello, carneam linguam subministrabit lanius. Sic etiam in horto *Calcar equitis*, erit flos, & armamentario erit ferreum & inauratum instrumentum, Camelus pro vehendis oneribus, & in Asiâ præcipuè est animal mercatoribus utile, & in naui, est ille rudens crassus, qui antennas subrigit. Et hinc lux Euangelio dicenti, *Facilius esse camelum* (funem illum nauticum) *ingredi per foramen acûs, quàm diuitem per portam Cœlorum.*

Evangelij locus illucidatus.

An eadem D. Benedicti Regula, tametsi eisdem verbis promissa, aliter in uno, & aliter in alio obliget Religiosos?

Vna & eadem S. Benedicti Regula in Cluniacensium & Cistertiensium olim monasteriis vovebatur: at non eodem modo observabatur: nam quæ in uno loco tali modo, in alio aliter intelligebatur. Quam differentiam *in libell. de præcept. & dispens.* S. Bernardus pulchrè exponit: pulchrè etiam eamdem Abbas Venerabilis Petrus, in Epistolâ ad Bernardum, quam tom. 1. *pag.* 94. inter Bernardinas in Horstianâ Editione reperies. Eadem sunt verba Professionis solennis, & tamen in reformatis Monasteriis, quale est nostrum Emauntinum in Bohemiâ, & multa per Hispaniam & Galliam, abstinent à carne Religiosi, quam in aliis Monasteriis ter in habdomade

An locus Abstinentiã restringat?

edere

edere permittuntur. Vi etiam solennis professionis in alsiis locis Moniales ad clausuram coguntur, quæ non obseruatur alio in loco: & tamen discrimen à professionis loco, & non à literâ desumitur, quoniam in nostro Castitas Ordine non vovetur expresse. Castitatem etiam promittunt Deo Milites Religiosi. At hæc in Virgineam & Connubialem distribuitur: &, si interroges, Vtram ipsi promittant? respondebo à loco restrictionem desumi: nam quibuscumque verbis Melitensis, quibuscumque abutatur, utatur-ve Calatravensis, nunquam fiet, ut solemniter ille connubialem, aut iste virgineam promittat. *Solenniter* consultò dico; nam nullus dubitat Calatravensem simplici voto posse ad virgineam puritatem obstringi.

An clausurum? An etiam votum Castitatis? An, vel cōnubialem Melitensis, vel virgineam Calatravensis solenniter vovere possit?

Præterea eisdem verbis Ecclesia Catholica & Ordo Benedictinus utitur, ut *festa* & *jejunia* significet: at hæ ipsæmet voces aliter in Ecclesiâ, & aliter in Ordine nostro accipiuntur: & à loco sumitur varietatis distinctio: nam aliter jejunia & festa ab Ordine, aliter jejunia & festa præscripta ab Ecclesiâ observantur.

An locus jejuniorum & festorum observantiā restringat.

Principes, qui detinentur apud hostes, ad suos cognatos Epistolas varias scribunt: at in ipsis non significant dictiones, quantum sonant; quoniam illas captivitas, aut in diversum sensum transfert, aut in vero restringit. Et hanc ob rem in aliquibus, quas Carolus V. Parisiis scripsit, materialem significationem Ministri Cæsaris, ad quos destinabantur, repererunt: constat enim ex Logicâ voces gaudere significatione materiali & formali; & Hispanorum judicio voces, quæ in illis Imperatoris literis per subscriptionis locum restringebantur ad significationem materialem: nîl enim significabant præter se ipsas.

An captivorum, & incarceratorum, verba restringantur à loco? De significatione materiali. An possit per Epistolam longam defluere?

NOTA.

De Restrictione, quæ procedit à Tempore.

37. p. *An tempus voces æquivocas & cōmunes restringat?* POstquam egi de loco, placet aliqua de Tempore, eius Restrictione explicare. Dico igitur signa & communia Nomina per Temporum varietates distingui. Quod exemplis manifestis probabo.

Quid apud Ecclesiasticos significat litera N? Ecclesiastici sumus: ergo Ecclesiastica exempla præmittamus. Inter Orationes, quas nobis sancta Mater Ecclesia recitandas proponit, est hæc in nostro Ordine valde communis.

Intercessio nos, quæsumus Domine, Beati N. Abbatis commendet, ut quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio adsequamur. &c.

Quid nomē Fulano in Hispaniá? Sed quid significat illa litera N? idem quod in Hispanicâ linguâ *Fulano*. Est autem *Fulano* nomen proprium ut sic, quod posteà per supervenientes differentias, ut sit *Petrus*, vel *Paulus* contrahitur. Dico igitur illud signum N. à circumstantiâ temporis restrictionem habere: nam die XV. Ianuarij *Maurum*; die XVII. Ian. *Antonium*; die VII. Febr. *Romualdum*; die XXI. Martij *Benedictum*; die XXIX. Apr. *Robertum*; die XXII. Maij *Romanum*; die XXV. Iunij *Guilielmum*; die XII. Iulij *Ioannem Gualbertum* die XX. August. *Bernardum*; die I. Sept. *Ægidium*; die XVI. Octobr. *Gallum*; die XXI. Octobr. *Hilarionem*; die XII. Novembr. *Æmilianum*; die XIX. Novembr. *Odonem*; die XXVI. etiam Novembr. *Sylvestrum*; die V. Decembr. *Sabbam*, &c.

Abbates Sācti qui ab Ecclesia coluntur.

Quis fuerit ille Darius, cujus facit mentionem Ptolemæus? Transeamus ad Politica, & videbimus quomodo genericæ Voces à circumstantiâ Temporis restringantur. Ptolemæus *libr. 4. Almagesti cap. 9.* hæc habet ex Hipparcho. *Anno 20. Darij illius qui Cambysi successit, Epiphi die 28. sequente 29. horâ æquali post solis occasum 6. $\frac{-}{1}$ Luna quartâ parte diametri ab Austro defecerat.* Et ibidem scripserat.

Eclipsim

Eclipsim accepimus, quæ anno trigesimo primo Darij, Babylone observata fuit. Tibi die 3. sequente 4. ante mediam noctem semihorâ; diciturque Luna defecisse ab Austro digitis duobus. sed, de quo Dario loquitur Ptolemæus? Fuisse tres Darios constat ex Regum antiquorum historiâ. Regnavit enim

Quot Darij inter antiquos Persiæ Reges numerentur?

I.	*Darius, Histaspis filius*	522	*Anni ante Christ.*
II.	*Darius, Nothus.*	424	
III.	*Darius Codomanus*	336.	

Sed quis ex his ille est, cujus Hipparchus & Ptolemæus meminere? Ille, qui Cambyssi successit? At hæc circumstantia non sufficit, nam Cambyssi non Darius, sed Oropastus sufficitur. Herodotus *libr.* 3. clarissimè. *Cambyssi Cyri filio vita erepta est cum regnasset septem omninò annos, & menses quinque.* Et paulò post, agens de eius successore, qui Magus fuit, & ab aliis Prexaspes, & à Trogo & aliis Oropastes vocatur, ait. *Magus, defuncto Cambysse, per simulationem Smerdis filij Cyri, securus regnavit menses septem.* &c. Ergo hic character non est sufficiens ut *Darij* nomen ad veram significationem restringatur. Erit ergo securissima, quæ à Tempore desumetur Restrictio. Consulantur igitur Astronomicæ Tabulæ, & momenta, in quibus illa Lunæ acciderunt explicemus. Ricciolus *in Chronolog. Reform. libr.* 5. *de ann. Regum Asiæ. cap.* 7. *pag.* 238. *a. num.* 3. sic statuit. *Primam Eclipsim repræsentant Astronomicæ Tabulæ anno ante Christi Epocham* 502. *die Novembr.* 19. *secundam verò anno* 491. *Aprilis* 25. Cùm igitur hæ ipsæ Eclipses ante Darij II. nativitatem acciderint, nomen *Darij* in locis citatis, est Darij I. Illa igitur, quæ à Tempore sumitur, securissima Vocum Restrictio est.

An Cambyssi successerit aliquis Darius?

Interdum Persona ad Vocum Restrictionem non sufficit.

Momenta duarum Eclipsium Lunarium ex calculo determinantur.

Quæstioque ex Temporis circumstantiâ deciditur.

CONCLVSIO XII.

VErba etiam restituuntur, & corriguntur per verborum præcedentium & sequentium contextum. Supponit hæc Conclusio alias assertiones corrigi, alias restitui. Restituuntur

37. r. *An, & quo modo Correctio à Restitutione distinguatur?*

tuuntur profectò, quæ à ſuo authore bene fuerant ſcripta, & tamen ab amanuenſi male exſcripta: corriguntur, quæ ab Interprete male tranſlata. Et; quidem, ſi rem bene perpendas, tam Reſtitutio, quàm Correctio, pertinet ad Reſtrictionem. Quoniam, ſi dubites, An ſententia aliqua bene legatur? verborum contextus controverſiam decidet. Pono exemplum. In Sanct. Ioanne Chryſoſtomo *tom. 5. homil. de Pænit.* Legebatur. *Peccaſti? Eccleſiam egredere, atque tuum dele peccatum.* Non cohærent: *egredior* enim poſtulat ablativum; & peccator non debet extra Eccleſiam quærere medicinam. Hoc conſiderans, qui Notas ſcripſit illas, quæ in Venetâ editione anni 1583. leguntur, ſic ait: *Legendum eſt*, Eccleſiam ingredere, *quod perſpicuè patet ex antecedentibus & conſequentibus verbis: atque ita legebatur in Editione Baſileenſi anni* 1525. Præterea, *homil. 15. Epiſtola ad Philippenſ. cap.* 4. ediſſerens, inquit idem Chryſoſtomus. *Iſte verò & conſobrinum ſuum regni conſortem, in quam communicationem ipſe eum collocavérat, & uxorem cognovit* à Perſis *corruptam. Vt enim non pepererat mulier quædam infelix & miſera*, &c. *Inſtitutis ludis corrupit Reginam & corrupta eſt ſimul & ipſa. Dicitur & fratrem ille ſuum occidiſſe. Rurſus & alius poſt iſtum venenatis ſublatus eſt pharmacis, & poculum illi non ampliùs erat potus ſed mors.* Et filius ipſi *oculum effoderat, metu futurorum, præter ullam injuriam.* Nomine uxoris Euſebiam Conſtantij uxorem intelligit. At hæc quomodo, & quando fuit à Perſis corrupta? an-ne malè Interpretem tranſtuliſſe dicemus? minimè: nam ὑπὸ περσῶν expreſsè habetur in Veronenſ. Codice. Quid ergo? Convertemus ad contextum oculos, & quia *venenata pharmaca* ſtatim legimus, & quia de Euſebiâ à Perſis corruptâ nîl habent illius ævi Hiſtoriographi, qui tamen bella Perſica accurate deſcribunt, & textum Græcum reſtituimus, & obliterando vocem περσῶν, reſtituimus πισσῶν, & Euſebiam aſſerimus, non à Perſis, ſed à medicamentis corruptam. Et quia nomine *filÿ*, Varonianum filium Ioviniani intelligimus potiùs υἱὸς αὐτοῦ, *filius ipſius*, quam υἱὸς αὐτῷ.

An Correctio ad Reſtrictionem reducatur?

De conſtructione verbi egredior.

Περσοὶ, Perſæ. Πισσοὶ, medicamenta.

N. B. Mulier illa infælix, quæ Euſebiam infecit veneno, ne pareret, & poſteà etiã ipſa eſt infecta, videtur fuiſſe Helena Iuliani uxor.

Obiit Euſebia anno 361. & duxit Fauſtinam Conſtantius.

In Chronico magno Riccioli. *Conſtantius 29. April. 356. Romam prope triumphans ingreſſus,*

αὐτῷ *filius ipsi*, esse legendum opinamur, ut sensus sit, & ipsius filius effossus & privatus est oculis, metu sequentis temporis, nihil tale promeritus, solent enim in Asiâ Principes excæcare filium, quem timent concitaturum seditionem. Non ergo scripserat Chrysostomus filium im eruisse oculum patri.

&c. Eusebia Helenam Iuliani uxorē, partuum peremptore fœtuum inficit. Ammianus libr. 16. Theodoretus libr. 2. cap. 17. Socrates lib. 2.

Verba (ut dicebant) *restringuntur per verba. Et hoc bifariam: expressè, implicitè.* Expressè cùm epitheton additur, quod latiùs patentem contrahat & determinet significationem: Implicitè, cùm verborum contextus postulat, ut subaudiatur aliquid, quod latiorem significationom restringat. *Animal* genus est; & tamen in hac positione, *Animal rationale est addiscendi scientias capax*, est restrictum ad hominem per nomen *rationale*, quod adiicitur. Et *Aries* est nomen æquivocum, quod animal notum, machinam militarem, & signum cæleste significat: in hac autem positione, *Luna est ingressa Arietem*, ad signum cæleste restringitur, ut tota oratio sit, *Luna est ingressa* (subaudi, *in Zodiaci signum, quod vocamus*) *Arietem*. Etiam ex verborum contextu facili negotio colligitur, an verba in propriâ, an verò in impropriâ significatione sumantur. Virgilius *Æneid. 6.*

De expressâ & implicitâ Restrictione.

Quomodo restringatur Animal *per* Rationale?

Quomodo Aties *per* Lunam?

An verba ambigua & æquivoca aliorum verborum additione determinentur?

Sic fatur lachrymans; classique immittit habenas.

Ecce *immittere habenas*, quod erat equorum propriè; & per metaphoram aliis posset competere, per vocem *classi* ad naves trahitur. In illo versu,

Habenas immittere.

Græci Oratores urbem veniamque petebant.

Duplicem habet significationem verbum *peto*, est enim *ire* & *postulare*: & tametsi unica vox materialiter sit, est formaliter duplex; nam per *urbem* restricta significat *ire*; & per *veniam* contracta, est *postulare*. Apud M. Tirsum de Molina *in Cigarralium quarto, lib. 1. fol. 160. col. 4.* stabularius, Tamayus nomine, sic ratiocinabatur.

Petere.

Dicen, que tiene intencion,
Armandome Caballero,
De hazerme Caballerizo
Mayor, y aunque sea postizo

Caballeriza *vox æquivoca. An utrâque significatione sumatur?*

El cargo, contigo quiero
Casarme, que eres rolliza.
Roscella. Con migo? Tam. *Mi fè te doy,*
Si Caballerizo soy,
Que has de sér Caballeriza.

Nomen ultimum æquivocum est, & tam *stabulum*, quàm *stabulariam* significat. Et quid vetat, ut, si à marito, qui stabularius est, vox *caballeriza* restringatur, ut sit *stabularia:* etiam restringatur à sordibus, ut sit *stabulum.* Et ibid. *fol.* 171.4. Aragonum Rex Regem Castellæ adloquitur his verbis.

Valor, *apud Hispanos est æquivocum nomẽ, & hic in utrâque significatione usurpatur.*

Qualquiera recibimiento,
Por mas sumptuoso y rico,
Fuera de poco valor
Para el que hemos conocido
En vuestra Alteza. Ya se, &c.

Vox *valor* est æquivoca: pretium enim & fortitudinem generosam significat. Et respectu triumphalis apparatûs ad priorem significationem: & respectu Regis Castellæ ad posteriorem restringitur. Dixerat *fol.* 159. *col.* 4. D. Manriquus.

Muger, *& fœminam & uxorem significat.*

Esto importa, y me està bien,
Que si me tiene por muerto,
Es muger, y serà cierto,
El sérlo de Don Guillen.

Dictio profecto *Muger*, & *mulierem* & *uxorem* significat: & in versu tertio fœminam universim: & in quarto conjugatam significat.

Iudico.

De Animantibus agens Melleus Doctor. *Quâ ratione ab eis petetur ratio de ratione, quam non acceperunt, &c. Non judicabuntur, quia non judicant, &c.* & ter vocem *ratio* posuit, & semper in significatione diversâ; ac si diceret. *Quo jure ab illis exigentur computus de intellectûs actibus, quem non receperunt, &c. Non judicabunt, quia carent intellectu & indicio, &c.* Ioannes Perez Montalvan in Comœdiâ, quæ inscribitur, *El Seneca de España.* act. 3.

Ratio. *Vox æquivoca.*

D. Diego. *Vuestra Alteza señor, sea*

Oy mi Padrino, y Tercero [a]
Con su Mageſtad. Yo quiero
A Blanca: en Blanca ſe emplea [3]
Mi Amor: a Blanca deſea [3]
Sin mas dote, que eſta Blanca. [2.3.]
Mi Blanco es Blanca; [3] mas blanca [1]
Que el ſol; y razon no es
Quedarme en blanco deſpues
De amar ſeys años a Blanca. [1.2.]

a] *Tercero* ſignificat, *tertium*, & *interceſſorem*: & ille, quicum agit Didacus eſt Philippus III. Rex Hiſpaniæ. Videtur Poëta vocẽ in unâ ſignificatione accepiſſe, & ad alteram adluſiſſe.

Eamdem vocem per varias acceptiones ingenioſè traducit (Hiſp. *juega con gala del vocablo.*) nam nomen *Blanca* tres habet ſignificationes: nam (1) eſt nomen adjectivum, cui in linguâ Latinâ reſpondet *albus, ba, bum*: & (2) eſt nomen appellativum, & ſignificat monetam tenuem, quæ eſt $\frac{1}{68}$ Sexageſima-octava pars vnîus Regalis: & tandem (3) eſt nomen proprium fœminæ. Præterea *Blanco* eſt *ſcopus*: unde *tirar al blanco* eſt *collimare in ſcopum*. Dicimus autem, *que ſe queda uno en blanco*, quando *ſuo labore fruſtratur, & intentum non obtinet.*

Blaco. Blanca.

Tirar al blanco.

Quedarſe en blanco.

Reſtrictionum hujuſmodi varij ſunt Modi: præcipuos proponam & dilucidabo.

PRIMO, *ſemper contrahitur per Interrogationem Reſponſio.* Nam voces *ſic* & *non* (Hiſp. *ſi*, y *no*) ſunt latiſſimæ ſignificationis. Nam, ſi interroges Ioannem, *an egreſſus ſit domo?* & Petrum *an audiuerit Miſſam*, & tamen uterque dicat *non*, non ſignificabunt idem illa *non*: quoniam primum eſt, *non ſum egreſſus domo?* & ſecundum *non audiui Miſſam.*

Interrogatio Reſponſionem reſtringit.

Et hîc inquiris doctè, *An per interrogationem Reſponſio, an verò per Reſponſionem Interrogatio reſtringatur?* Puto interrogationem eſſe debere claram; quomodo enim reſpondere poteris, ſi quid rogaris, neſcias. Ergo dico interrogationem bifariam poſſe conſiderari: nimirùm, vel reſpectu illîus, qui interrogat, aut interrogatur; vel aliorum. Porrò, qui interrogatur, niſi bene interrogationem intelligat, prudenter reſpondere non poteſt: & ideò, cùm interrogamur, & non bene percipimus,

An-ne etiã contrà?

Oportet, ut ante reſponſionem, quid rogamur, intelligamus.

Interrogationi obscura non debetur Responsio, sed altera interrogatio.

quid rogemur, non respondemus, sed per alteram interrogationem, quid velit rescire, qui nos interrogat, interrogamus. Semper igitur Responsio obscura vel ambigua per Interrogationem restringetur. Quod ipsum tametsi exemplum datum evidenter ostendat, hæc subjungo. INT. *Fuisti in foro?* ℞. *Fui.* INT. *Loquutus es Ioanni, an Francisco?* ℞. *Francisco.* INT. *Quando redibis?* ℞. *Cras.* INT. *Quanti emisti istum equum?* ℞. *Centum aureis*, &c. Si solas Responsiones quis colligat, nullum sensum inveniet: at singulæ per suam interrogationem restrictæ, reddunt sensum integrum, & est integra Assertio. Ergo, qui interrogat, aut quid interrogetur scit, auditâ

38

Quid faciendum, quando solam Responsionẽ audimus, & nescimus qualis fuerit interrogatio?

responsione, tametsi hæc unico verbo expediatur, subaudit cætera, quæ Interrogatio consignificat. *At transeamus ad alios.* Sæpe enim contingit, quod nesciamus, quid interrogatum fuerit, vel quia interrogationem omninò nescîmus, aut illam in genere novimus. Et tunc solet contingere, ut ex Responsione ipsam certò, aut saltem probabiliter deducamus. Consultò dixi *solet*; nam aliquando talis erit Responsio, ut nisi aliæ circumstantiæ concurrant, rimari non possimus, quæ, & qualis fuerit interrogatio. Et, ne te exemplis novis onerem, illas, quas paulò antè dedimus, reponamus. Erant ipsæ. *Fui. Francisco. Cras. Centum aureis.* Et, ut puto, ne OEdipus quidem, qui ex illis inferat interrogationes, quibus satisfecerunt. Cæterùm etiam sæpe fusiùs respondere solemus, & tunc meliùs ex Responsione colligitur interrogatio. Pono exemplum. Reperis Christum Act. 1. 7. respondisse Fidelibus; *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ posuit Pater in suâ potestate, sed accipietis virtutem supervenientis spiritûs sancti*, &c. Et rescire aves, quid illi interrogaverint? Aio ex his Christi verbis bene colligi, illos tempus determinatum alicujus rei futuræ rogavisse. Et consideratis circumstantiis & Iudæorum votis, illos voluisse discere tempus redemptionis à servitute temporali. Illud prius colligebatur manifestè, hoc posterius non nisi probabiliter. Et ex utroque inferebatur

An ex Christi Responsione sciri possit, quid Discipuli illum interrogaverint?

Quando restituetur Regnum Israël?

tur

tur interrogationem fuisse; *Si in tempore hoc restitues Regnum Israël?* Pono alterum exemplum. Qui legerit omnia, quæ D. N. Iesus Christus Discipulis suis Matth. 24. à vers. 4. ad 51. copiosè respondet, ignorare non poterit, quænam illorum fuerit interrogatio: erat enim. *Dic nobis, quando hæc erunt? &, quod signum adventûs tui, & consummationis sæculi?*

Quando erit Iudicium finale?

39 Addam aliud exemplum: & quia in exemplis non requiritur veritas, proponam fabulam, quam apud Hottingerum *libr. 1. cap. 8. pag. 296.* reperio: sic enim ait. [*Vnum tantùm adhuc addemus, cuius meminit Seldenus* pag. 109. de Diis Syris. *Idem putandum est*, scribit, *de statuæ capite; quod Gerebertus ille Rhenensis primùm, deinde Raven. Archiepiscopus, & postea Pontifex Maximus, Sylvester secundus dictus, à Saracenis Hispaniensibus, idque ad humanæ curiositatis satietatem edoctus, in oraculum sibi conflauit. G. Malmesburiensis de gestis Regum Angliæ.* De Gereberto fama dispersit, fudisse sibi statuæ caput, certa inspectione syderum; cùm videlicet omnes Planetæ exordia cursus sui meditarentur, quod non nisi interrogatum loqueretur, sed vel affirmatiuè vel negatiuè pronunciaret. Verbi gratiâ cum diceret Gerebertus, *Ero Apostolicus.* Responderet statua, *Etiam.* Item *Morior antequam cantem Missam in Hierusalem?* R. *Non.* Et addit: *Sed responso de mortis tempore deceptus est: Cogitauit enim ille urbem Hierusalem. Oraculum autem ædes sic dictas Romæ voluit.*] Sunt fabulæ. P. Franciscus Carriere in Digesto Chronologiæ Papalis ad ann. 999. *Mathematices fuit insigniter eruditus & Astrologiæ scientificus: hincque præbuit ansam apud ignaros opinandi, quod Magicis incantationibus ad tantum culmen elevatus esset: quod Benno Pseudo-Cardinalis de eo effutiit. Cujus testimonio perculsi recentiores Scriptores dubitarunt, An adnumerandus esset inter Pontifices, quem crederent à diabolo fuisse promotum.* Ego veritatem historiæ non examino: esto falsa, si velis: nam me vocat ultimæ Interrogationis Responsio, quæ debet perpendi, & exponi. Ergo, ne Sylvestri II. in dubium revocemus pietatem, hunc Gerebertum fuisse quemdam

Gerebertus ad summum Pontificatū evectus, Sylvester II. dici voluit.

G. Malmesburiensis *libr. 2. c. 10.*

An sit vera hæc historia, scriptores inter se non conveniunt.

Matheseos & Astrologiæ cognitionem sacrilegam Magiā vocat Benno, ut Sylvestrum dedecoret.

Manet casus, & mutatur persona, ut liberius loquamur.

ignotum sacerdotem simplicem, & habuisse cum diabolo pactum expressum supponamus.

Est duplex Hierusalē; nimirùm Romæ & in Palæstinâ.

40 Sunt duo loca, quæ nuncupantur Hierusalem: alter Romæ, & alter in Palæstinâ. Romæ est antiquissima sanctæ Crucis Ecclesia; cui Ordinis Cistertiensis Monasterium, in quo Viri sanctissimi & doctissimi serviunt Deo, hodie adhæret. In Palæstinâ est Civitas, ob Christi passionem celeberrima, quæ ob peccata nostra à Mahometanis possidetur. Ergo illa verba, *Morior antequam Missam cantem in Hierusalem.* Sunt æquivoca: & possunt intelligi de Palæstinico, aut de templo Romano. Interrogantem habuisse in mente Palæstinicum templum, supponamus, si velis. Ergo-ne per actum mentis significatio anceps restringebatur? Hanc consequentiam nego: &, quod mireris, negat diabolus, & tamen iste, non solùm verba, sed & mentis actus cognoscebat. Ergo diabolus scit, non dari Restrictiones Mentales. Et hanc consequentiam persuadeo. Diabolus tenetur verùm respondere vi pacti: nam hoc dissolveretur, si ille responderet mendacium. Ergo vera fuit Responsio diaboli; quæ erat *Non*, hoc est, *Non morieris, antequam cantes Missam in Hierosolymis.* Ergo interrogatio non fuit per actum mentis restricta: quia aliàs responsio fuisset falsa. Sanè Interrogatio æquivoca habet vim disjunctivæ; nec erit categorica, nisi per aliquam circumstantiam consignificantem restringatur. Ergo illa Gereberti interrogatio, *Moriarne antequam missam celebrem in Hierusalem?* reddit hunc sensum. *Moriarne antequam vel in Hierusalem Romanorum, aut in Hierusalem Palæstinorum Missam celebrem.* Respondítque Diabolus, *Non*, hoc est *Non morieris donec in uno aut altero ex his duobus locis Missam celebres.* Ergo, si est æquivoca Interrogatio, non potest per Responsionem restringi: & Responsio, si manet æquivoca, per effectum extrinsecum ad veritatem aut falsitatem restringetur. Erit enim vera, si alterum: falsa, si neutrum accidat.

Diabolus Restrictiones Mentales non admittit: & tamen illas scire & admittere deberet, si darentur.

Diabolus ex contractu tenetur Magis dicere veritatem: & frangitur contractus, si mentiatur.

Vt disjunctiva sit vera, sufficit, si unum membrum sit verum: &, si nullū est verum, erit falsa.

Et hîc moneri Lector poterit in Epistolis multos locos obscuros

obscuros occurrere, qui dilucidantur, si illa, cui al- 41
tera respondet; legatur. Certè ὑγιαίνειν tametsi *bene valere* sonet, sumitur æquivocè, ut aliàs significet *bene valere corpore*: & aliàs *bene valere mente*. Et quia in Epistolâ quâdam legitur hæc Inscriptio, Βασιλεὺς Ἀγησίλαος Μενεκράτει ὑγιαίνειν. *Rex Agesilaus Menecrati bene valere*: quærunt Critici, quo sensu illa vox accipiatur? Ecce Rex prudentissimus salutem plurimam dicit: sed qualem? corporis-ne, an animæ? Porrò æquivocatio tollitur, & significatio indefinita restringitur, si discamus, ad cujus, & ad qualem Epistolam responderit Agesilaus. Erat Medicus Menecrates; & ab ægrotis, quos curabat, honorarij sive mercedis nomine extorquebat, quòd Ζεύς, *Iupiter* nominaretur, ob quam arrogantiam erat infensus plurimis, & ab omnibus irridebatur. Eò pervenit hominis superbi temeritas, ut scriberet Ἀγησιλάῳ Βασιλεῖ Μενεκράτης Ζεὺς χαίρειν. *Agesilao Regi Menecrates Iuppiter salvere.* Et quid erat quæso illud Μενεκράτης Ζεύς, *Menecrates Iuppiter* nisi morbi character? Dicendum erat illi, *Medice, cura te ipsum.* Ergo Rex, quando ipsi scripsit ὑγιαίνειν, ad ejus caput, & delirium respexit, ita ut ibi illud ὑγιαίνειν per Menecratis Epistolam & arrogantiam restrictum, sit *bene valere, prudenter sapere, & carere delirio.* Vide Ælianum, si velis.

Epistolæ responsoria verba per priorem restringuntur, & explicantur.

Quid sit ὑγιαίνειν?

Menecrates medicus de quo cum ægrotis pretio pacisceretur?

N. B. Agesilaus erat staturâ corporis brevi, & altero pede claudus fuit: at tantâ virtute præditus, modestissimè vixit, & generosissimè pugnavit. Ejus vitam in Plutarcho reperies.

Petis. *An sicut ex interrogatione interpretamur Responsionem, & contrà; sic etiam ex Petitione Concessionem, & contrà; & ex Hæreticorum verbis, quo sensu loquuti Patres & Concilia fuerint, & contrà; colligamus?* Respondeo per Petitionem, Concessionem, & contrà: & per Condemnationem Hæreticorum sententias, & contrà probabilissimè dilucidari, quia plerumque sibi mutuò respondent: quoniam, ut Regula XLV. Canonici Iuris nos monet; *Inspicimus in obscuris id, quod est verisimilius, vel quod plerumque fieri consuevit.* Interim, quia non probat semper esse, quod aliquando contingit abesse, hujusmodi argumentationes non semper sunt indubitatæ. Primò, quia non semper conceditur, quod petitur: sed interdum 42

De Petitione, & Concessione: nec non de Hæresi, & Condemnatione.

Ex his, quæ plerumque accidunt, licèt aliquando non accidant, Probabilis consequentia deducitur.

An ſemper concedatur: quod petitur?

dum aliquid aliud, quod commodiùs dari, vel recipi poteſt utiliùs. Secundò, quia Factum à Iure Concilia universa diſtinguunt. Et ut in ſpecie loquar, Tridentinum Concilium, quænam doctrinæ ſint hæreticæ, anathemate exploſo ſignificat: an verò illæ ipſæ Lutheri aut Calvini fuerint, non exponit: nam ad conſcientiæ noſtræ ſecuritatem noſſe, quænam ſit doctrina Orthodoxa, requiritur: utrùm autem negata ab hoc vel ab illo fuerit, conducit ad eruditionem, & ſine hac notitiâ poterimus ad Empyreum venire. Quæ omnia firmat clariſſimè Innocentij X. Conſtitutio, in quâ quinque Ianſenianæ Hæreſeos Propoſitiones condemnantur. Et in ipſis, ſi interroges; Quales illæ ſint? Conſtitutio reſpondet, ſingulas ſuâ cenſurâ inurendo. Si autem petieris, Cujus illæ ſint? ab hac quæſtione, quæ ſalutem æternam non concernit, & ſolùm ad eruditionem & hiſtoriam ſpectat, ſe ſubducit prudentiſſimus Pontifex: & tametſi illæ certiſſimè ſint Cornelij Ianſenij, & in ejus libro legantur, non ait ille Ianſenij eſſe aut non eſſe, ſed occaſione ſumptâ ex illo libro, fuiſſe examinatas, & illis cenſuris condemnatas.

Has, vel illas doctrinas eſſe falſas Concilia Orthodoxa definiunt; at illas huius aut illius Authoris eſſe non definiunt.

Innocẽtius X. propoſitiones quinque dãnat; at illas eſſe, aut non eſſe Cornelij Ianſenij non dicit.

43 Ipsa interdum per ὑπόκρισιν (*diſſimulationem*) reſtringitur interrogatio: cùm enim quis interrogat, quod maximè ſcit, aliquid interrogando innuit, quod vult maximè conſiderari. Hanc doctrinam dilucidat hiſtoria quam Eraſmus *lib. 6. apophth.* refert. Domitius Afer cauſam gravem agebat in Senatu, & partem illam tuebatur, quæ non niſi magno teſtium pondere dejici poſſet. Is autem, qui à diverſâ erat parte, inculcabat frequenter; *Celſina hoc dicit*, ſciebat probè Domitius Celſinam eſſe præpotentem in Vrbe fœminam, cui opum gratiâ plurimum tribueretur; & tamen ſimulans, ſe credere Celſinam virum eſſe, rogavit; *Qui eſt ille Celſina?* Quâ ingenioſâ interrogatione Viraginem à teſtimonio repulit; & arguit Adverſarij ignorantiam, qui neſciret fœminas, & præcipuè ubi res graves ventilantur, in teſtes non debere produci.

Quid Interrogatio ſignificet, ſi per ſimulationem reſtringatur?

An fœminæ teſtimoniũ perhibeant?

Legebas

Legebas sub *num.* 40. *a.* in ipsâ margine. *Interrogationi obscura non debetur Responsio, sed altera Interrogatio*, & interrogas, *An hæc doctrina sit universaliter vera? An detur, dari-ve possit casus, in quo, ad ea, quæ quis non intellexit possit respondere assertivè?* Respondeo, interrogationem bifariam posse considerari: nimirùm, nudam, vel affectam (restrictam) aliquâ circumstantiâ, si consideretur primo modo, semper erit vera doctrina, de quâ dubitas; si enim nescis, *Quid interrogem*: etiam, *Quid respondere possis*, nescies. Cæterùm, si consideretur secundo modo, talis poterit adjungi circumstantia, quæ omnem obscuritatem auferat, & claritatem manifestam inducat. Et, ut persuadeam, à moribus communibus argumentum deducam. A moribus, inquam, communibus: nàm Comœdiæ ad vulgi captum componuntur; & illud insolentia ratiocinia non capit. Producam ergo illam, cui titulus *La hija del Ayre*, ob quam Petrus Calderon fuit debitum consequutus applausum. In illius itaque part. 2. act. 2. pag. 155. a. introducuntur Semiramis & Frissus colloquentes,

44 *De Interrogatione obscurâ. An illi respondere possimus?*

N. B. Sanè præcepto obscuro, antequàm sciam quid importet, obedire nō possum: verùm, si talis sit Superior, ut judicem nullam rem malam præcepturum; me factu-rum, quod ipse præcipiat, potero policeri.

Semir. *Yo. Mas primero, que aquí*
Mi pecho os descubra ossado,
Dezidme vos, si arriesgado [a]
Tendreis valor para? Friss. *si.*
Semir. *Pues como de aqueste modo,*
Antes de oyr para que,
Me respondeis? Friss. *Porque sê,*
Que le tengo, para todo.
Semir. *Y daisme palabra hoy.*
Friss. *si señora.* Semir. *Antes de oir*
De que? Friss. *si: que esto es dezir,*
Que para todo os la doy.

45 a] Libri impressi habent *restado*. Sed quo sensu?

Fundamentalis lex.

Et non est solus Frissus, qui sic obtemperat? minime: sunt enim multi Aulici, qui cœcè obediunt. Est prima & fundamentalis Vitæ Communis Lex, Νόμοις πείθου. *Legibus pare.* Cui enim non est animus observandi omnes leges (præsentes, quia sunt; futuras, cùm sint; & igno-

Quid requiratur, ut aliquis sit membrum sanum Reipublicæ?

tas, cùm sciat) esse non potest membrum bene gubernatæ Reipublicæ. Sunto ergo aulici nobis Religiosis pudori, qui Superiorum leges, quas deberemus cœcis oculis exsequi, in examen vocamus. Mores nostros elimemus ad Veri Obedientis imaginem. Illam breviter expressit Propheta Rex, cùm dixit, *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Illam S. Paulus, cùm ait; *Domine, quid me vis facere?* Quid dicis Paule? Faciam. Sed quid facies, si nescis, quid tibi jubeatur? Antequam mihi jubeatur, dico, Faciam. Scio enim nîl mihi absonum jubendum esse: & habeo animum obediendi in omnibus, quæ mihi jubeantur. Et Apostolum imitabatur Augustinus quando cum summâ resignatione exclamabat, *Domine, da, quod jubes; & jube, quod vis.* Illam D. Bernardus *de pracept. & dispens.* paulò uberiùs. *Perfecta obedientia legem nescit, terminis non arctatur; nec contenta angustiis professionis largiori voluntate fertur in latitudinem Charitatis, & ad omne, quod iniungitur spontaneo vigore liberalis alacrisque animi modum non considerans, in infinitam libertatem extenditur,* &c. *Verus Obediens mandatum non procrastinat, sed statim parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi, & se totum intùs colligit, ut mandatum peragat imperantis,* &c. *Non attendit Verus Obediens, quale sit, quod pracipitur, hoc solo contentus, quia pracipitur.* Proderit legere Epictetum 7. ex quo *libr. 2. Manuduct. cap.* 17. Iustus Lipsius. [Semper magis volo, quæ Deus vult, quam quæ ego. Adiungar, & adhærebo illi, velut Minister & Assecla: cum illo appeto, cum illo desidero; & simpliciter, atque uno verbo, *Quod Deus vult volo.* O in cœlo nata (exclamat Lipsius) atque illinc profecta verba! O ego, Epictete, sic afficiar? Ausim, in Deum sublatis oculis dicere: *Vtere me in reliquum ubi lubet, & ut lubet: mente tecum consentio: aquanimus sum, nihil recuso omnium, qua tibi videbuntur. Quocumque me voles, ducito; quam vestem lubet, circumdato. Magistratum me gerere vis? privatum esse? manere? fugere? in paupertie? in opibus agere? Ego non assentior tantùm, sed in his omnibus apud alios te defendam*

Quæ sit Vera Obedientia?

An, & quibus terminis cōtineatur?

Resignatio Epicteti.

Iusti Lipsij paraphrasis.

fendam & tuebor.] Et iterum idem Auctor *ibi. lib. 3. dissertat.* 22. [Constitui & conformavi voluntatem meam Divinæ. Vult me febricitare ? & ego volo : aliquid aggredi ? volo : potiri ? volo : non potiri ? nolo [a] mori ? volo.]

a] Ego dixissem *volo*: & hîc ut puto, adlucinatur Lipsius.

NOTA I.

De Contractibus.

An in ipsis locum habeant Restrictiones Mentales ?

PActum est *duorum aut plurium de eâdem re conventio.* 46
Dixi *duorum aut plurium*, quia unus solus ad contractum ineundum non sufficit. [Iuristæ à Pollicitatione seu Promissione distinguunt, quòd unus sit, qui polliceatur aut promittat. Vlpianus *de Pollicit. leg. Pactum.* At Vlpianus, ut ut felici ingenio fuerit præditus, rem non tetigit : nam, vel agit de non-obligatoriâ vel de obligatoriâ Promissione. Si de primâ, duos errores committit : quoniam (1) etiam hæc duas, ut minimum, personas requirit : & (2) extra chorum tripudiat : non enim leges feruntur quæ non obligent. Si de secundâ ; opus est, ut fateatur, duorum vel plurium assensum, consensumque ad ejus valorem requiri : sic enim Promissio dividitur.

Quid pactû sit : & quomodo à pollicitatione distinguatur?

Promissio
- *Non-acceptata*
  - *negativè.*
  - *positivè*
- *Acceptata*
  - *non-reciproca*
  - *reciproca.*

Promissionis divisio.

Est autem Promissio, *de re dandâ aut faciendâ ad alicujus utilitatem affirmatio.* Ejus veritas in futuro consistit : & quæ ad perniciem est, non est vera Promissio. Vnde inter Morum Regulas num. 69. legitur ; *In male promissis fidem non expedit observari.* Et num. 58. *Non est obligatorium contra bonos mores præstitum juramentum.* Quam doctrinam,

Quid sit promissio?

An debeat esse de re bonâ?

quia ad Ius naturæ pertinet, *Philippic.* 8. Cicero contra Antonium adſumpſit, inquit enim; *Scelerum promiſſio, & iis, qui exſpectant, pernitioſa, & his, qui promittunt.* Promiſſio ſemel prolata, vel acceptatur, vel non acceptatur: & ideò in Acceptatam, & Non-acceptatam dividitur: & utraque debet ſubdividi. Quoniam Non-acceptata, dicitur negativè aut poſitivè: Non-acceptari Promiſſionem negativè contingit, quando Promiſſarius vel eam ignorat, vel ſe illam acceptare non dicit. Et non acceptari poſitivè, quando diſertis illam verbis ſe velle acceptare recuſat. Promiſſio Acceptata poſtulat, ut illam Promiſſarius acceptet, & poteſt hoc bifariam contingere; vel enim involvit gravamen, quod Promiſſarium oneret, vel non concernit. Si primum, erit ſimplex Promiſſio: ut ſi ego dicam; *Dabo tibi centum ducata,* & tu mihi reſpondeas; *Accepto.* Et ex huius Promiſſionis vi, ego ſolus tenebor: nam ego debebo illam tibi pecuniam conſignare, & tu ad nihil teneberis. Si ſecundùm, erit Reciproca Promiſſio: nam, ſi ego dixero; *Dabo tibi cras centum aureos pro equo:* Et tu reſpondeas, *Sum contentus:* Hujus ego Promiſſionis virtute tenebor cras tibi numerare illos aureos, & tu, poſtquam illos receperis, teneberis ad me mittere equum. Et quidem, tametſi ſint variæ de obligationibus, quæ ex Promiſſione ſuboriuntur, ſententiæ, plerique omnes affirmant, Acceptatam tantummodo obligare in conſcientiâ. Porrò, ſi dixero; *Polliceor tibi, me eſſe daturum Ioanni hanc domum.* Nihil Ioanni promiſi: &, ſi tu non acceptes, etſi Ioannes ſe acceptare proteſtetur, non teneor. Hæc omnia notare volui, ut videat Lector, adlucinatum fuiſſe Vlpianum, ubi duos ad Promiſſionem non eſſe neceſſarios aſſeruit.]

De acceptatâ & non acceptatâ promiſſione.

De eâ, quæ negativè, & de eâ, quæ poſitivè non acceptatur.

De acceptatâ ſimpliciter, & acceptatâ reciprocè.

Sola acceptata obligat in conſcientiâ.

De promiſſione, in quâ tres perſonæ intercedunt.

An contractus ſit lex?

Quidquid de Promiſſione ſit, duo vel plures ad paciſcendum requiruntur. Pactum enim vocatur Græcè συμβόλαιον, ſeu συνάλλαγμα, ut præpoſitio illa συν plures intervenire ſignificet. Cicero 2. *de Invent.* Sic definit. *Pactum eſt, quod inter aliquos convenit, ut jam ita juſtum putetur, ut jure*

jure præstari dicatur. Vnde in Iuris Canonici Regula 85. dicitur, *Contractus ex conventione legem accipere dignoscuntur.* 47

Vnde leges dicantur?

Leges à ligando dicuntur, quòd voluntatem, aliàs liberam, ligent & obligent. Et ideò Pacta etiam nominantur *contractus*, quod liberi arbitrij sphæram contrahant. Dixit *libr. de claris Oratorib.* Cicero. *Contracta & adstricta Eloquentia putanda est Dialectica.* Et illi consentiens inquam Ego. *Contracta & adstricta libertas putanda est illa, quæ legum imperio gubernatur.*

Cur dicatur contractus?

Discrimen Rhetorica & Dialectica.

Alexander Scotus. *Contractus est duorum vel plurium in idem consensus.* Nota vocem *consensus.* Ergo, si non consentiant Paciscentes, nullus erit contractus. Consensus ad animum, & non ad linguam spectat. Ergo, tametsi duo eodem modo loquantur, si diversimodè voces intelligant, non fiet contractus. Voces accipi debent in significatione communi: quæ à circumstantiis & fine desumitur; quæ privatâ alterutrius malitiâ aut dolo non potest restringi aut mutari. Fraudem in verbis, quæ contractum constituunt, omnia Iura exsecrantur, & *libr. 3. Offic.* exclamat Cicero, *Pacta & promissa semper servanda esse, quæ nec vi, nec dolo (ut Pratores solent dicere) facta sunt.*

An contractus iniri debeat inter plures?

An sine vi & dolo debeant contrahi?

Vltima Iuris Canonici Regula in 6. concipitur à Pontifice his verbis. *Certum est, quòd is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis* (Legislatoris) *nititur voluntatem.* Et ego *in Dialexi*, De non certitudine, *Artic. 2. in fin.* hanc eamdem Regulam in Contractibus locum habere jussi, & sic illam reposui. *Certum est, quod is committit in contractum, qui contractûs verba complectens, contra contrahentium nititur voluntatem.* Et, ut hanc doctrinam bene intelligas, unum aut alterum contractum proponamus. Attende.

Regula 88. Quo modo sint intelligenda & exponenda leges? quo contractus?

QVæ uberiùs de Persarum Regibus Schikhardus scripserat, Hottingerus *in sua Orientalis Historia lib. 1. c. 3. à pag. 161.* ad synopsim reduxit. Et quintum-decimum illius vastissimæ regionis Principem Phiruzium esse affir- 48

De historiâ antiquâ Regum Persica.

mat, & fratre occiso Iazdigerdio, patri suo, successisse. Constituit apud se Phiruzius, ut virtutis suæ specimen ederet, Arschschánvarum Haithalitharum Regem aggredi, & illâ regione potiri; quam ob rem lectâ & conscriptâ numerosâ militum multitudine animosè progreditur. Ingressus aridas & incultas eremos, majori militum parte siti & inediâ absumptâ pugnando impar, hostem reperit: & primo conflictu fusus, victus, captus, debuit de conditionibus opportunis pacisci. Salutem, veniam, & libertatem postulans, obtinuit hac videlicet lege, ut se contineret in Persiâ, & nunquam Haithaliam regionem bello affligeret; &, ne esset de terminis regnorum difficultas, lapidem erigunt, qui Persiam ab Haithaliâ distingueret. Phiruzius conditiones acceptat, & illas juramento confirmat. Reversus domum, gloriæ cupidus, ut ignominiam illam ulcisceretur, conscribit novum militem, ut majori prudentiâ & exercitu Haithalithas expugnet. Hinc proderit audire Patricidem Latinè loquentem [a], inquit enim: [Vbi negotium hoc suis Consiliariis proposuit, responderunt. Vtique fœdere ipsi junctus es (iuramento ei securitatem promisisti) & certè perjurij & perfidiæ pœnam metueremus, si ex nostro consensu hanc expeditionem inires. Illis Phiruzius. Ego pactus sum cum eo (Arschschánvaro) quòd lapidem non sim transiturus. Vehi igitur curabo ante me lapidem: nec unquam illum à tergo dimittam. At illi succlamabant. Pactum non juxta tuam explicationem debet intelligi, sed ut apparet (iuxta simplicem & literalem sensum) Non est juramentum de lapide; sed (de loco lapidis? nam) fœdera explicanda sunt, prout vulgò ea homines intelligunt.] Noluit adquiescere huic sano consilio Phiruzius; sed superbè audax eremos illas superat iterato discrimine: & exspectatus, nam præcesserat fama, se sistit amico perfidus & perjurus. [Congressi autem Reges isti, ibi dimicant; mox Phiruzius cum suis cæditur, in fugam convertitur, meritasque perjurij pœnas luit.]

Ottingerus *pag.* 182. ponit in margine; *Nota æquivocationem.*

Phiruzius quintus decimus Persarum Rex. Haithaliā regionem invadit: cæditur, vincitur, capitur, & pace stabilitâ dimittitur.

Fœdus firmatum juramento violat.

a] Qui eius Arabica verba desideret, illa apud Ottingerum *pag.* 182. inveniet.

Quo sensu accipi debeant verba, quæ in contractu ponuntur?

Phiruzius iterum cæditur & vincitur.

tionem Iesuiticam, ipsis Persis exosam. Et in corpore ait. *Major certè Persarum istorum fuit fides, candor, & integritas, quàm eorum, qui juramenta sua, non ex intentione partium, sed mentali quâdam reservatione metiuntur. Sed surdo narrabant fabulam*, &c. An-ne cogar impresentiarùm Mentales Restrictiones tueri, ut PP. Iesuitas eripiam ab Invidiâ Ottingeri? Meâ illi adsistentiâ non indigent: nam calumniæ suo pondere corruunt; & quò graviores, citiùs. Dico ergo (1) Restrictiones Mentales nullo modo restrictas non admitti à Iesuitis: & licèt multos legerim, assero me ne unum quidem vidisse, ex quo colligere Ottingerus possit, secundam Phiruzij expeditionem excusari à perjurio. Iesuitis ergo imponit homo Hæreticus, quod nunquam apud illos reperiet. Dico (2) Mentales Restrictiones ad tales vel tales circumstantias restrictas passim admitti hodie in Scholis, nec debere Iesuitas singularitatis accusari, ob doctrinam, quæ est Doctoribus multarum Religionum communis. Dico (3) in restrictis hujusmodi Restrictionibus, (sed hoc jam sum sub ipsum initium protestatus) debere duo considerari, quid dicantur præstare, &, quid præstent? Porrò dicuntur, positiones æquivocas & latè patentes restringere: & tunc illæ ipsæ positiones restringi certum est, tametsi non ab ipsis, sed à circunstantiis consignificantibus restringantur. Quam ob rem mentales Restrictiones nîl præstant. Vide *num.* 53.

An soli Patres Iesuitæ tueantur Restrictiones Mentales?

49

An ipsi admittant non restrictas?

An aliorum etiam Ordinum Theologi admittant Restrictiones restrictas?

Venio ad rem: & Phiruzium Sacramentum violasse, & fuisse perjurum affirmo: & ut demonstrem, sic discurro. Ejus verba, quæ fuerunt juramento firmata, sunto hæc. *Lapidem N. non transibo.* Et quia Elmacinus *pagin.* 255. dicit; *Eos* (Regem Persiæ, & Regem Haithaliæ) *posuisse lapidem duo illa regna discriminantem*, assero lapidem sumi posse bifariam, materialiter, & formaliter: quoniam materialiter sumptus, suam dicit entitatem & quocumque ponatur, erit idem: sumptus verò formaliter, præter suam entitatem includit locum, qui est forma characterica, quæ illum in esse lapidis terminalis constituit.

An fuerit perjurus Rex Persiæ?

Lapis bifariam sumitur: nempe, materialiter, & formaliter.

An & unde ſumi debeat reſtrictio?

conſtituit. Et hoc ſenſu eſt immobilis, non enim erit duorum regnorum terminus, ſi transferatur aliò. Lapides iſti terminales fuerunt *Termini* dicti: & ut permanerent immoti, non niſi immanes ponebantur. Apud Virgilium *Æneid.* 12. Turnus,

Nec plura affatus, ſaxum circumſpicit ingens,
Saxum antiquum ingens, campo qui forte jacebat,
Limes agro poſitus, litem ut diſcerneret arvis,
Vix illud lecti bis ſex cervice ſubirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus, &c.

Et quia pax eſt donum ſummi Dei, & hi Lapides continebant in pace homines, fuerunt Divino honore culti, & unus confictus Deus, qui vocaretur *Terminus*, qui in ſingulis limitum ſaxis divinitùs repeteretur. Grandia profectò templa erexerunt huic Numini. Et quoniam limites in loco aperto & libero debent conſtitui: & ſicut ſub initium poni, ſic etiam bona fide ſervari. Hanc ob rem carebant tecto templa Termini [Livius 1. ab Vrb. Cùm omnium ſacellorum exaugurationem aves admitterent, in Termini fano non addixêre.] Et Nùma Termino & Fidei unum templum erexit [Plutarchus in Numâ] prudenter innuens fruſtra conſtitui & conſervari Terminos, ſi in illorum fixione bona fides deficiat, aut dolus in eorum conſervatione ſubrepat. Hac doctrinâ præventi ad ſaxum Perſiam ab Haithalia ſecernens oculos convertamus. Profectò lapis N. tametſi bifariam aliàs accipi poſſet, habet reſtrictam & determinatam ſignificationem in illo contractu. Nam Haitalithæ retinebant captivum Regem Perſiæ; &, ne bello altero affligerentur, ei vendiderunt libertatem; & pretium fuit, lapidem terminalem non tranſire, hoc eſt, in Haithaliam non ingredi.

Quo modo explicanda ſint fœdera?

50 Ergo bene intelligebant pactum Perſæ, cùm ſuo Regi inſultabant dicentes; *Non eſt juramentum de lapide, ſed* (de loco lapidis: nam) *fœdera explicanda ſunt, prout vulgò ea homines intelligunt.* Conſonat Perſis Baldus aſſerens, omnem intellectum (vocum expoſitionem) qui non conſonat auribus vulgi, impertinentem eſſe; *De pace Conſtant.*

In legum, teſtamentorum & omnium contractuum expoſitione ſumenda

Constant. in vers. promitt. Semper & meritò laudatur claritas. *in Authent. de testam. imperf.* & contra improbatur obscuritas *leg. si legatario, §. fin. D. de fideicomm. libert.* Et hic est modus interpretandi leges, quoniam earum verba ad vulgi mentem debent, & non ad subtilitates Metaphysicorum exponi, *leg. certi conditio. §. si conditio*, & *leg. certè. in fin. de prec.* Et firmat hæc omnia Imperator *leg. 1. §. nulla, de vet. iur. enuc.* eas leges esse firmissimas asserens, quæ quotidiano usu roborantur. Iac. Spieg. *in Lexic. Iurid.* nullæ autem in viridi observantiâ esse poterunt, nisi quæ ab omnibus intelliguntur: nec intelligi ab universis poterunt, nisi quarum verba juxta vulgi Vocabularium accipiantur. *verba sunt secundum communem significationem.*

ADdam aliud perfidiæ exemplum, ut meliùs cognoscatur, unde in contractibus debeat sumi Restrictio. Apud Plutarchum *in Laconic.* hanc historiam interlego. Cleomenes Argivos bello difficili & molesto premebat; sed quia agens in agendo repatitur, eius etiam premebatur, & multarum rerum inopiâ laborabat exercitus. Ergo, ut utrique, assiduo labore fracti, tantisper quiescerent, septem dierum pepegerunt inducias. Cùm autem tertiâ nocte Argivos ab omni suspicione liberos somno esse sepultos didicisset, inexspectatus eos invasit, & plerosque interemit. Et quia pauci illi, qui fuerant prælapsi, exprobrabant Cleomeni violatam jurisjurandi fidem, illorum ipse verba ἀργεῖαν φωρὰν, *Argivam calumniam* abusus adagio, vocitabat; & eorumdem lachrymas ridebat dicens, *De diebus quidem pactus sum, sed noctes jurijurando non sunt additæ.* Sed nihil fuit à perfidiâ lucratus: quoniam civitatem, quam obsidebat, & propter quam crimen perjurij admisit, non obtinuit: mulieres enim tanto perfidiæ scelere concitatæ, & ob maritos, filios, fratresque proditoriè interemptos in rabiem actæ, subripuerunt è templis Deorum arma, & eis instructæ, ut tigrides prodiere in campum, & Cleomenis deleverunt exercitum. Ipse tandem à mulieribus cum dedecore victus, nolens hanc ignominiam ferre, sibi mortem conscivit.

Milites, ubi maximè premunt, premuntur.

Initæ inter Cleomenem & Argivos induciæ.

Cleomenes inducias nō servat. An potuerit mentali restrictione excusari?

51 Recognosco hanc historiam; & quia duo habent nomina Græci, quibus *diem* significent: nempe, ἡμέρα, & ἡμερονύκτιον, quorum illud *diem ut sic*, posterius, *tempus ex die & nocte compositum* indicat; inducias illas non fuisse διὰ ἑπτὰ ἡμερονύκτια colligo: quoniam, si sub his verbis fuissent pactæ, non haberet unde cavillaretur Cleomenes. Ergo fuerunt induciæ διὰ ἑπτὰ ἡμέρας.

ἡμέρα, & ἡμερονύκτιον signant diē: quomodo differant inter se?

Vox Græca ἡμέρα, sicut Latina *dies*, bifariam sumitur, civiliter & artificialiter: civiliter sumpta complectitur 24. horas, quæ apud Romanos à mediâ nocte in mediam noctem numerantur; & antequam fuissent horæ receptæ, diei partes inæquales erant, & propriis distinctæ nominibus, ut Macrobius *libr.* 1. *cap.* 3. exponit. Sanè nomina τὸ διήμερον, τριήμερον, τετραήμερον, πεντήμερον, ἑξήμερον, ἑπταήμερον, &c. *biduum triduum, quatriduum, quinquiduum, sexiduum, septiduum*, &c. sumi debent civiliter: nam, si hodie tibi solvere debeam mille aureos, & postulem, ut διὰ τριήμερον, *per triduum* exspectes, & adquiescas: nemo dicet solvendi obligationem per diem cessare, & per noctem redire. Vox eadem ἡμέρα, *dies*, si artificialiter sumatur, tempus significat, quod ab ortu solis ad occasum decurrit: & hoc tempus *dies artificialis* dicitur, toto enim illo artifices exercent suas artes. Et hoc sensu dies differt à nocte. Plautus Men. scen. 1. act. 2. *Ea si memorem, nox diem adimat.* Et in Capt. scen. 3. act. 2. *Neque die decet memorari, neque nocte nocerier.* Et in Asin. scen. 1. act. 4. *Hunc annum totum, dies, noctesque bibit.* Et Virgilius Æneid. 6. *Noctes atque dies patet atri janua Ditis.* Scio Davidem Origanum, Nomenclatores reprehendere; &, quia non Ars, sed Natura diem à nocte distinxit, jubere illum *naturalem*, & non *artificialem* vocari: scio etiam aliquos Origani opinioni subscribere; lego enim in Passeratij Calepino, *est & dies naturalis ab ortu ad occasum solis.* At similiter scio esse *loquendum cum multis*, at non licere singulis receptas; præscriptásque vocum acceptiones alterare.

De diebus civilibus, & artificialibus.

Ante horarum inventionem in partes dies aliter dividebatur.

Cur tempus, quo sol supra horizontem excurrit, vocetur Dies artificialis?

Semper accipere debemus voces in significatione, quâ cæteri.

Modò superest examinare an vox ἡμέρα, *dies*, in illo induciarum

duciarum contractu sumatur genericè, prout ab artificiali & civili præscinditur, an verò ad alteram significationem restringatur?

52

Cleomenes mentalium restrictionũ ope se à perfidia & perjurij nota emaculare conatur.

Profectò Cleomenes, ut se à perfidiæ, & perjurij notâ emaculet, discurrit sic. Induciæ initæ sunt ἐς ἑπτὰ ἡμέρας, *per septem dies*. Vox ἡμέρα, *dies*, est æquivoca, & duas habet significationes; & unicuique liberum est, eam ad alterutram contrahere & restringere. Ergo ego ita illam mente determino, ita mente restringo, ut illo nomine tempus, quo Sol supra nostrum horizontem excurrit, intelligere velim: & nolim illud, quo inferiùs labitur, & *noctem* communiter dicimus. AT CONTRà Argivi, vocem illam æquivocam, inclamant, non per mentem aut voluntatem, quæ latent homines, sed per consignificantes circumstantias, notas universis, restringi. Fœdera (quod & scitè monebant Persæ) esse explicanda, prout vulgò ea homines intelligunt. Concludunt vocem ἡμέρα, *dies*, per circumstantias adjacentes restrictam, esse ἡμερονύκτιον, *tempus quod dies & nox simul sumpta componunt*. Sic ratiocinabantur Argivi, quos sanè intellexisse illud nomen restrictum esse ad civilem significationem, patet clarè; nam aliàs non dormivissent in utramque aurem, nec vitas suas induciarum fidei credidissent. Addo illos bene intellexisse, & eodem sensu Cleomenem, & eius milites sub initium vocem usurpavisse: & hoc persuadeo. Quoniam induciæ, ut utriusque partis milites, qui erant labore improbo fracti, quiescerent, & vires resumerent, concedebantur: at quieti & somno propriè nox indulgetur, unde Virgilius 1. *Georgic.* somnum pro nocte accepit, dicens.

Argivi mentales restrictiones reiiciunt, & recurrunt ad consignificantes circumstãtias.

Quo sensu vocẽ Cleomenes sub initium acceperit?

Libra dies [a] *somnique pares ubi fecerit horas.*

Ergo in induciis inclusæ fuerunt noctes. Ergo & illæ in juramenti sunt objecto. Ergo Cleomenes fuit perjurus.

a] Dies habet in Genit. *dies, diei, die, & dij*. Cicero pro Sexto, *Non daturos illius dies pœnas.*

Responsio ab Interrogatione restringitur, & à Petitione Concessio.

Accedit, quòd Argivi inducias à Cleomene petierint? ergo sicut ab Interrogatione Responsio, sic à Petitione Concessio est restringenda. Ergo, cùm extra dubium

sit, in Petitione suâ Argivos dierum nomine ἡμερονύκτια, utrumque tempus, diurnum nocturnumque intellexisse: debebit etiam extra dubij aleam poni Cleomenem eodem sensu vocem vsurpavisse. Ergo violavit posteà fidem, perpetravit perjurium, & perfidè omnia illa homicidia commisit, nec ullâ poterit Mentali Restrictione excusari.

Sennacherib Assyriæ Rex Palæstinam invadit.

53 EX dictis PATET PRIMO Sennacheribum fuisse apertè perjurum: nam cùm immensis copiis armatus Lachiniâ & Libnamiâ expugnatis, & totâ Palæstinâ perterritâ triumphantia arma contra Hierosolymas duceret, Ezechiæ Regis Oratores admisit, & ab illis didicit, velle Judaicum populum imperata præstare, & tributa persolvere. Iubet Chaldæus trecenta argenti & triginta auri talenta sibi dari, & jurejurando se discessurum pollicetur.

Receptis 30. auri, & 300. argenti discedit.

[*Et liceat hîc mihi parenthesim hanc interserere, & inquirere.* Quantum petierit Barbarus, talenta Hebræa ad nostram monetam reducendo? *Amussis Ferdinandæa* Propos. XCV. *asserit*, unum Talentum, 12,500. Regalibus simplicibus Hispanicis æquipollere. *Philippæum Belgicum, vel Ducatum Romanum continet* 10. *Regales. Ergo* 30. *Talenta erunt* 375,000. *Reg. aut* 37,500. *Phil. seu Duc. Et, si* 300. *Talenta argentea non multum differre ab aureis* 30. *dicantur, summa hac* 70,000. *Ducata vix excedet. Quod, tametsi hoc ævo non sit nimium, illo tempore erat onus gravissimum, & fortè etiam intolerabile.*]

Quanta fuerit hæc summa ad nostrã monetam redacta?

Tres Duces contra Hebræos mittit Sennacheribus.

Ezechias Iuramenti Sacramento confidens, exhaustis templi, & civium corrasis thesauris, pacem emit; & mittit postulatam pecuniam. Acceptâ eâ Sennacheribus exercitum suum in Ægyptum direxit: & tres inde militiæ Principes; nempe Thartanem, Rabsarinum, & insolentissimum Rabsacen contra Ezechiam immisit. Et quid dicemus de perjurio? se fidem servasse inquit Sennacheribus; nam ipse discessit, ut promiserat; se non esse missurum alios exercituum Duces non promiserat: Nec

Nec patietur ex Iuris Regula LXXII. *Qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per se ipsum:* argumentum deduci: quoniam humani actus à posterioribus legibus non recipiunt censuram: & cùm, asserente Ricciolo, anno ante Christum 717. Sennacheribus fuerit: & anno Christi 1303. vixerit Bonifacius, qui has Iuris Regulas dicitur invenisse, aut si mavis, collegisse, stat Regis Assyrij actiones ad legem, quæ post annum bis-millesimum erat Romæ ferenda, nullo modo judicari debere. Præthereà, hæc verba, *Discedam*, duos habent sensus: videlicet *Discedam, & non revertar:* & *Discedam, & posteà revertar.* Et illa, *Discedam, & non revertar:* potest intelligi *realiter*, & *civiliter*: nempe, *realiter*; ita ut ipsemet non revertar; atque *civiliter*, ita ut nec ipsemet redire, nec alios meo nomine legare possim. Et quid, si Sennacheribus ad Mentales Restrictiones recurrens, se Iuramentum realiter intelligere asserat; nec sua interesse, si à Iudæis civiliter intelligatur. Quam ob rem, addet, se Duces suos mittendo, in Palæstinam non venisse, adeoque nec promissionem violasse. *Si dicas*, Sennacheribum etiam in personâ rediisse, exercitumque, quo Ægyptiacam expeditionem exornaverat, ut Hierosolymam strictiùs premeret, in Palæstinam reduxisse; duo volet Sennacheribus respondere: alterum, se discessurum, non autem se non reversurum promisisse: & ideò fidem præstitam redeundo non violare: alterum, se quidem non ultrò, sed invitum rediisse; nec enim aliter poterat facere: arma enim contra Ægyptios susceperat; & ibi perstitisset, si ad votum expeditio accidisset: At mutavit Fortuna faciem, & qui triumphabundus fuerat in Ægyptum ingressus, triumpharetur ab hostibus, ni mutato consilio, sibi prospiceret, & ad exercitum, qui obsidebat Hierosolymas, reverteretur. Nam Taraches, Æthiopum Rex, cum numeroso exercitu, venerat, ut contra Sennacheribum Ægyptios propugnaret.

An fuerit perfidus?

Senn. 717. Bon. 1303. summ. 2020.

Humani actus à legibus futuris moralitatem non recipiunt.

Verba Sennacheribi varias habere possunt interpretationes.

An ad unã determinari possint per meram Restrictionem Mentalem?

Ægyptios aggreditur Sennacheribus: sed à Rege Æthiopiæ repellitur.

Sunt verba: & insufficientia, ut Assyriorum Regem à crimine perjurij emaculent. Frustrà enim Sennacheribus

Quo sensu & modo intelligenda

ribus à Mentalibus Restrictionibus subsidium postulat: verba enim, si plures habeant significationes, intelligenda sunt sensu vulgari & plebeis hominibus accommodato, ut nos monebat Baldus: &, quæ per extrinsecas & omnibus notas circumstantias restringuntur, non possunt per puræ mentis conceptus subire restrictionem contrariam. Vel attende. Tributum hosti, & numeratæ pecuniæ summam vim pendit Rex Ezechias, ut populus in pace vivat, & insolentiam militum non patiatur. Obtineret-ne hanc, si Assyrius hodie discederet, & cras reverteretur? Obtineret, si ipse discederet, & exercitum relinqueret, quem suo alij Duces nomine gubernarent? minimè. Ergo hæc verba, *Me discessurum polliceor*, etsi latè pateant, & variis possint modis intelligi, per circumstantias adjacentes restricta, æquivalebunt his, *Me discessurum, & mecum totum exercitum educturum; nec reversurum, nec alios meo nomine legaturum, qui Iudæis sint molestia, polliceor: & hanc fidem servabo, quamdiu illi tributa promissa persolvant.*

sint contractuum verba?

Restrictiones à consignificantibus circumstantiis provenientes.

Iuramenti à Sennacheribo præstiti interpretatio.

Qui hodie coram nobis ob admissum perjurium vapulat, damnatus olim coram Deo dedit pœnas: nam Dei Angelus Chaldæorum militum 185,000. occisis, Hierosolymam tutatus est. Putavit perfidus se à Deo suo Nisroch punitum fuisse: &, ut sibi propitium illum redderet, duos filios suos Adramelechum & Sarasserem immolari præcepit: at illi moniti, patrem suum occiderunt, & confugerunt ad Armenios, vt 2. *Reg.* 19.36. Sacra Historia testatur.

Angelus Domini milites Assyrios occidit.

54 Hujus memorabilis cladis *libr.* 2. meminit Herodotus: sed locum, & effectricem causam mutat. Sethonem, ait, Ægypti Regem, & Vulcani Sacerdotem, à Deo suo impetrasse, ut innumerabiles murium copiæ unâ nocte per castra Chaldæorum se effunderent, qui sagittarum pennas, arcuum chordas, ligulas scutorum, & habenas equorum corroserint: ita ut postridie Ægyptij cùm hostes invenirent inermes, plerosque omnes occiderint, cæterosque fugaverint. [Et, quod magis mireris, Iosephus

Hujus cladis, sed mutatis, quod solent, aliquibus circumstãtiis, Gẽtiles meminerunt.

Quomodo sint intelli-

phus *lib.*10. *Antiquitat. cap.*2. peste illos consumptos fuisse asserit: nomine *Angeli* pestem intelligens: sed verba Sacræ Paginæ debent accipi in communi significatione, ubi necessitas non cogit nos ut ad sensum virtualem, metaphoricum-ve recurramus.] Addit Herodotus hujus Regis statuam in Vulcani templo manu murem tenere, & hac inscriptione exornari. *genda Sacra Scriptura verba?* *Statua Sennacherib in Vulcani tēplo, qualis, & cur erecta?*

Εἰς ἐμὲ ὁρῶν, εὐσεβὴς ἔστω.

Intuens in me aliquis, discat esse pius.

Quæ omnia juvabunt Ioanem Baptistam Gramaye, qui *in Historia sua Asiatica pag.* 296. scribit; *Nescio, quare in Ægypto statua murem tenens Sacra sit.*

PATET SECVNDÒ Periclem non posse à perjurio & perfidiâ excusari: sub fidem enim suam susceperat hostes, qui deposuissent ferrum: & tamen posteà, tametsi tradidissent arma, quotquot in sagulis ferreas fibulas haberent, occidi jussit. Frontinus *lib.*4. *cap.*7. Perfidus fuit: nam tametsi non solùm gladij, clypei, & arcus, sed etiam fibulæ sint ex ferro; vox *ferrum* per circumstantiam belli ad dialectum militarem restringitur, & nodos, fibulas, aut cingulorum ornamenta (Hisp. *botones, cabos de agujetas, o yerros de pretinas*) non significat: sed ferra bellica: nimirùm, offensiva, ut gladios, arcus, &c. aut etiam fortè defensiva, ut clypeos, galeas, &c. Ergo, cùm hosti *deponere ferrum* præcipitur, non de fibularum ferris, sed de armis agitur. 55 *Pericles est etiam perjurus. Quid Ferrū significet?*

56

PATET TERTIÒ (ut ad Romanos orationem convertam) posse Neronem inter perfidos choragum agere. Christianus Mathias *in Theatr. hist. pag.* 505.*b.* [Senecam Præceptorem, ut aut mortem sibi ipsi consciscerct, aut mortis genus mandatum subiret, jussit, quamvis sæpe jurasset, periturum se potiùs, quàm [a] nociturum.] Seneca, cùm sibi optio daretur, esse αὐτόχειρ, & suaviter emori maluit, quàm à sævo sicario trucidari crudeliter; & ideò ann. Christ. 66. die 30. April. venas *De Neronis perfidiâ.* a] *Nociturum* Plautus in Milit. *Iurate non nociturum esse hominē de hac re neminem.* *Seneca jubente Nerone se occidit*

in

in brachiis & pedibus aperuit: cicutam bibit: &, ut liberiùs copiosiusque sanguis deflueret, balneum inivit. Tacitus *libr.* 15. §. 54. Multæ occurrerunt causæ, ob quas Senecæ mors erat Neroni utilis: at inter cæteras videbatur præcipua, Senecam immensos thesauros congessisse, quibus potiri honesto colore non posset, nisi ille condemnaretur. Sed cur non per sicarios Senecam, ut alios multos, trucidavit: sed jussit, ut ipse sibi mortem consciscerer? Vt observaret juramentum (dicet aliquis, qui fortè volet hominis pessimi in causâ desperatâ patrocinium suscipere) quoniam in juratâ hac promissione; *Ego nullum tibi inferam nocumentum*, triplex est sensus: vel enim nocumentum, quod ab alio, vel, quod à se ipso proveniat, vel utrumque cavetur. Et per Mentalem Restrictionem Nero verba ad sensum primum determinavit. Ergo in Iuramento illo non includitur αὐτοχειρία: & ideò quem non poterat suâ, non aliorum occidere, jubere poterat, ut esset αὐτόχειρ, & manu propriâ occideretur. At hoc non est excusare Neronem, sed verbis tantummodò obludere: nam cogere aliquem, ut se occidat, est nocere, est crudeliùs occidere: & verba in contractibus & promissionibus sunt in sensu communi usurpanda.

Illum magna divitiæ perdiderũt.

Cur nõ fuerit per sicarios occisus?

An per[redacted]*tales* [redacted] *ero poss*[redacted]*perjurio excusari?*

PATET QVARTÒ, tam fuisse exsecrabilem Antonini Caracallæ perfidiam, quam Herodianus narrat, ut nullâ possit Mentali Restrictione expiari. Parthis enim, ut celebrarent Principis nuptias inducias concessit, & posteà violatâ fide inermes, & nîl tale exspectantes aggressus, fudit & maximâ ex parte interêmit. Sed quid vir impius ex sacrilegio obtinuit? Vt Parthorum adversus Romanos odia crescerent; ut bellum, quod de regione erat, pro Religione contra ἱεροσύλους susciperetur. Recollegerunt enim Parthi vires, & tam generosè in Caracallam irruerunt, ut captivis & spoliis recuperatis illum ad iniquas pacis conditiones adegerint.

De perjurio Imperatoris Caracallæ.

Periurij fructus.

a] Hebræa nomina suscipiunt Arabes alteratis vocalibus, nam pro *Salomon*, dicunt *Soliman*, & *Habraym* pro *Abraham*, &c.

PATET

PAdet Quinto Solimannum [a] Saracenorum Imperatorem perfidiâ exsecrabili dedecorari: quam nullæ Mentales Restrictiones delere queant. Erat ipsi inter Aulicos Habraymus [a] charissimus ; quia, licèt ignobili Epiri pago natus fuerat, singulari prudentiâ & virtute per omnes militiæ gradus adscendens, tandem ad Vesiriatum (nomen est Ministerij supremi) adsumptus est. Illum honoribus & opibus supra modum augebat Solimannus; & Habraymus, nam erat prudentissimus, suspectam habebat hanc fortunam, Senecam enim, & alios innumeros perdiderunt divitiæ, & ideò confidenter monebat Solimannum, ne tam prodigâ manu thesauros, ut se decoraret, profunderet: posset enim contingere, ut Invidia his iisdem favoribus irritata succresceret, & ita perturbaret Proceres, ut ipsemet Solimannus, ne odia illorum incurreret, cogeretur, se è summo dignitatis fastigio præcipitem dare, & occidere. Amabat illum Imperator; &, ut securum redderet, ait, *Vive feliciter: nam tibi vivo nunquam me vitam erepturum per Deum polliceor*. Et sic Habraymus quievit, & timère præcipitium cessavit. At, quia mundana omnia sunt caduca, & Principum gratiæ mortales, fidelem Imperator Ministrum odisse incipit, & de eius excidio cogitare. Trucidari jussisset, at eum morabatur emissi juramenti religio, in quam non volebat peccare. At Talismanes, Sacerdos, & Divini Iuris Interpres, quia erat multis Doctoribus Christianis similis, Theologiam profitebatur ceream, quam voluntati & utilitati Principis attemperaret. Hic monet, ad apices debere juramenta observari, non enim potest Deus illudi: at esse bene considerandos ipsos apices juramenti prolati. Illa verba *tibi vivo* fuisse prudentissimè posita: nam dormientes non vivunt: & hanc ob rem, sicut esset perjurus Imperator, si Habraymum vigilantem occideret; sic læsæ Religionis & Fidei accusari non posset, si dormientem juberet trucidari. Consilium sibi gratum, ab eo datum à quo debebat vera discere, libenter Solimannus amplectitur.

De perfidiâ & perjurio Solimanni.

Habraymus qualis?

Ditatur ab Imperatore.

Obtinet vitæ securitatem juramento firmatam.

Ex gratiâ Imperatoris excidit, & jubetur occidi.

Multi, etiā Christiani, habent Theologiam ceream.

An dormientes sint vivi?

Et sic, [quia nullus aderat Diogenes, qui versum illum Homeri succineret,

> Εγείρεο, Μή τίς σοι εὕδοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ.
>
> *Surge; ne quis, dum dormis, à tergo infixerit hastam.*

Laërt. *lib.* 6.]

Miser Habraymus dormiens invasus & occisus, somnum cum morte commutavit. Paulus Iovius *Hist. lib. 33. pag.* 267.

Dormientē vigilem occidit Epaminondas.

57 Sed quid dixisti, & consuluisti Talismane? An-ne, qui dormiunt, extra album viventium numerantur? Asseris: & te non decepisse Imperatorem asseveras: & probas Primò, quoniam Epaminondas prudentissimus & fortissimus Dux, vigilem, quem dormientem invenerat, gladio transfixit: & obiicientibus, nimiam fuisse severitatem, ait, *Talem eum reliqui, qualem inveni.* Sensit ergo Imperator bellicosissimus hominem somno oppressum ac mortuum in eâdem esse sorte ac conditione. Bruson. *lib. 6. cap.* 8. Probas Secundò, quoniam Aristoteles *lib. 19. de Animal.* ubi Philosophicè omnia pertractat, ait. *Somnus videtur esse medium inter vivere & non vivere.* At medium non est principium: Ergo nec somnus vita. Cùm ergo Habraymus dormiens occisus fuerit: non est dicendus, cùm vulnerabatur, fuisse vivus. Et probas Tertiò, quia etiam Iuniores eodem modo discurrunt; Quoniam Calderon, Poëta celeber, in Comœdiâ quæ inscribitur, *Ni Amor se libra de Amor.* act. 1. fol. 173. col. 3. introducit Cupidinem, qui Sichida pulcherrimam Virginem invênit dormientem, & ait.

An inter vivere & non vivere mediū dormire sit?

An Somnus sit nomen æquivocum inter mortem & vitam?

> *Y puesto que alli dormida*
> *La equivocacion advierte,*
> *De si està viva la muerte,*
> *O si està muerta la vida.*

Ecce in somno vitæ & mortis contingit hómonymia. Ergo, si dormiens nec est vivus nec mortus, erit vera hæc positio, *non est vivus.*

Somnus mortis frater & imago est, non autē mors.

Audivi Talismane, audivi: & tibi cum Christiano Matthiâ *in Theatr. Hist. pag.* 54. *b.* respondeo. *Hoc sanè esse promissis & iuramentis ludere, non secus ac pueri astragalis solent.*

solent. Sanè somnum mortis esse fratrem, & morti similem, multi Authores, & Poëtæ præcipuè decantarunt: at dormientes non vivere falsum est, nec aliter quàm in sensu virtuali & metaphorico potest concedi. Et ipsamet juramenti verba jubeo considerari. *Tibi vivo*, inquit Imperator, *nunquam me vitam erepturum polliceor.* Et cur ponitur illud, *tibi vivo*? An-ne occiduntur mortui? Ergo cautè & non sine fraude illa vox interseritur. Et quid te non esse erepturum promittis, vitam. Ergo Habraymus, quando in lecto suo dormiebat; videlicet, antè quàm ab eo vitam eriperes, habebat vitam; non enim posses eripere, quam non haberet. Ergo erat vivus: nam habere vitam, est vivere: & dicere contrarium est nugari.

Selimannus non potest excusari à perjurio.

58

Nec contra sunt Epaminondas, Aristoteles aut Calderon: ille (Epaminondas) sumpsit vocem *mortuus* virtualiter: & quidem *Vigil* dicitur, quia vigilare debet: &, si non vigilat, non solùm ita se habet, ac esset mortuus; sed etiam ita, ac si in rerum naturâ non esset. Sunt in Politica & Militia res plurimæ, quæ *mortua* ab Hispanis dicuntur, in quibus non forma, sed usus deficiat. Quoniam *Dinero muerto* dicitur pecunia, quæ non fructificat. *Guerra viva*, *Guerra muerta*, bellum actuale, & non actuale. *Plaza muerta* est militis, qui non habet obligationem serviendi. *Capitan vivo*, Centurio, qui actu militat: & ipsi opponitur, *Capitan reformado*, Centurio, qui nomen retinet, & tamen obligationem militandi non habet. [Et cur hìc non addam paucas lineas, quæ inter Catholicos & Calvinistas differentiam aperiant. Ecclesia hìc in mundo dicitur *Militans*, quia *militia est vita hominis super terram.* Et in ipsa baptismi jure numerantur Catholici & Hæretici: nam utrique sunt milites, fideles illi, isti rebelles; quia, ut Hispanus loquitur, *son soldados amotinados.* Inter Christianos milites alij sunt vivi, & alij Reformati: & hoc sibi Calvinistæ nomen adrogant. Et quid in militiâ Politicâ est Officialis reformatus? Qui non est Officialis vivus: qui nomen tantùm

Vox mortuus virtualiter sumpta, quid significet?

Cur Vigil dicatur?

Dinero muerto.

Guerra viva.

Guerra muerta.

Capitan vivo.

Capitan reformado.

Ecclesia Militans.

In eâ sunt milites, rebelles Hæretici.

Soldados amotinados.

Officialis reformatus, qualis sit?

 retinet,

retinet, & in re non est è numero Officialium. Erit igitur Christianus reformatus in militiâ Ecclesiasticâ, qui non est Christianus vivus, qui nomen Christiani tantùm retinet, & in re ad numerum Christianorum non pertinet.]

Christianus reformatus, qualis?

Vita dividitur in substantialem & accidentalem.

Sed neque contrà est Aristoteles. Primò, quia de illius libri, qui citatur, Authore dubitatur. Secundò, quia quisquis ille sit, qui hunc librum scripsit, agit de vitâ accidentali, quæ in sensuum exercitio; non verò de substantiali, quæ in corporis & animæ vinculo & unione consistit. Et quidem in somno cessare exteriorum sensuum operationes, verum est: vinculum verò, quo corpus & anima conjunguntur, dissolvi falsum est.

An æquivocatio, quæ in somno *invenitur, quando quæritur,* An ad mortem potiùs, quàm ad vitam pertineat? *per Mentalem Restrictionẽ tollatur?*

Et tandem non urgent illa verba Cupidinis, quæ à Calderone proponuntur. Vult nomen *somnus* esse æquivocum, & tam *vitam*, quàm *mortem* notare: unde innuit, per Mentalem Restrictionem posse ad alterutrum determinari. Ergo, si Solimannus sensit & voluit dormientes mortuorum censui adnumerari, Habraymus dormiens non erat vivus. At nîl evincit, possum enim respondere, eiusdem Poëtæ verba, quæ in column. seq. leguntur, ad parœdiam reducens. Dicebat Deus Amoris (Cupido)

Será dos vezes error
Pensar, que Sichis lo advierta
Dormida, pero no es cierta,
Pues aunque duerme su vida,
Su hermosura està despierta.

An Pulchritudo dormiat?

Et nunc Dea justitiæ (Themis) sic ait.

Es falsedad conocida
Pensar, que puede sèr muerto
Dormido, porque es muy cierto,
Que hoy, aunque duerme su vida,
Su valor està despierto

An dormiant Innocentia & Iustitia?

Ergo, si generosi Viri Virtus & Innocentia semper vigilant, non est cur à somno ad mortem argumentum sumatur.

Instas

Inſtas pro Solimanno, & ais. Ergo nomen *vita* bifariam ſumitur, ſubſtantialiter & accidentaliter. Ergo potuit Solimannus juvari Reſtrictione Mentali, & vitam accidentalem intelligere, etſi Habraymus aliter intellexerit. 59

Reſponſio ab Interrogatione, & Conceſſio à Petitione, ſi ſit dubia, reſtringitur.

At non aſſentior. Primò, quia Solimannus, quod Habraymus poſtulabat conceſſit: nam ſicut per Interrogationem Reſponſio, ſit per Petitionem Conceſſio, ſi ambigua ſit reſtringi debet. At quando Habraymus petiit, ne occideretur, non diſtinxit inter vigiliam, ſomnumque, ita ut noluerit occidi vigilans, voluerit dormiens; ſed petiit, ut nec vigilans, nec dormiens occideretur. Adnuit Imperator, & Iurejurando confirmavit adnutum. Ergo vi Iuramenti non poteſt Habraymum vigilantem aut dormientem occidere. *Secundò*, quia verba ambigua in humanis contractibus poſita per circumſtantias adiacentes ad ſenſum civilem reſtringuntur, quia perſonæ, quæ loquuntur, debent conſiderari: nam ſicut vox *fictio* æquivoca, à perſonis reſtringitur, inter Grammaticos enim eſt *deceptio*, inter Artifices Mechanicos eſt *formatio*, & inter Theologos de Sacramentis diſputantes eſt peccatum actuale gratiæ ſuſceptionem impediens: ſic nomen *vita*, tametſi varias in Metaphyſicâ, aut etiam in Militiâ ſignificationes habeat, civiliter & vulgariter debet ſumi in contractibus; & hoc acceptum ſenſu ſignificat manſionem animæ in corpore. Ariſtoteles *lib. de vitâ & morte.* Ergo ſic accipi à Solimanno, & non aliter debuit.

Vox Fictio eſt æquivoca, & per perſonas, quæ illâ utuntur, reſtringitur.

NOTA II.

DE FIGVRIS GRAMMATICIS.

Multæ in Dictione literæ, quæ non scribuntur; & multæ in Propositione voces, quæ non dicuntur, subaudiuntur & subintelliguntur, non quòd ipsæ per aliquam Restrictionem Mentalem insinuentur, sed quòd consignificentur ab aliis Dictionis & Orationis partibus.

60 Scriptionis COMPENDIA. *Quid sint: & quod modis fiant?*

SCriptionis Compendia, quæ vulgò *Abbreviaturæ* nominantur, contingunt, quando non omnes literæ exprimuntur, sed illæ tantum, quæ sufficiunt, ut integra vox intelligatur. Et hoc fit tribus modis. Vel enim prima litera posita significat integram dictionem: vel aliquæ literæ omittuntur in medio: vel denique aliquæ in fine.

De Dictionum capitibus. ראשי תבות

PRIMVS MODVS est in linguâ Hebræâ valde communis: & huiusmodi in eo literæ ראשי תבות Rascie Theboth, *Capita dictionum* nominantur: Ab Hebræis ad Græcos & Latinos transivit, & fuit semper in Europâ communis, & in Inscriptionibus publicis passim comparet. Sic enim *I. Cæsar. M. T. Cicero. Q. Curtius*, &c. scribimus, & legimus *Iulius Cæsar. Marcus Tullius Cicero. Quintus Curtius*, &c. Et hîc notare oportet Principes & Proceres, in amoris tesseram, sæpe ex uxorum nominibus primam literam carpere, & nomini proprio præponere: quod & uxores faciunt suorum conjugum insistentes exemplo: & tunc illa ipsa litera, aut non legitur, aut ponitur in Genitivo. Probant hoc Alberti & Isabellæ Archiducum Austriæ, & Belgij Principum subscriptiones: nam *I. Albertus*, & *A. Isabella*, quæ passim occurrunt, essent, si ad longum ponerentur *Isabellæ sponsus Albertus*, & *Alberti conjux Isabella*.

An, & cur alter conjux, primã literam ex alterius cõjugis nomine usurpet, & proprio præponat?

Subintelliguntur literæ, quæ

SECVNDVS MODVS obtinet, quando necessitas postulat, ut illæ, & non aliæ literæ interserantur: & ut Lector

In mediâ dictione omittûtur.

Lector moneatur literas aliquas in medio dictionis deficere, ultimæ supra lineam notantur. Et hanc ob rem, qui reperiat hanc alicubi Epigraphen. *Sanctiss*^{mo} *& Beatiss*^{mo} *P. Vrb*^{no} *VIII. Pont*^{ci} *Max*^{mo} debebit legere, *Sanctissimo & Beatissimo Patri, Vrbano Octavo, Pontifici Maximo.* In quibus omnibus dictionibus, literæ, quæ in medio omittuntur, ab his, quæ in principio & fine scribuntur, & non ab aliquâ restrictione Mentali, certissimè consignificantur.

Sed cur?

Et hinc sphalmata librorum corriguntur.

Iuvat nos hæc doctrina, ut menda typographica, & lapsus calamorum si occurrant in libris, corrigamus. Verbi gratia. In Magno Iosephi Langij Florilegio edito Lugduni anno 1655. quo utor, fuit typi Corrector valde negligens, & ideò plurima reperiuntur sphalmata: & in unâ aut alterâ columnâ hæc observo. *Verb.* Ornatus. 1032. *fiso ac lana. muiier. perfundias. honnestati. crinespectere. punice crura·teras. minimè dici mavolo. Teque peregrinus vendere muneribus. medicina figura est.* Et quis erit, qui & linguam Latinam bene intelligat, & Metricæ leges percalleat & ex prioribus & posterioribus literis non statim cognoscat, quid deficiat, aut abundet in dictionibus singulis? Quis, qui non sciat legendum esse, *filo ac lanæ. mulier. perfundas. honestati, crines pectere. pumice crura teras. minimè dici mavolo. Teque peregrinis vendere muneribus. medicina figura est*, &c.

Ex priorum & posteriorum literarum in eadem dictione coordinatione si qua in medio fuerit deformata colligitur.

Faciliùs in literis, quàm in numeris, percipiuntur, ac etiã corriguntur sphalmata.

Si sphalmata commissa sint in numeris, tametsi difficiliùs, corrigi tamen poterunt ex antecedentibus & consequentibus. Pono exemplum. In Syntagmate nostro de אלגברא. Algebrâ, *num.* 197. *pag.* 182. Tabulam Combinationum produco. Et quia in illâ duo canones per numeros erroneos decurrunt, debui primò illos corrigere, & secundò explicare, An illi errores Authoris aut Typographi sint? Et sic controversiam expedio. *Constat ex isto examine numeros Kircheri esse bonos, & tantùm in commutatione* (combinatione.) 14. *&* 15. *literarum cespitare, quos signavi literis A, & B. Vbi obiter noto, non esse Errorem Kircheri, sed Typographi. Et hoc ipsum evidenter ostendo: quoniam,*

An, & unde, uter (Author, an Typographus) erraverit, cognosci possit.

niam, si in autographo fuisset ille error, in multiplicationibus sequentibus sentiretur: at in sequentibus, non ille numerus, qui est impressus, sed ille, qui esse deberet, multiplicatur. Ergo in autographo erat numerus legitimus, & Typographus in collectione characterum fuit adlucinatus. Sæpe contingit characteres ipsos Arithmeticos ita malè in manuscripto formatos, ut esse literas putet Typographus; & tunc indiget majori notitiâ & consideratione correctio. Hoc exemplum perpende. In Disquisitione de Ecclesiâ Iudaicâ, quam Iohannes Fechtius delineavit, & Argentorati Iosias Stædel impressit anno 1662. pag.44. hunc ex Lactantio, & Thysio, qui illum illustravit Scholiis, locum lego.

An notæ interdũ Arithmetica in literas degenerent? & qualiter corrigãtur?

Moyses, qui quo fere annis bellum Trojanum antecessit, cùm per annos 40. populum rexisset, successorem habuit Iosuen, qui 27. annis tenuit principatum, &c.

Quando floruerit Moyses?

Et ajo tertiæ vocis *quo* characteres Arithmeticos fuisse, & in Grammaticos degenerasse, & loco illorum, 400. substituo, ut sensus sit. *Moyses, qui 400. ferè annis bellum Trojanum antecessit*, &c. Et hunc locum sic debere restitui, constat ex Historiæ contextu: nam

Quando Troja perierit?

N. B. In Alcorano dicitur Maria, Moyseos soror esse mater Iesu. Ergo ille Mahometi Deus, qui Alcoranum dictavit, tam erat Chronologiæ imperitus, ut hic erraverit plus quàm 1600 annis.

Moyses nascitur anno ante Christum.	1672
Vivit annos.	110
Moritur.	1552
Achilles Hectorem vincit.	1184
Ex nativitate Moyseos ad hunc annum.	488
Ex morte Moyseos ad eumdem annum.	368

Ergo bene dicitur Moyses Trojanum bellum fere annis 400. antecessisse. Vide Ioannis Riccioli Chronologiam.

Tertius Modus non est ita communis, at interdum occurrit, quando videlicet eæ literæ in fine omittuntur, sine quibus dictio nihil significaret, & loco quarum, poni non possunt aliæ: scribimus enim, *Musar. Dominor. Templor. Sermonib. Temporib. Sensib. Genib. Dieb. Reip. Remp.* &c. quæ aliter complere non poteris, quàm legendo *Musarum, Dominorum, Templorum, Sermonibus, Temporibus, Sensibus, Genibus, Diebus; Reipublicæ: Rempublicam*: &c.

Etiam subintelliguntur, quæ omittuntur in fine.

Ecce

Ecce addis has literas, non quia vis; non quia habes in mente aliquem actum, qui tuam libertatem restringat: sed quia à præcedentibus literis prædeterminaris, ut illas addere debeas, & non alias.

Quæ, & cur addi debeant, ut dictio compleatur.

Sicut scripturæ, sic etiam vocis reperiuntur Compendia: nam sicut multæ literæ subintelliguntur, licèt non scribantur: sic etiam tametsi non dicantur, multa subaudiuntur vocabula: & sicut, ubi deficiunt literæ, supplere has vel illas, sic ubi deficiunt dictiones has vel illas subintelligere, à consignificantibus circumstantiis dependet, & non à mente, voluntate, aut arbitrio Lectoris: scriptæ enim literæ; aut prolatæ dictiones, oculos & aures, immò & mentem restringunt, ut has vel illas subspicere, subaudire, & subintelligere debeat, & non alias.

Orationis Compendia. Quid ipsa sint?

Vndenam possimus scire, quæ voces in Oratione desint?

Hanc non ignorabat doctrinam Mariangelus à Fano Benedicti, qui in Epistolâ ad Paulum Iosephum Meronum (quæ legitur in eiusdem Auctario Amstelodami ann. 1659. edito) sic inquit [Reduplicativam, & Restrictivam suppositionem in Scholis Logicis vulgò perhiberi invenio, quæ vocem aliquam particulâ restrictivâ seu limitante determinat, ac velut coërcet, & ad certam totius partem adstringit. Eius generis particulas esse *Quà*, pro *à* vel *ex quâ parte*; *Quatenus* pro *qua* sine *tenus*: *In quantum*: *secundum*; *Ratione*; *Respectu*: ut *Animal sentit, quà animal est*: *Homo, quatenus homo, ridet*: *Christus est filius David secundum carnem*: vel *respectu*, aut *ratione carnis* sed etiam præpositionibus, *ad*, *à*, & *ab* expressis aut suppressis hujusmodi Restrictionem solere significari: ut apud Sallustium. *Modestus ad dominationem*, & *Sanctus alia*, pro *quod ad dominationem*, & *quod ad alia attinet*. Virgilius.

Suppositionis in Reduplicativam & Restrictivam divisio.

> *Omnia Mercurio similis.* pro *ad omnia*. [a]
> Idem. *Faciemque simillima lauro.* pro *ad faciem.*
> Horat. *Nec sævis animum mitior anguibus.* pro *ad animum*, &c.]

a] Interim hi Accusativi qui absolutè more Græco ponuntur, potiùs, ut puto, à præpositione secundū, Græcè κατ', quàm ab *ad* gubernantur.

Significationis & Consignificationis differentia.

Quid sit Ellipsis, & unde dicatur?

Proderit hîc, repetere (hoc enim sub initium exposui) quomodo à significatione differat Consignificatio. Dat voci significatio, quod rem à se distinctam denotet : nam vox *leo* à significatione consequitur, ut animal rugibile denotet : at efficit Consignificatio, ut voce consignificante positâ alia non posita subintelligatur. Et in Consignificatione reperitur ἔλλειψις, quæ à verbo ἐλλείπω, *prætermitto, deficio* nomen trahit: ἐλλείπω autem componitur ex ἐν, & λείπω. Porro Ellipsis, ut in Gasparis Scioppij Philosophicæ Grammaticæ impressæ Amstelodami ann. 1659. paginâ 50. legitur, *Est figura Latinæ consuetudinis, per quam ad legitimam constructionem deest vocabulum unum, vel plura.* Et illud, quod deest, aut prætermittitur, est aliqua Orationis pars: nulla enim inter octo, quæ à Grammaticis enumerantur, reperitur, quæ subaudiri nequeat, si addantur voculæ consignificantes. Et quia vix est in linguâ Latinâ Propositio, in quâ non sint voces aliquæ consignificantes, vi quarum alia aut aliæ, non positæ, non subintelliguntur, ideò Critici audent asserere eam, quæ nunc in usu, esse linguam Ellipticam.

An omnes partes Orationis pervadat?

An, & quando possit Interpres aliquid ponere, quod in protocolo non legatur?

Vnde nascatur, quod verba aliqua subintelligi debeant?

N. B. Huc potest referri illud Psalmi, semel loquutus est Dominus, & duo audivi: audivi

Occurrit Textus celeber, & fortè nondum ab alio observatus. Nam D. N. Iesus-Christus *Luc.* 12. 35. sic ait. ἔστωσαν ὑμῶν ὀσφύες περιεζωσμέναι, καὶ λύχνοι καιόμενοι· καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν κύριον ἑαυτῶν. Ad literam, *sunto vestri lumbi circumcincti, & lucernæ accensæ; & vos similes hominibus exspectantibus Dominum ipsorum*, &c. Vulgatus: *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: & vos similes hominibus exspectantibus Dominum suum.* &c. Vulgatus fideliter transtulit (Et quis de hoc dubitet?) quomodo ergo illud *in manibus vestris* posuit, quod non reperitur in Græco? Dicam. Quando ponuntur verba expressa, hæc audiuntur; & eorumdem vi alia, sine quibus esse vera non possent, subaudiuntur & subintelliguntur. Et hanc ob rem tametsi verba loquentis Christi Græcus & Latinus stylo exceperint; differunt inter se; nam ille tantùm scripsit, quæ audivit: hic autem, non solùm illa, quæ audivit, sed etiam, quæ subaudivit:

quoniam

quoniam illæ lucernæ, cùm non possint pendêre ab aëre, poni alicubi debent. Sed cur potiùs in manibus, quàm in candelabris ponentur? Quia consuetudo illarum positionem restringit; non enim famuli relinquunt in candelabris faces, sed ferunt manibus cùm exspectant dominum reversurum à nuptiis. Hac observatione præmissâ aliquos Canones generales ponamus.

enim, quæ expressè dicebantur, & subaudivi, quæ dicebantur implicitè.

In omni syncategoremate aut adjectivo, si substantivum deest, subintelligitur. [*] Pascasius Grosippus in Paradoxis Literariis, Epist. X V. quæ Alberico & Carolo Septaliis inscripta, ait. Charisij Monitum est: *In adjectivis absolutè positis subaudiendum, quod quisque voluerit, modò scilicet sensui exprimendo ineptum non sit.* Vnde Scioppius *lib.cit.pag.* 55. [Homo *deest in* nemo [b] *quod est adjectivum omnium generum.* Tu es miser, *pro* tu es homo miser. Cicero est Romanus, *pro* homo Romanus. *Sic in* Amicus, Familiaris, Liber, Servus, Nuncius, Socius, Rivalis, Maritus, Adolescens, Iuvenis, *subaudi* homo. *In* Magnates, Optimates, Majores, Minores, Cæteri, Mortales, Itali, Galli, *subaudi* homines.] Sic in illis phrasibus *Sum Romæ, Fui Compluti*, &c. subauditur *in civitate*, ut sensus integer sit, *Sum in civitate Romæ, Fui in civitate Compluti.* Verbula, quæ subintelliguntur, omitti jubet Latini sermonis elegantia, at poni præcipiunt, aut saltem tolerant aliæ linguæ; Hispanicè enim bene dicerem, *Estóy en la ciudad de Roma. Estuve en la ciudad de Alcala*, &c.

*] Non est, cur tu illum *Paschasium* dicas, qui voluit *Pascasium* vocari.

b] In *nemo* non deest *homo*; nam *nemo* dicitur quasi *nec homo.*

Ellipses non amat semper lingua Hispanica.

61 *Quando Pronomen subaudiatur.*

Pronomen ferè omittitur in primis & secundis personis, nam illud à verbo consignificatur. Quoniam *amo, amas*, eleganter dicitur pro *ego amo, tu amas.* At Hispanus ferè Pronomen exprimit, nam in his assertionibus, *Yo amo la gente docta, Tu tratas con la mas ignorante*, & similibus, vix illa *Yo*, & *Tu* abesse possent. Sed & tertiæ personæ Pronomina subintelliguntur aliquando. Cornelius Nepos in Pelopida. *Cujus belli, cùm ei summa esset data, eoque cum exercitu* (ipse) *profectus esset.* Ecce deerat illud *ipse* quod interserui. Idem in Thymol. *Cùm frater eius Tyrannidem occupasset, particepsque* (ipse) *regni posset esse.*

An tertiæ personæ pronomen subintelligi possit?

Q 2 Clarius

Passim occurrunt apud Authores testimonia, in quibus Pronomen is, ille, ipse, aut aliud simile, subintelligi debeat.

Clariùs subauditur Pronomen in Dione, *Id cùm factum multi indignarentur, magnaque esset invidiæ Tyranno.* Illud *id*, quod exprimitur priùs in accus. posteà debet in nominat. subintelligi. Plautus in Epid.act. 5. scen. 2. *Ain tu, te illius invenisse filiam?* R. (Ego) *inveni*: & (in ædibus) *domi* (ipsa) *est.* Subaudiuntur, quæ diverso charactere sunt posita. Sallustius in Iugurt. *Dum Equites prælia-rentur, Bacchus cum Peditibus, quos filius eius adduxerat, neque in priore pugnâ* (ipsi) *adfuerant, postremam Romanorum aciem invadunt.*

An Verba subaudiantur?

Verbum etiam subintelligitur crebrò in periodis Latinis. In illo Ciceronis, *Cogito in Tusculanum*, deest *ire.* Item in his, *Volo in Siciliam priùs, deinde Rhodum, posteà Athenas*, &c. Et quidem tametsi Verba adjectiva rariùs absint, substantivum frequenter subauditur, & in Sacrâ Scripturâ præcipuè. Munsterus *in Præfatione Veteris Testamenti*, [Est & id peculiare Hebraismo, ut sæpenumerò Verbum substantivum subintelligere oporteat, ut Genes. 13. 8. *Viri fratres nos.* Subaudi, *sumus.*] Etiam Græci Verbum substantivum negligunt frequentissimè: quod possem centenis exemplis demonstrare: pauca hæc sufficiant. Ioann. 1. 6. *Fuit homo missus à Deo*, ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης. *nomen ei Ioannes.* Deest, *erat.* Et vers. 27. αὐτός ἐστιν ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, *Ipse est ille post me venturus*, subaudi, *qui est.* Cap. 2. vers. 4. Τί ἐμοὶ καὶ σοι γύναι; *Quid mihi, & tibi mulier?* deficit, *est.* Cap. 3. vers. 6. Τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκός. *Natum ex carne.* Vulgatus, *Quod est natum ex carne.* Et vers. 36. ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ οὐκ ὄψεται τὴν ζωήν. *At incredulus filio, non videbit vitam.* Vulgatus *Qui autem incredulus est filio*, &c. Cap. 5. vers. 28. Πάντες οἱ ἐν τοῖς μνημείοις, ἀκούσονται τῆς φωνῆς αὐτοῦ. *Omnes, qui in monumentis, audient vocem eius.* Subintellige, *sunt.* Et hæc adduxisse sufficiat, passim enim similia in Novo Testamento occurrunt.

An etiam Participia?

Rariùs absunt Participia; interim aliquando sensus postulat, ut subintelligantur. Scioppius pag 60. [Virgilius. *Hunc & Nymphæ veneramur.* Subaudi, *Nos entes*, sive *Nos, quæ sumus Nymphæ.*]

An similiter Præpositiones subaudiantur?

Frequenter Præpositiones se in linguâ Latina subducunt. Scioppius pag. 70. [A, ab, ad, in, *sæpe desunt in nominibus urbium, insularum, Provinciarum, & aliorum locorum, ut* Sardiniam cum classe venit. Lavina venit littora. Devenêre locos lætos. Nos hinc ibimus Afros, aut Scythiam. Profectus est Siciliam. Romam eo, Româ venio. Rus eo. Ruri, *vel* rure vivit. I malam crucem. Ivit exilium. Rediit exilio. Tollere humo, *&c.*] Et hîc obiter nota eos Grammaticæ Canones, qui negant Præpositiones civitatibus, & provinciis addicunt, irrideri à doctioribus; nam illæ apud Authores celebres Præpositiones eleganter adsciscunt, & hæ illis interdum carent: unde hæc, sicut aliæ quàm multæ Regulæ expungi deberent, aut corrigi. Audi, sîs, Pascasium Grosippum, qui Epist. XIV. ad Alexandrum Tassonium missâ, doctè & criticè reprehendit Servium, quòd ad Grammaticorum leges eruditissimos Auctores condemnet, cùm potiùs ad illorum scripta has debuisset corrigere. Omitto alia, & ea repono, quæ Præpositiones, de quibus agebamus, concernunt. [Tandem inquit, in principio Æneidos, ubi de hoc versu commentatur, *Italiam fato profugus, Lavinaque venit Littora:* hoc modo suam, reliquorumque Grammaticorum stoliditatem testatam facit: *Ars quidem hoc exigit, ut nominibus Provinciarum Præpositionem addamus, Civitatum nunquam. Tamen hoc plerumque perverso ordine legitur, ut est hîc.* Italiam venit, *pro* ad Italiam. *Tullius in Verrinis.* Eâ die Verres ad Messanam venit *pro* Messanam venit. *Sanè sciendum est usurpari ab Authoribus, ut vel addant, vel detrahant Præpositiones.* Vsurpari est usurpativè, & sine ratione, contraque Artis Regulas dici. Fatetur ergo plerosque Auctorum aliter loqui, ac Regulæ Grammaticorum loquendum esse doceant: quod quidem nihil est aliud, quàm apertè ferre, Regulas esse mendosas & fallaces; quique ex præscripto earum loquuntur aut scribunt, optimi cujusque Auctoris linguæ Latinæ fore dissimillimos. Et has tamen Regulas, linguam Latinam discere aventibus obtrudere non dubi-

An ex Grāmaticorum Regulis, Cicero, Virgilius, & alij Auctores Classici sint iudicandi, an potiùs ex istis illæ sint corrigendæ?

Quales sint Regulæ Grammaticorum?

tarunt Veteres Grammatici; ut quin stolidi ac dementes judicentur, neminem intercessurum putem. At enim Recentiores hoc eis præstant, quòd easdem Regulas, quas illi stolidè commenti fuerant, ipsi approbant, & à linguæ tironibus memoriæ infigi postulant, ut enim ipse in Problematum tuorum παλιγγινεσία, *libr.6.c.* 17. luculenter evicisti, haud dubiè major eius est stultitia, qui quod alteri in mentem venit, comprobat, quàm qui ipse stultè quid comminiscitur.] Et hoc obiter Lectores monuisse utile sit, ut Virgilium & Ciceronem potiùs legant, quàm legibus Grammaticorum fidant. Ad rem redeo.

Quid sint Adverbia: & cur hoc nomen habeant?

An Adnomina dentur?

62 Adverbia dicuntur voculæ, quæ verbis adhærent, & illorum significationem modificant, ac reverà restringunt, ut *Petrus currit velociter. Paulus eloquenter perorat.* Interdum adfiguntur epithetis, ut *Princeps severè clemens punit subditos: & ad sententiam ultimam tardè velox festinat.* Et tunc dici possent *Adnomina*, sed priorem vocem retinent, quoniam, ut scitè Criticos monet D. Thomas, aliud est, unde dicitur, & aliud, quod significat dictio. Rariùs sane tacentur; nisi enim ponantur expresse, subaudiri non solent. Interìm in illo Plauti, *Bona est mulier tacita, quàm loquens.* Subintelligitur Adverbium comparativum *magis*, vt sit *magis bona*, hoc est, *melior.* Et hic loquendi modus est Hebræis frequens.

An positivũ pro cõparativo sumatur; an subaudiri debeat vox magis?

*Cant.*1. טובים דודיך מיין: Tuobim dodecamejen: *Boni* (meliores) *amores tui præ vino.* Et hæc ἔλλειψις etiam ad Græcos transiit: unde D. N. Iesus-Christus Matth. 18. 8. persuasurus ut vitentur scandala, Καλόν σοι ἐστὶν, ait, εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν ἢ κυλλὸν, ἢ δύο χεῖρας, ἢ δύο πόδας ἔχοντα, βληθῆναι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, &c. Καλόν σοι ἐστὶ μονόφθαλμον εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, ἢ δύο ὀφθαλμοὺς ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός, &c. *Bonum*, pulchrum (*melius*, pulchrius) *est ingredi ad vitam claudum, vel mancum, quàm duas manus, vel duos pedes habentem mitti* (jaci) *in ignem æternum*, &c. *Bonum*, pulchrum (*melius*, pulchrius) *tibi est, unoculum* (unum oculum habentem) *in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti* (jaci) *in gehennam ignis*, &c.

An

An Adverbia, quæ *Rationalia* dicuntur, sint in objecto aut in mente tantummodo in Metametricâ dubitavi & exposui: interim à labio & calamo omittuntur interdum, & tamen subintelliguntur. Virgilius *Eclog.* 2. *De particulis rationalibus.*

O formose puer, nimiùm ne crede colori:
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Deest rationalis particula, ut sensus sit, *Alba cadunt, nigra leguntur; Ergo, ne fidas colori.* Vel aliàs: *Ne colori confide; nam alba cadunt, & nigra leguntur*, &c. Similiter rationalis particula deest in illo Terentij. *Hac non successit*: (ergo) *aliâ aggrediemur viâ.* 63

An, quia, nam, ergo, verò, & similia sint Adverbia?

Adverbium *verò* subauditur in istis. *Pro patre mori possum, coram patre* (verò) *non possum. Hæc morum, non* (verò) *senectutis vitia sunt*, &c.

Scio inter Criticos disputari an particulæ rationales Adverbiis, an potiùs Conjunctionibus adnumerari debeant: hanc quæstionem non decido, immò nec ineo: nam mei muneris est demonstrare tantummodò, illas, sive sint Adverbia, sive non, interdum subticeri, & ab aliis vocibus consignificari.

Quid sit Interjectio: & an aliquando subaudiatur?

Interjectiones sunt voculæ affectus animi significantes, ut *Heu me! Væ audaci & præcipiti militi! O scelestè Tyranne!* Virgilius *Eclog.* 9.

Vare tuum nomen (superet modò Mantua nobis:
Mantua væ miseræ nimis vicina Cremonæ)
Cantantes sublime ferent ad sydera Cygni.

Et tamen subintelliguntur interdum, ut cùm; *Me infelicem!* exclamo: tunc enim subticeo vocem *Heu.*

De Conjunctione.

Nunquam, quid illa sit, exactè exposuere Grammatici.

Tandem Conjunctio (de cuius ingenio & officio multa occurrunt, ignorata à Grammaticis) subauditur frequenter. *Tam* deest in hoc Livij. *Homo, non* (tam) *quàm isti sunt, gloriosus.* Et in illo Plauti, *Non* (tam) *pices expeto, quàm tui sermonis sum indigens.* In Virgilij Æneid. XI. illis versibus

—— Troum socia arma sequutum
Obruerent Rutuli telis, animam ipse dedissem.

Tametsi non exprimantur, *utinam* afficit verbum *obruerent*,

rent, & *libenter* modificat Verbum *dedissem.* Similis ellipsis in illo versu reperitur.

Me quoque, quâ fratrem mactasses, improbe dextrâ.

Quoniam in eo *mactasses* idem est, ac *utinam mactasses.*

NOTA III.

DE PARTICVLIS *ET*, ET *ERGO*: & similibus aliis.

Quid ipsæ significent? An res per illas significata, sit quid incognitum, quod se tenet ex parte intellectûs, an verò quid cognitum, quod objecto ipsi, seu rei significatæ adjacet?

64 RElegis paragraphum *Tandem*, & interrogas, cur illa parenthesis. *De cuius ingenio*, &c. Sit interjecta? Et respondeo me nescire, quid hæ voculæ *&*, ac *ergo* importent. Attende.

An id, quod per particulam &, & alias similes:

In hac propositione; *Iulius Cæsar & Carolus V. sunt dissimiles: iste enim protexit Patriam, ille invasit*; quid illud *&* significat? An conjunctionem aliquam, quæ illos tametsi loco & tempore distantes connectit? Nam, si hoc, debet fingi quædam in rerum naturâ unio, quæ singulas res copulet, & in singulis, & , sîs, etiam respectu singularum, numero multiplicetur. Et prodigus Philosophus dicar, si illam admisero. Si non detur talis in rebus unio, quid significat *&*?

Et id quod per particulam ergo significatur, sit in rebus ante omnem mentis operationem?

In hoc ratiocinio, *Omnes homines sunt morituri: Ergo Petrus est moriturus*, quid, & ubi est, quod per voculam *Ergo* significatur? Si aliquid, quod sit à parte rei, non in singulis, sed in omnibus reperitur: non enim illa consequentia oritur à singulis, sed ab omnibus. Quid ergo ante mentis operationem esse in omnibus potest, quod insit per modum unius, & illam inferat consequutionem?

Stat

Stat igitur id, quod per voculas *&*, ac *ergo* significatur, non esse extra intellectum: sed primam (*&*) significare simul concipi Iulium, & Carolum: & secundam (*ergo*) monere positionem præmissam, nempe, *Omnes homines*, &c. esse talem, ut, si sit vera, postulet, ut altera, nimirùm; *Petrus est*, &c. etiam sit vera. Tu hanc doctrinam recogita; nam quò illam attentiùs mediteris, intricatiores ambages in hoc Labyrintho reperies.

NOTA IV.

De Figuris Rhetoricis.

Vocum significatio, Contraria, Nimia, Aliena, non per Mentales Restrictiones, sed per Consignificantes Circumstantias, ad congruam Acceptionem contrahitur.

MVltæ hæ Figuræ sunt, & dictiones ita interdum alienant, ut videantur deesse Veracitati. Quintilianus *libr.9. cap.1.* adlucinatur meo judicio: inquit enim. *Figura est conformatio quadam orationis, remota à communi, & primùm se offerente ratione.* Et tamen sunt non pauca vocabula, in quibus Metaphorica sit, primùm se offerens significatio; & propria sit remota à communi. Quoniam, *un quebradero de cabeza* v. gr. si sensum communem, & primò occurrentem consideremus, erit aliqua molesta occupatio & studium: & tamen figurata significatio est: quoniam juxta propriam & simplicem suppositionem *realem capitis fractionem* sonat. Ergo tu sic Figuram define. *Figura est, vocis è primâ & simplici significatione in aliam ingeniosa mutatio.* 65 *Quid Figura sit?* *An Iurisconsultos oratio figurata deceat?*

Non omnes decet figurata loquutio: ubi enim nuda quæritur Veritas, omnia dictionis ornamenta damnantur. Vnde intelligere Suetonium potero, qui *in Vespas.* dixit. *Amicorum libertatem, Causidicorum Figuras, Philosophorum contumaciam, &c. lenissimè tulit.* Nam jam olim,

R quod

Non debent res magnificare aut extenuare, sed quanta sunt proponere.

quod & nunc faciunt Advocati, dum punctum debe-rent pertingere, & nudam Veritatem ostendere, insulsè rhetoricabantur, ut alienis coloribus exornantes Mendacium sub Veritatis specie in Senatum protruderent.

Addunt Rhetores Figuris Tropos: Tropus autem, ut inquit Quintilianus, *est verbi, vel sermonis à propriâ significatione ad aliam cum virtute translatio.* Nota illud *cum virtute*: non enim verba sine causâ transferuntur: sed elocantur semper, ut excellentiam in re exprimant, quam simplex sermo non potest ob oculos ponere. Audiatur Cicero, qui *de claris Oratorib.* differens, verba claro Oratore digna protulit. *Ornari orationem Græci putant, si verborum immutationibus utantur* [a] *quos appellant* Τρόπυς; *& sententiarum orationisque formis* [a] *quæ vocant* Σχήματα.

a] Etiam utitur Græcâ Syntaxi, quoniam Latina jubet, ut non *quos* & *quæ*, sed *quas* scribat.

Tres Figuræ præcipuæ.

Et quidem multæ Figuræ sunt, sed quia tres sunt præcipuæ, & ad ipsas cæteræ quodammodo reduci possunt, de illis in specie disputaturus sum. Sunt hæ Figuræ Εἰρωνία, ὑπερβολὴ, & Μεταφορά. Ironia tollendo rei substantiam, Hyperbole quantitatem vltra modum augendo, & Metaphora qualitatem mutando, exprimit cum gratiâ Veritatem.

Quid Ironia sit?

IRonia est Figura notissima, quæ contrarium significat, quàm verba sonant: & ideò à multis Latinè dicitur *Dissimulatio*: & quia rarò, ut laudemus; & sæpe ut alios contemnamus, hac alienatione vocum utimur, *Irrisio* à nonnullis vocatur: Et potest definiri sic. *Ironia est Figura, quæ verba accipit in sensu contrario*: passim enim matres filios suos ex amore *dæmoniolos* appellant; & Iudices de propudiosis criminibus convictos reos vocant *Angelulos.* De hac Orationis Gratiâ ago opportuno in loco, de Pronunciatione fusiùs disputans: ipsâ enim nec calamo, nec communi vocis tenore exprimitur, quoniam ut monet Calepinus, nisi amaritudo pronunciationis adjuverit, confiteri videtur, quod negare intendit.

Quomodo quæ dicuntur ironicè ab aliis verbis distinguantur?

Præter vocis amaritudinem etiam verba in oppositam significa-

significationem restringuntur, si tali personæ dicantur. Rem exemplo dilucido. Interroganti, *Quid esset difficillimum?* Respondit Chilon, *Arcanum reticere:* tanta est enim linguæ volubilitas & incontinentia, ut nihil sit difficilius, quàm tacere. Et quia fœminæ garrulæ & imprudentes sunt, qui aliquid narrat, & ut taceat imperat mulieri, debet, scire, hanc vocem, *Nemini dixeris*, per personam, cui dicitur, transferri & in oppositam significationem verti, ut sit, *Dixeris uniuersis.* Et hoc esse verum suadet gravis M. Catonis authoritas, dicebat enim; *Sæpe se in vitâ pænituisse, si quid arcani fœminæ credidisset. Est quippe loquacissimum animal mulier, non facilè retinens, quæ in aurem dicta sunt.* Plutarc. *in Caton.* Et tale suum esse ingenium sciebant illæ, quæ sincerè dicebant.

Laërtius.
Quàm sit difficile secretum observare?

Γυναῖκες εἰς μὲν ἐσθλ' ἀμηχανώταται.
Κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται.

Mulieres sumus ad bona consilia pauperrimæ.
Malorum autem omnium artifices sapientissimæ.

Quod Græcæ, etiam Hispanæ sciunt, & ideò voces, quando sua interest, in sensu contrario recipiunt: ut colliges ex Luciæ verbis, quibus ridet & illudit Arcæum.

Arc. *De todos estos enredos,*
De todos estos debates.
Vos teneis Doña Lucia
La culpa, pues vos contastes
A vuestra Ama, que en mi casa
Estaba Don Iuan. Luc. *De tales*
Sucessos, quien me lo dixo
A mi, tiene mayor parte.
Que ya sabe, quien me cuenta
A mi el sucesso, que sabe,
Que es dezirme, que lo diga:
El dezirme, que lo calle.

Quando fœmina dicitur ut taceat, ipsa putat sibi præcipi, ut omnibus secretum revelet.

Petrus Calderon in Comœd. *Mañanas de Abril y Mayo.* act. 3. pag. 62. a.

Est aliud, & minus notum (est enim rarius) dictiones

An contra mentem loqui insi-

Si inherti contra mentem loquatur, sit censendus mentiri?

restringendi genus, non à vocis amaritudine seu à personâ, sed à condicto sumptum: quod paucis exemplis poterit dilucidari. Interim pulchrum illud videtur, quod edisserit Calderon: nam Sylvius Cephalusque contra mentem loqui à Daphne jussi, à præcepto hoc habuerunt, ut eorum non possint verba condemnari mendacij, sed ironicis adnumerentur. Et, ut rem meliùs intelligere valeas, periodos subsequentes scribo.

66

Magnes, Theamedesque sunt noti lapides: ille ferrum adtrahit, & hic expellit.

N. B.

Ægyptij Odium *per aquas, &* Amorem *per ignem exprimebant: & hinc varios possemus conceptus derivare.* Pierius *lib.* 46.

Vide D. Petrum Calderon de la Barca. 3. *part. in Comœdiâ, quæ inscribitur* el Laurel de Apolo. *pag.* 188. 1.

Nihil tam durum atque ferrum, quod non Amoris igne vincatur. Augustinus *de moribus. Eccles-*

SVnt duo celebres lapides, Magnes, Theamedesque quibus insunt proprietates contrariæ. Ferrum ille adtrahit, hic expellit: & uterque occasionem præbuit Physicis, ut inquirentes causas multa ingeniosè & curiosè edisfererent. Et quid, quæso, hæc prodigiosa saxa facerent, si illis Natura rerum parens indiceret obsistere propriæ naturæ. Quid, inquam, Theamedes faceret ferrum amare jussus? quid Magnes, si illud odio persequi præciperetur? Paterentur violentiam; & vix scirent aut possent contra proprium ingenium Imperio exteriori obedire. Violentiam, quam lapidibus Natura non auderet inferre, Daphne (sunt enim fœminarum fortes & mirabiles resolutiones) infert hominibus, ut retundant animi passiones præcipiens, eosque ad actus singulorum naturæ dissentaneos propellens. Si ferrum dicatur esse mulier hodie erit Sylvius Magnes, Theamédes Céphalus, eas enim amat ille, iste contemnit. Sed cur? Sylvium audito.

Yo hermosa Daphne naci
Mas al estudio inclinado,
Que al Amor, y habiendo hallado
En ese siempre Turqui
Libro azul [a] *en que apprendi*
Del docto Maestro del dia
Judiciaria Astrologia,
Que havia de venir a sêr
La beldad de una Muger
Su destruycion y la mia

Neque

Negué à una y otra Deidad
De Amor y Venus, y solo
En las catredas [b] *de Apolo*
Mantuve mi libertad, &c.

Exposuit, cur fœminas non amet Cephalus; & videtur audivisse Secundum Philosophum, qui apud Maximum *serm.* 9. his coloribus Mulierem exprimit. *Est*, inquit, *viri naufragium, domûs tempestas, quietis impedimentum, vitæ captivitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna, sumptuosum bellum, bellua conviva, solicitudo confidens, leæna complectens, exornata Scylla, animal malitiosum, mâlum necessarium*, &c. Et ne existimes te habere vires, quæ hæc omnia poterunt superare, te verbis Hieronymi *Epist. ad Nepot.* adloquitur Cephalus dicens, *Nec Samsone fortior, nec Davide sanctior, nec Salomone poteris esse sapientior. Memento semper quòd Paradisi colonum de possessione suâ Mulier ejecit, unde ait quidam,*

Amorem otiosorum esse negotiũ dicebat Diogenes apud Laërtium libr. 6. & *apud Stobaeũ* serm. 52. *Theophrastus consonat. Unde Ovidius* 1. de remed. Amoris. *Otia si tollas, periere Cupidinis arcus, Contemptaque jacent, & sine luce faces.*

Adam, Samsonem, Petrum, Davidem, Salomônem
Decêpit Mulier! quis modò tutus erit?

Ego, respondet Sylvius, quia

Γυνὴ δικαία τοῦ βίου σωτηρία : καὶ
Mulier justa vitæ salus : &
Καλὸν φυτὸν πέφυκεν ἐν βίῳ γυνὴ
Pulchra planta est in vitâ mulier.

Et deinde his numeris cur fœminas ardeat, exponit.

Yo mas Ciencias no apprendi,
Que el Arte de Amar, si fué
En igual logro, no sé,
Pero presumo, que si.
Y aun mejor, porque si a ti
Lo fué inanimado velo,
Vivo lo fue a mi desvelo
Daphne, cuyo Sol dirá,
Que de Ciencia a Ciencia vá,
Lo que va de Cielo a Cielo.
Si tu antes de sucedido,
Hallaste, que havia de sêr

Tu peligro una muger;
Yo hallé, que ya lo havia sido, &c.

Daphne itaque à dracone ferocissimo invasa, & à Cephalo & Sylvio è periculo erepta, cùm utrumque non posset, & alterum connubio honorare decerneret, & utrum admitteret in sponsum nesciret, perorabat.

Pues es cierto, que ha no haver
Tan presto quien me amparára,
Huviera sido despojo
De su venenosa rabia,
Por no agraviar a ninguno,
Puesto, que muger, que paga
A dos, a ninguno obliga,
Y antes a entrambos agravia. [a]
Quiero a segunda experiencia
Dexar la deuda fiada.
Y assi el que desde oi
Por mi una fineza haga,
Será quien de mi socorro
Meresca el triumpho y la palma.
Desobligandote a ti
A que no me debas nada.
Y alentandote a ti, a que
Puedas tener esperanza.
La fineza ha de sér, que
Tu Cephalo, que con tanta
Vanidad, no amar blasonas,
Finxas amar, Tu que amas,
Sylvio, finxas, que aborreces;
De manera, que trocadas
Las inclinaciones, véa
Yo en ti rendimientos y ansias,
En ti agravios y desdenes:
Que el que con mayor ventaia
Dissimuldre su effecto
Y el no affecto suyo traiga
Mas desmentido a mis oios,

Sera

à] An duobus mulier possit nubere? Anus Syra apud Plautum. *Utinam lex esset eadem uxori, quæ est viro: Nam uxor contenta est, quæ bona est uno viro, Qui minus vir unâ uxore contentus sit. Ecastor faxim si itidē plectantur viri, &c.*

N. B. Dicenti Daphnæ, *Volo, ut mihi dicatis, id quod esse falsum scitis: hoc est, volo, ut mihi mentiamini. Ergo interrogo. Amatis-ne me?* Sylvius, qui illam amat, respondet, *Te odio persequor:* & Cephalus, qui illā non moratur, ait, *Te ego intensissimè peramo.* Et tu scire desideras, *an contra mentém sint loquuti; & per conse-*

Sera quien vencido aya
En la Question : y porque
Ya de entrambos Templos baxan
Las tropas , haziendo a un tiempo
Con festivas consonancias
De instrumentos y de vozes ,
Vnas a otras la salva.
Cantelad vuestras passiones ,
Que yo librando la paga
De la deuda de mi vida
A una experiencia tan alta ,
He de vêr quien haze mas
En servicio de una Dama ,
Quien lo que ama , dissimula ,
O finge lo que no ama.

quens , an sint mētitiꝛ Et respondeo , *in eorum verbis ironiam,non autem mendacium reperiri.*

Ecce , sic præcipiente Daphne , Sylvius Cephalusque loqui contra menten tenentur. An-ne si obedierint mentientur ? Videretur quod sic. Nam mentiri est contra mentem ire. Cùm ergo præcepta rerum essentias non immutent , dicendus est fuisse mentitus , quisquis contra suam mentem jussus aut injussus loquatur. Sed tu illos non mentiri responde : quoniam eorumdem verba materialiter & formaliter possunt considerari. Considerarentur materialiter , si præcisa à præcepto : & tunc essent mendacia : at verò si sumantur formaliter , nimirùm ut obnoxia præcepto , transibunt in oppositam significationem , & per ironiam sine ullo mendacio proferentur.

Quid sic mentiri?

An ab eo, quod res sit, aut non sit, an verò ab eo , quod præcipiatur, aut nō præcipiatur , propositio sit vera , vel falsa?

Erasmus *lib. 6. Apophth.*

Aliud simile Apophthegma in historia Alexandri reperio. Diruere statuerat Lamsacum. Et quia occurrit Anaximenes deprecaturus suæ civitatis pernitiem ; Alexander , ut os ejus occluderet , ait ; *Iuro me non facturum, quod petieris.* Et ad eum Anaximenes , *Peto* , inquit , *ut diruas Lamsacum.* Hæsit ; & jure-jurando irretitus Alexander , iram cohibuit , & Lamsaco pepercit. Et modò in tertogo. Quid volebat Anaximenes ? *Vt Lamsacum servaretur incolume.* Et quid dixit Alexandro ? *Peto (volo,*

De ironicā, non autem mendace Anaximenis oratione ad Alexandrum volentem diruere Lamsacum.

desidero) ut illud diruas. Ergo contra mentem petebat. Ergo & mentiebatur. Sed non. Quia illa Anaximenis petitio, etsi materialiter sumpta Lamsaci destructionem importet, per præmissum juramentum restricta Lamsaci incolumitatem obtinuit. Igitur Imperatoris juramentum Oratoris verba citra suspicionem mendacij ad ironicum sensum restrinxit.

Vtra, amoris-ne, an odij sit difficilior simulatio?

Pergere permittatur Calderon, subjicit enim examini curiosum & ingeniosum Dubium; inquirit enim, *Vtra sit difficilior* εἰρωνία (simulatio) *illa-ne, quâ quis amare fingit, quam non amat: an illa, quâ non amare fingit, quam amat?* Inter Sylvium, Cephalumque Disputatio instituitur, & percurrit hoc modo.

Calderon ita hic utitur vocibus fingere *&* dissimulare, *ut* fingere *sit mentiri passionem, quâ caremus; &* dissimulare *sit eam celare, quâ perturbamur. At Latini habêt* simulare, *&* dissimulare: *simulamus enim esse ea, quæ non sunt; & dissimulamus esse ea, quæ sunt.* N. B. Fridericus Imperator.

Sylvio. *Advierte, que no es igual*
El partido, que me encargas,
Daphne; a mi lo mas difficil?
Cephalo. *Que lo mas difficil llamas.*
Sylvio. *Dissimular un affecto,*
Que vivo Volcan del alma
Siempre está ardiendo, y no es
Possible, que modo aya
Con que la llama se occulte
Para que sin humo arda.
Cephalo. *Quanto es mas difficultoso*
Querer, que donde no hay llama,
Haya ni aun humo, pues no
Respira donde ella falta?
Sylvio. *Caer en defectos es fuerza*
El que dissimula, que ama.
Pues lleva dentro de si
Quien lo contrario le manda.
Cephalo. *Quanto es mas forçoso, que*
En estos, quien finge, cayga,
Pues no lleva quien le acuerde
El precepto, que le encargan.
Sylvio. *Si: mas como dormirá*
Affecto, que no descansa,

Teniendo ſiempre al oído
Deſpertardor que le llama?
Cephalo. *Y como deſpertará*
A las horas ſeñaladas,
El que ſin deſpertador
Goza el ſueño en quietud blanda?
Sylvio. *Podrá repreſentar bien*
Vno un papel, quando anda
Offuſcada la memoria
Con los verſos de otra Farſa?
Cephalo. *Podrá atenerſe al Apunto,*
Que deſde dentro le habla,
Que es lo qué no podrá hazer
El que aun Apunto le falta.
Sylvio. *Fingir, es una accion, que no*
Haze uno en hazerla nada
Pues haze por obediencia,
Lo que otros hazen por gala.
Cephalo. *Menos el que diſſimula*
Haze, pues es coſa clara,
Que mandarle que no diga,
Es mandarle que no haga.
Sylvio. *Y no haze harto en padecer*
El que padeciendo calla?
Cephalo. *No, que el que calla, no tiene*
La obligacion del que habla,
Pues ſe obliga a que ſea bueno,
Y a eſſotro el callar le baſta.
Sylvio. *Quien finge.* Cephalo. *Quien diſſimula.*
Sylvio. *No ſiente.* Cephalo. *No fuerça.* Daphn. *Baſta,*
Que el Tiempo lo dirá: y mas
Quando vueſtra por fia atajan
Las tropas, que ya del monte
Al valle llegan meſcladas
Vnas con otras baylando
Al compás de lo que cantan.

postquam ſenatores omnes in Curiam vocaſſet, optavit, ut antequam grederentur duas res deponerent, & tum fieri poſſe, ut iudicio neminem fallerent. Percunctatus, quænā res illæ eſſent? Simulatio, & Diſſimutio, reſpondit. *Æneas Sylvius* de dictis Frid. Imperat.

Vtrum ſit difficilius, tacere, an loqui? Tacere iuſſus ſi claudat os, ſatisfacit: at verò iuſſus loqui, non ſatisfacit, ſi aperiat os, nam debet præmeditari, quid, & quomodo ſit loquuturus?

S Sylvio.

Sylvio. *Pues aunque tema ser yo*
Quien a lo, mas se adelanta
Desde aqui dissimular
Offresco. En tu vida, ingrata,
Verás en mi sino enojos,
Iras, zelos, y mudanzas.

Iniuria, etiam ficta, non placent.

Daphne. *Au no sentidos dissuenan*
Los desayres. Cephalo. *Porque nada*
Quéde a deberte, Divina
Daphne, rendido a tus plantas,
En tu vida en mi veras
Sino amor, finezas, y ansias.

Beneficia, etiam ficta, sunt grata.

Daphne. *Aun fingidos suenan bien*
Los favores: ay del alma,
Que se da a tan vil partido.
Sylvio, *Que pena!* Cephalo; *Que error!* Daphn.
Que rabia!

Suavissimus reprehendendi modus.

Qui, & qualis sit λόγος εἰρωνικός?

Carpitur homo vitiosus, cùm vel in eo, vel coram eo, laudantur prærogativa, quas non habet.

Qualis fuerit Trajanus?

Nota has Virtutes, & quibus eas Vitiis Plinius contraponat.

Quomodo argutia colligentur?

ILla ultima verba, *Aun fingidos suenan bien Los favores*, me monent esse suavissimum reprehensionis modum, eum, qui ironicis verbis concipitur. Hunc laudandi & reprehendendi modum Veteres cognovere Oratores, qui cum alicui hoc vel illud vitium exprobrare volebant, aut eum ab opposita Virtute, aut saltem coram eo oppositam Virtutem celebrabant. Quo respiciens in Panegyrico ad Trajanum prudentissimè ait Plinius. *Non enim periculum est, ne cùm loquar de Humanitate, exprobrari sibi superbiam credat; cùm de Frugalitate, Luxuriam; cùm de Clementiâ, Crudelitatem; cùm de Liberalitate, Avaritiam; cùm de Benignitate Livorem; cùm de Continentiâ, Libidinem; cùm de Labore, Inertiam; cùm de Fortitudine, Timorem.* Et cur? Quia cùm Trajanus illis omnibus Virtutibus condecoraretur, nulla esse posset Ironicæ acceptionis suspicio. Iuvat Quintilianus, qui *lib. 2. cap. 12.* de argutiis, quæ in solâ verborum connexione consistunt, disserens sic scribit. *Sententia quoque ipsa, quas solas petunt, magis eminent, cùm omnia circa illas sordida, & abiecta sunt, ut lumina, non inter*

inter umbras, *quemadmodum Cicero dicit*, *sed planè in tenebris clariora sunt. Itaque ingeniosi vocentur, ut libet; dum tamen constet, contumeliosè sic laudari disertum.* Ergo est in Rhetoricâ Methodus contumeliosè laudandi: & hæc gloriosis verbis utitur, ut vituperet aliquem.

Quid sit contumeliosè collaudari?

Huius rei prostat exemplum celebre *Genes.* 3.22. primi enim homines, ut essent sicut Dij, scientes bonum & malum, vetitum pomum comederunt, & illud comedendo peccarunt. Illos vocat, & condemnat Deus, & condemnatos reprehendit & admonet, & laudat contumeliosè dicens. *Ecce, Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum & malum*, &c. æquivalent hæc verbis Psalmi XLVIII. quæ num. 13. & 21. ponuntur, videlicet. *Homo, cùm in honore esset, non intellexit* (Hisp. *no se entendio*) *comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Adamum ob peccatum admissum reprehendit Deus, reprehendit David: at huius est durior ἐπιτίμησις, nam voces in significatione propriâ adsumit: illius autem suavior, nam per ironiam fluens, verbis laudatoriis utitur, ut eum vituperet.

Cur primi homines peccaverint?

Duæ Positiones oppositæ possunt æquipollere, si altera accipiatur ironicè.

Hac etiam Figurâ utitur Paulus, ut Corinthios admoneat, Sciebat scitè dictum fuisse ab Antiquo Philosopho, *Multi ad sapientiæ arcem pervenissent, si se non pervenisse putassent.* Et quia Corinthij se tam doctos in Fidei doctrinâ putabant, ut jam ampliùs non crederent, se indigere Magistro, ideò illos carpit; &, ut suaviùs possit, agit εἰρωνικῶς, ut reprehensio esset similis laudi. Illos itaque affattir his verbis. Ἤδη [a] κεκορεσμένοι ἐστέ, ἤδη ἐπλουτήσατε: χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε· καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν. *Iam saturati estis: iam ditati estis: sine nobis regnatis, & utinam sanè regnetis ut & nos vobis conregnemus.*

Cur tam pauci homines sapientes sint?

Corinthiorũ superbia.

a] *A verbo* κορέομαι

Divus Ioannes Chrisostomus hunc locum illustrans, sic infit. [*Nunc autem reprehensione* (sic Ironiam Interpres dicit, quam cum Quintiliano posset *contumeliosam laudationem* vocare) *utitur dicens*, IAM SATVRATI ESTIS; IAM DIVITES FACTI ESTIS. *Hoc est*, Nullâ jam re indige-

Chrisostomus *tom. 4. in Epist. 1. ad Corinth. c. 4. homil. 12. fol. 144. col. 1. b.*

b] Hæc verba meliùs reddentur Hispanicè. *Os habeis persuadido, que no teneis necessidad de naliena de los Apostolos,* &c.

tis; perfecti evasistis, ipsum tenetis apicem: nullius necessitatem vos habere arbitramini: [b] non Apostolorum, &c. IAM SATVRATI ESTIS. *Et rectè hoc verbo vsus est, à tempore ostendens, non verisimilem neque rationalem eorum esse opinionem. Quare eis exprobrans, inquit:* IAM CITÒ FINEM ATTIGISTIS. *Quod impossibile erat fieri propter temporis breuitatem. Perfectiora namque in futuro seculo manent. Paucis enim satiari, imbecillis est animæ: à paucis verò putare ditescere stomachantis est & miseri, siquidem pietas insatiabilis est; sed sanè puerilis est ingenij, à principio omnia se accepisse arbitrari, & nondum ipsis contactis initiis, ac si finem attigerit superbire. Inde ex sequentibus vehementiùs eos arguit. Nam quum dixisset:* IAM SATVRATI ESTIS, IAM DIVITES FACTI ESTIS, *subdidit:* [SINE NOBIS REGNATIS, ET VTINAM REGNETIS: VT ET NOS VOBISCVM REGNEMVS] *Multa plenus est grauitatis hic sermo. Quare in vltimo loco post multum terrorem posuit. Sic enim honesta fit admonitio & tolerabilis, quoniam post accusationes reprehensiua verba inferuntur. Etenim impudentem* (aliàs, *pudentem*) *animum longè magis hæc, quàm manifesta reprehensio perterrere potuissent, & futurum dolorem, & impudentiam accusatione corrigere. Admirabile enim in reprehensoriis verbis, pudorem adducentibus hoc maximè est, quod duo habet contraria: nam & magis lædit, quàm manifesta accusatio; & reprehensum, quanuis grauis lædatur, disponit tamen, ut magis perpetiatur.*

Multi kavent, quia in ipsomet principio ad finem se pervenisse arbitrantur.

Suavior & efficacior est laudatio ironica, quàm manifesta reprehensio.

Non sufficit bene scire unam aut plures linguas, ut aliquis esse possit Interpres.

Qui hanc Homiliam è Græco transtulit, non est Chrysostomi mentem adsequutus in plurimis, & ideò Notarum Author, illa Sancti Patris, verba, Ἐν' ταῦθα δὲ ἐντρεπτικῶς ποιεῖ λέγων· ἤδη κεκορεσμένοι ἐστὲ· quæ Interpres sic transtulit; *Nunc autem Reprehensione utitur dicens*, IAM SATVRATI ESTIS. Hoc Scholio illustravit. *Non percépit Interpres quid significet* ἐντρεπτικῶς ποιεῖν, & λόγος ἐντρεπτικὸς; *atque idcirco multas & præclaras Chrysostomi sententias obscurat, & pervertit. Significat igitur ista dictio, quod alibi copiosiùs ostendi, inversam quandam orationem; quæ aliud in fronte præ se ferat, aliud præstet in recessu, ac sæpe speciem quidem*

Quid ἐντρεπτικῶς ποιεῖν & quid λόγος ἐντρεπτικὸς significet

dem

dem laudationis habeat; sed cum vel ipsimet, qui laudatur, eas laudes nullo pacto agnoscat, atque idcircò ironicè datas non dubitet; necessariò inde verecundia, ac pudore perfundatur. Talia illa sunt: Iam saturati estis; Sine nobis regnatis: Nos stulti, vos sapientes; *& cætera præclara, quæ sequuntur.* Quamobrem notat *Chrysostomus hujusmodi* entrepticas Orationes *duabus propè contrariis conditionibus esse præditas. Nam & altiorem inferunt plagam, quam aperta objurgatio, & id simul præstant; ut qui arguitur; cùm gravius secetur, patientiùs tamen ferat. Possumus igitur nos verbo non satis Latino, sed Ecclesiasticis Scriptoribus usitato* confundentes Orationes, *aut si mavis*, pudefacientes, *seu* pudorem *exprimentes appellare; atque hoc modo proposita verba vertemus.* [Hoc autem loco confundente oratione utitur dicens IAM SATVRATI ESTIS.] &c.

Quàm sit utile subditos laudando corrigere? Quàm sit utilis ista correctio.

Orationes confundentes: pudefacientes: pudorem exprimentes, &c.

HYPERBOLE, ἀπὸ τοῦ ὑπερβάλλω, quod est *extendo, excedo*, dicitur: & *est Figura à quâ aliquid ornatûs gratiâ ita pingitur, ut fidem excedat.* Tale est illud Virgilij *Æneid.* 12. 67

Quid Hyperbole sit

Qui candore nives anteiret, cursibus auras.

qui libr. 5. cecinerat.

Primus abit, longeque ante omnia corpora Nisus
Emicat, & ventis, & fulminis ocyor alis.

Oportet, ut rem impossibilem dicat, ne mentiatur Hyperbole: nam tunc monemur restringi vocem debere ad significationem, quæ sit inter possibiles aut potiùs verissimiles & congruas maxima. Aptè Seneca, *Amplius est exigendum* (dicendum) *quàm satis est, ut præstetur* (intelligatur) *quantum satis est*, &c. *Nunquam tantum sperat Hyperbole, quantum audet; sed incredibilia affirmat, ut ad credibilia perveniat.* Quintilianus. *Tum est Hyperbole virtus, cùm res ipsa, de quâ loquendum est, naturalem modum excessit: conceditur enim amplius dicere, quia dici quantum est non potest: meliusque vltrà, quàm citrà stat oratio.* Sed & dixerat. *Quamvis est omnis Hyperbole ultra fidem: non tamen debet esse ultra modum.* Modum præscribit consuetudo, nam, si sit insolens Amplificatio, caret gratiâ. Considera, &

An debeat rem impossibilem dicere?

 perpende

An Hyperbole committi soleat intra terminos possibilitatis?

perpende hoc exemplum. Petrus Ioanni narraverat viginti fabulas, & Ioannes tibi; *Me ha contado Pedro un millon de mentiras.* Non mentitur: quia cum notorium sit non potuisse unum millionem (millia millium) mendaciorum contexere, restringitur significatio ad numerum congruum & verisimilem. At fuisset mentitus Ioannes, si dixisset, *Me ha contado veintiquatro mentiras.* Nam tunc sermo figuratus non esset, & abesset excessûs excusatio.

An Hyperbole possit vocari vera?

An impossibilia vinci possint?

QVÆRITVR. *An veritas pertingere possit Hyperbolem?* Habere illas interdum valde affines terminos cognovit D. Antonius Hurtadus de Mendozâ, dixit enim:

Quedaron de sêr vencidos
Los Impossibles con miedo.

Habere eosdem interdum testatur Ioannes Perez Montalvan in Novellâ, quæ die Veneris legitur, in libro, inscripto OMNIBVS, *Para todos.* ibi enim aliquas Exaggerationes *Hyperbolas veras* (Hisp. *Hyperboles verdaderos*) appellat. Montalvano M. Tirsus de Molina consentire videtur; nam Hyperbolas in operibus Naturæ collocat: In Cantione enim quæ *Cigarralium quarto, lib.1.pag.*144. *a* legitur, intonat.

Vera contra Montalvanum scribit: contra Verã Luzerus: & contra Verã & Luzerũ Ribera.

No honró Naturaleza, diestro Apelles,
En otro igual desvelo sus pinzeles,
Pues en ella procura
Hyperboles mostrar de la Hermosura

Se opponit Doctor Vera, & ait hoc epithetum Hyperbolæ convenire non posse. D. Luzerus de Clariana (sic dici voluit, qui pro Montalvano contra Veram scripsit) dicit, *Que al Hyperbole se le de nombre* de verdadero, *disculpado, y aun alabado lo tiene Quintiliano.* At Quintiliani verba, quæ producit, hoc ne quidem insinuare videntur. Vnde Petrus Ribera, cùm bonam causam à malo Patrono propugnari videret, sumpsit calamum, ut Montalvanum, non solùm à Verâ, ejus Adversario, sed etiam à Luzero, ejus Defensore, defenderet; & hoc punctum edisserens, ait. *Tan lexos está Quintiliano de alabar*

An Luzerus Quintilianum intelligat?

bar

bar lo que quiere D. Luzero, como D. Lucero de entender a Quintiliano. Resuelve en ese lugar el doctissimo Varon, como ha de sér el Hyperbole para no ser ridiculo: y dize la razon por que se permitte, quando es templado. Tum est Hyperbole, *&c.* (Et hæc verba paulò antè posuimus) *Pero como D. Luzero no puede hablar sin solecismos, dize,* Tuum est, *&c. Quando se tira al blanco, el tiro alto es mejor, que el baxo; porque es mas facil baxar, que subir; y assi en el Hyperbole* conceditur amplius dicere, *porque es mas facil negando algo de lo mucho, que se dize; que subir, concediendo mas de lo que se propone.* Conceditur enim amplius dicere, *mas no con tanto excesso, que sea fuera del modo,* &c. *Mas arriba del blanco, pero no fuera de la rodela,* &c. Profectò supra fidem, non verò præter consuetudinem apud Eruditos receptam. *Hyperbolica loquutio cū explicatione sagittæ ád scopum cōponitur.*

Et quia etiam incriminatur Montalvanum Doctor Vera, quòd suas *Morales Fabulas*, quas vulgò *Novellas* vocamus, *Historias imaginadas* dixerit. Contendit veritatem in Historiâ requiri: & ideò infert non bene Historiam cum Imaginatione conjungi. Cæterùm, quia Veritati magis quàm Historiæ est intrinseca Veritas; & tamen omnes Hypotheses sunt imaginariæ Veritates, patiar Historias in eas quæ acciderunt, & quæ cogitantur (vel, ut Hispanus loquitur, *en succedidas, y pensadas*) distingui: maximè, cùm in Apologiâ de moribus Platonis, quæ adscribitur Marsilio Ficino, quædam Novella *Historia ficta* nominetur. *De historiis cogitatis, seu de fabulis.* *Quid sint Hypotheses.*

68 Ethopœam, & Idolopœam, & alias similes Figuras ad Hyperbolen reducit Cicero, *in Topic.* dicens. *In hoc genere Oratoribus, & Philosophis concessum est, ut muta etiam loquantur, ut mortui ab inferis excitentur, aut aliquid, quod fieri nullo modo possit, augendæ rei gratiâ dicatur, aut minuendæ, quæ* Hyperbole *dicitur.* Consultò illa verba interserunt, *quod fieri nullo modo possit*, nam si narretur id, quod fieri possit, Figura tollitur, & de verborum veritate jure inquiret Sinceritas. Et hinc patet Primò, in his verbis, *Dixerunt lupi ovibus, dimittite canes, hostes nostros; & erimus* *De Ethopœa, & Idolopœa. An ad Hyperbolem reduci debeant?* Vide Quintilianum *An Apologi complectantur mendacia?*

erimus vobis amici. Canes dimittunt oves credulæ; & superveniunt lupi, & illas devorant. Nullum mendacium, sed plurimam doctrinam esse. Nullum in illis reperitur mendacium: quia cum impossibile sit lupos & oves loqui, per Figuram ad sensum possibilem & congruum restringitur (aut etiam traducitur) significatio, ut *luporum* nomine vafros & deceptores; *ovium* nomine, pupillos & clientes & tandem *canum* nomine patronos, advocatos, tutoresque debeamus necessariò intelligere. Et hinc patet SECVNDÒ, quid & qualis sit fabula? Audi Ciceronem *lib.* 1. cum Herennio loquentem. *Fabula est, quâ nec res veræ, neque verisimiles continentur; cujusmodi est; Angues ingentes alites invecti jugo.* Idem *Orat. part.* addit, *Fabula etiam nonnumquam, etsi sit incredibilis, tamen homines commovet.* Et hinc patet TERTIÒ, illa Moralia Æsopi Monita, quæ passim nominantur *Fabulæ*, omni mendacij suspicione carere; nam animalium nominibus homines significantur, qui moribus animalia illa exprimunt. Et hinc patet QVARTÒ, Figuram tolli, & viam mendacio sterni, cum Hyperbole possibilitatis metas non transcendit. Et hinc patet QVINTÒ carere mendacio Apophthegmata. Alij alia edisserant, ego duo dicta à Ramiro Rege Hispaniæ propono. Sit primum, *Nesciunt, vulpeculæ cum quo ludant.* Et secundum, *Conflabo campanam tam magnam, ut eius sonum tota Hispania cum horrore & admiratione percipiat.* Et *vulpecularum* nomine intelligebat undecim illos viros, qui se dicteriis proscindebant, quos in Oscæ urbe gladio percuti jussit: & *campanæ* nomine significare voluit, solennem illam Iustitiam, quâ non paucos Proceres decapitavit, ut narrat Mancius *libr.* 8. Collige ex his illum, qui ait, *Leo dixit*, non mentiri, quia, ut diximus, audiens scit esse Figuram in his verbis: at, si Antonius exclamet, *Dicit Psittacus.* Quid sciam, an *Psittaci* vocem sumat figuratè vel non? &, si non, quid sciam, an Psittacus dixerit, aut tacuerit.

Quomodo sint interpretandi?

Quid sit fabula: & cur mendacium non involvat?

An in Æsopi Fabulis aliquod mẽdacium reperiatur?

Impossibilitas ipsa orationem eximit à mendacio.

An Apophthegmata mendacij labe maculentur.

An, & cur non sit blasphemus, qui

Hæc doctrina etiam in materiâ Religionis se insinuat, & interroganti, *An, qui amasiam suam* Deum, *aut* Idolum suum

suum *nominat*, *blasphemiam dicat*? satisfacit. Cùm enim Christianus sciat, illam adolescentem Deam non esse, vocem hyperbolicè sumit, ita ut rem sonet impossibilem; & debeat in sensu possibili accipi. Ergo hæc propositio, *Tu es mea Dea*, dicta ab amante, non est falsa: & non concernit Religionem Christianam; quia minus significat, quàm sonat. Et per Hyperbolem restricta, *rem pulcherrimam* exprimit. Cotonius *in summ. verb. Blasphemia. num.* 4. [Non est blasphemia vocare amasiam *Deam*, aut *Idolum suum*: nam hæc verba non dicuntur aut capiuntur in sensu proprio, sed hyperbolico. Ita Mendoza *in* 2.2. *disp.* 91 *sect.* 4. §. 16. & Diana *part.* 5. *tr.* 13. *resol.* 20. &c.]

amasiam Deam suã, aut Idolum suum vocat?

Tametsi apud Poëtas obtinuerit, Virgines speciosas, *Deas* dicere: hanc frequentissimè licentiam sibi adrogat Petrus Calderon, quem ob ingenij vivacitatem & styli elegantiam sæpe adduco. In Comœdiâ, quæ inscribitur, *El Laurel de Apolo*. fol. 194. col. 4.

Calderon fœminas, quæ pulchræ, Deas frequentissimè nominat.

Viva la gala dichosa
De la que en el Cielo es Diosa,
Y por acá es otra cosa,
No sé si buena, o si mala.
Viva la gala.

An in Metaphorâ & Hyperbolâ aliquando excedatur?

Quem, si excessisse putas; corrige, ut moderatiùs moduletur, & concinat.

Viva la gala dichosa.
De la que en la Tierra es Diosa,
Y por allá es otra cosa,
No sé si buena, o si mala.
Viva la gala.

Hinc patet id, quod olim cum sacrilegio assertum, Romam videlicet *Deam Vrbium esse*, nunc castè dici: nam Ethnici sicut nemoribus, fluvijs & montibus, sic etiam Divinitatem Vrbibus adfingebant: at nos hodie, quia hoc esse falsum scimus, si tamen *Deam* vocamus Romam, hoc ipsi nomine non veram aliquam accipimus, sed ex-

An à Christianis Roma vocari possit Vrbiũ Dea?

T cellen

cellentiam illam, quæ in hoc genere sit maxima significamus.

69 *Quid sit Metaphora?*

METAPHORA pertinet ad Qualitatem, & *est Figura Rhetorica, quæ locum habet, cùm per similitudinem de subiecto aliquid prædicamus, quod illi non convenit propriè.* Virgilius *Eclog.* VIII.

Omnia nunc rident: at si formosus Alexis
Montibus his abeat, videas & flumina sicca.

An & quo sensu herbæ rideant?

Et dixerat *Eclog.* IV.

Mistas, ridenti colocasia fundet acantho.

Lege Macrobium *Sat.* 6. *cap.* 6. Canit Lucretius *lib.* 5.

Præsertim cum tempestas ridebat & anni
Tempora pingebant viridanteis floribus herbas.

הפעיל: Hiphil Hebræorum quid sit?

In his & aliis locis verbum *ridere*: quod hominum proprium est, herbis, floribus, undis, &c. adtribuitur, quod risus sit lætitiæ signum, & nos illa quæ ridere dicuntur, lætificent. Stando Hebrææ Grammaticæ possemus dicere in hujusmodi locis *ridere* habere vim conjugationis *Hiphil*, & esse *facere, ut rideamus, & hilares simus.* Et hoc sensu loquutus est idem Virgilius Georg. libr. I.

Quid faciat lætas segetes, quo sydere terram. &c.

Vbi quærit, Quid faciat, ut segetes illam pulchritudinem adipiscantur, quæ nos lætos reddit?

An membra Deo possint attribui? Cur illa sacra scriptura sanctè adtribuat Deo? Et Alcoranus sacrilegè?

Periculosè utimur Metaphoris apud illos, qui sensum proprium nesciunt ab improprio distinguere. Et hinc patet Sacram Scripturam quia legitur Christianis, sine periculo membra Deo attribuere [Caput 1. Corinth. 11. 3. Oculos *Deut.* 32. 10. & 1. *Reg.* 8. 29. & 52. & *iterum Paralip.* 6. 20. 40. & 7. 15. Nehemiæ 1. 6. Iob. 10. 4. Psalm. 17. 2. & 33. 18. & 34. 16. *Proverb.* 15. 3. *Isaia* 49. 16. *Zach.* 22. 4. & 1. *Petr.* 3. 12. Faciem, *Psalm.* 27. 8. 9. & 31. 17. & 89. 15. Aures, *Psalm.* 31. 3. & 34. 16. Alas *Deuter.* 22. 40. *Psalm.* 17. 8. & 57. 1. Pedes *Psalm.* 18. 7. & 110, 1. *Matth.* 22. 44. *Actor.* 2. 34. 35. & 1. *Corinth.* 15. 25. 27. *Hebr.* 1. 11. & 10. 13. *Isaia* 66. 1. &c.] & Alcoranum, quia Mahometanis legitur,

legitur, sacrilegè & scandalosè: quia, cùm Saraceni Deum corporeum delirent, membrorum in Deo nomina, id ipsum significant, quod sonant. Hausit Mahometus hunc errorem ab Ethnicis, nam ipsi, tametsi se non colere ipsas Statuas dicerent, sed Numina per eas significata; nihilominùs, quia carebant spiritualitatis conceptu, putarunt illa esse materialia. Ipsamet Simulachra esse adoranda videtur judicasse Martialis: ait enim *lib.* 8.

An Ethnici ipsamet materialia simulacra coluerint?

Qui finxit sacros auro vel marmore vultus,
Non facit ille Deos, qui colit ille facit.

Quid sit illorum opinione Divinitas?

Ergo Divinitas ad Martialis mentem est quædam denominatio extrinseca à cultu adorantium proveniens. Dari reverà Deos, & hos Imaginibus significari, sentiebat Ovidius: nam *lib.* 1. *Pont.* 8. cecinit.

An adoraverint personam per imaginem significatã?

Sic homines novêre Deos, quos arduus Æther
Occulit, & colitur pro Iove forma Iovis.

Sed hic ipse Iupiter, qui in suâ formâ seu simulachro, ut monet Ovidius, adoratur, est materialis & corporeus? Asserit Ovidius 2. *Pont.* 8. his verbis.

Felices illi, qui non simulachra, sed ipsos,
Quique Deûm coram corpora vera vident.

An putaverint Deos esse corporeos?

Ergo periculosè coram Ethnicis de oculis, auribus, & aliis membris Divinis dissereretur: quæ enim Metaphoricè dicta, ab illis in sensu proprio & pseudodoxo sumerentur.

Ne in re tantâ ex inadvertentiâ, aut adlucinatione aliquèm errorem committas, poteris auscultare Iosephum Langium, qui *in Floril. Verbo* Deus, *mihi column.* 775. Sic inquit. [De hoc dicendi genere notetur Regula, *Membra corporea, & Humanæ passiones seu affectus, qui Deo tribuuntur, semper incorporaliter significant: & ut plurimum secundum effectum sui generis intelligi debent*: Quæ Figura vulgò ἀνθρωποπάθεια vocatur: potestque etiam ad Metaphoram, vel Metonymiam referri, ut causa pro effectu quasi ponatur.] Ego autem dico Deum habere oculos virtuales, aures virtuales, manus virtuales; nam licèt

Qualis Figura sit ἀνθρωποπάθεια?

An Deus habeat mẽbra virtualia?

non habeat, ut hominum miserias sciat, eorum preces auscultet, & miseriis subveniat, ita se habet ac si innumerabiles oculos, infinitas aures, & manus immensas haberet.

An, & cur Rhetorici modi dicendi sint puri à mendacio?

ET, si severus quidam Cato interroget; *Cur non debeant isti flores Rhetorici, qui Ironiâ, Hyperbole, Metaphorâ, aut hujusmodi aliis Figuris exornantur, accenseri mendaciis?* Et, si pro opinione suâ producat Agathiam *lib.* 3. dicentem; *Illud deceptionis perspicuum est argumentum, quod qui falsa persuadere velit, majori quodam verborum ornatu & varietate indiget, quibus veluti delinimentis utatur, ut desipientes pelliceat.* Quibus verbis Eloquentiæ splendores condemnare videtur, respondebo ex Tullio, *Mendacium esse falsam verborum prolationem cum intentione fallendi.* Ergo est necessarium, ut mendacium verisimile sit, unde Annal. lib. 1. Tacitus. *Speciosa verbis, re inania & subdola, quanto majore veritatis imagine teguntur, tanto erumpunt ad infensius servitium.* Longè ergo absunt à mendacio colores. Quoniam, si mendacium postulat ut veris similia dicantur: & Figuratus sermo postulat, ut sit in Grammatico rigore ἄπιστ, *omnem fidem excedat*, tunc enim à Rhetorica restringitur, & ad congruam excellentiam reducitur. Consequens erit, ut nullum sit in sermone figurato mendacium.

Mendacium ut decipere possit debet habere Veritatis imaginem.

Figuræ debent asserere rem impossibilem.

Illo uti solent homines & agendo seriò, & jocando. Et in neutro arguuntur: non enim sunt mendacia, quæ dicuntur per jocum, nam jocus ipse voces ad sensum opportunum restringit. Augustinus *lib. q. Genes.* [Et habetur 21. *Quod autem*,] rem clarissimè edisserit. *Mendacia à mendacibus seriò aguntur, non joco. Cùm autem quæ non sunt, tanquam sint, joco dicuntur, non deputantur mendacio.* Et quia in orationibus Rhetoricis, cùm maximè seriò loquimur, videremur jocari, nisi verba acceptione debitâ temperarentur; ideò ipsa dicendi pompa postulat, ut verborum significatio restringatur, quod tam verum, & universale est, ut *ad Cant.* dixerit Augustinus,

Non sunt mendacia, quæ dicuntur jocosè.

Quidquid

Quidquid figuratè fit, aut dicitur, non est mendacium. Interim Figuræ debent esse modestæ, & communi Oratorum phrasi accommodari; nam, si insolentes sint, ero Ego Agesilaus: narrat enim Plutarchus *in Lac. apophth.* & ex eo Erasmus *libr.* 1. laudanti quendam Rhetorem, quod res tenues ita sciret amplificare, ut vel muscam, si vellet, in elephantem verteret, Agesilaum dixisse; *Ego sanè, ne sutorem quidem arbitror bonum, qui parvo pedi magnos induat calceos.*

Nec illa, quæ figuratè edisseruntur.

Condemnantur, nisi sit sobrius troporum & figurarum usus.



ARTICVLVS III.

Rationibus sub initium objectis satisfacit.

SYLLOGISMVM Adversarij ponebant, quo intentum evincerent; si Minorem probassent. Illam suadere conabantur argumentis ex Sacrâ Scripturâ desumptis, quæ Lectorem ad *δίσχωλον λόγον, utrimque claudicantem Rationem* reducebant: ad Dilemma videlicet, *vi cujus vel concessurus esset in Verbis Canonicis reperiri mendacia, vel illa per aliquam Mentalem Restrictionem præservari ab hac maculâ.* Et, cùm à Viro Christiano dici non possit illud prius, inferebant debere affirmari hoc posterius. Nostrum autem impræsentiarùm erit demonstrare clarissimè, verba illa, de quibus disputatur, per Consignificantes Circumstantias præservari à mendacio, nec esse cur à prætensâ & nunquam bene probatâ Mentalium Restrictionum Hypothesi excusatio sumatur. Profectò Adversarij argumentabantur 70

Ad probationes Minoris respondetur.

Quid sit λόγος δίσχωλος?

Intentum Authoris quale?

PRIMÒ occurrit generalis illa doctrina, quæ sumebatur ex Vatablo: & respondeo restrictè illum loquutum fuisse: non enim ubi sensus est anceps, sed ubi nulla est amphibologia, subticentiam admittit: Ergo sub-

Subticentia in rebus, quæ non sunt am-

bigua, non indiget Restrictione Mentali.

ticeri docet vocem, quam adjacentes consignificarunt circumstantiæ: ait enim; *Frequens est Hebræis, in rebus non ambiguis aliquid subticere.* Igitur extra chorum tripudiat, qui hinc probare Mentales Restrictiones conatur, quarum usus, si daretur, solas res ambiguas concerneret.

Quid sit creare?

An illud בראשית ברא *sit in principio creandi?*

Et primò in illâ periodo; *In principio creavit Deus Cœlum & Terram*, nihil subintelligitur; nam cùm *Creare* sit *rem facere ex nihilo*, prima creatio fuit omnium rerum principium. Et non displicet illa hujus loci Interpretatio, quam idem Vatablus adjunxit. [Alij dicunt בראשית conjunctum esse, (quod aliàs vocant *esse in regimine*) cum sequenti verbo ברא & vertunt; *In principio creandi Deum*, &c. id est, *In principio, quo creavit Deus*, &c. hoc est; *Cùm primùm creavit Deus*, &c.] Et subjungit. [Vtriusque versionis idem est sensus.] *Præterea*, in illo Iobi loco nihil omninò subticetur, quod reddat sensum dubium, nam litera est evidens & manifesta. Ibi enim lego. *Sit nox illa* (videlicet, *in quâ dictum est*, *Conceptus est homo*) *solitaria, nec laude digna. Maledicant ei*, &c. *Obtenebrentur stellæ*, &c. *Quia non conclusit ostia ventris, qui portavit me*, &c. Et quis hîc, quæso, subticentiam, aut Mentalem Restrictionem inveniet? *Denique* alius locus ex Isaiâ desumptus doctrinæ Restrictionum non favet: aliud enim est, loquentem nolle aliquid exprimere, & aliud restringere. Cùm dico; *Aliquis dabit tibi cras centum aureos*, vel in voce passivâ; *Cras dabuntur tibi centum aurei.* Si res ita se habeat, non mentior, nec utor Restrictione Mentali. Sed dico, quæ volo, & quæ non volo dicere, taceo. Ergo, si res bene intelligatur, in illâ propositione *abstractio* fit, & ut omnes Philosophi [a] testantur; *Abstrahentium non est mendacium.* Vnde silentium, si opportunum sit, inter virtutes numeratur. Ovidius 2. *de Arte.*

> *Eximia est virtus præstare silentia rebus:*
> *Et contrà, gravis est culpa, tacenda loqui.*

Ergo ad locum Isaiæ redeundo, in illis verbis *Accipiet opes Damasci.* Vel ut habet Vulgatus; *Auferetur fortitudo Damasci*

a] Illud Principium desumitur ex Aristotele, qui lib. 2. Physic. illud edisserit. Et sicut fit Abstractio mente, ita & fit linguâ: quoniam, si Petrus sit Musicus & Philosophus, omnes istæ Propositiones erunt veræ, *Petrus est Musicus. Petrus est Philosophus. Aliquis homo est Musicus. Aliquis est Philosophus.* nô enim teneor dicere omnia, quæ scio.

Damasci; Abstractionem, sed non restrictionem invenio: voluit enim Dominus per Isaiam revelare Regi Achazio Damascum & Samariam esse citò expugnandas: non tamen expressit, à quo: quia noluit tunc hanc circumstantiam manifestare.

Docét nos suo exemplo Deus, non per Mentales Restrictiones amicos fallere, sed non omnia quæ sciuntur, esse statim dicenda; nam multa cum ædificatione silentur, & cum utilitate ignorantur. Hinc prodiit illud elegans Lemma, quod *in Apophthegmatis* Augusto Cæsari adscribit Plutarchus, & *lib.* 3. *Od.* ab Horatio usurpatūr, videlicet.

Est & fideli tuta silentio merces. *Tacere, ubi oportet, est virtus.*

Et hinc, qui hodie *Secretarij*, quod à secretis serviant, nominantur, olim *Silentiarij* sunt dicti: ut colligitur ex C. *de silentiariis*; ibi enim Iustinianus. *Viros Clarissimos Sacri nostri Palatij Silentiarios circa latus nostros militantes, de tutelis & curationibus excusari sancimus.* Vocabantur etiam *silentia*, Propertius enim, nisi locus corruptus sit, libr. 2. de bell. Pers. *Romani*, inquit, *ad ea, quæ quietis sunt in Palatio, Ministrum* silentium *vocant.* Et meritò *silentium* in abstracto dicitur, quod debeat silentium ex arte observare. *Qui fuerint olim Silentiarij?* *An etiam silentia sint dicti*

Pergo ulteriùs, & historiam illam Caini recognosco, quam objiciebant Adversarij. Illam sanè desumunt ex Lectione Canonicâ, sed supponendo ineptas insulsasque Rabbinorum fabulas. Cainum tandem à Lamecho occisum fuisse Hebræi asserunt; &, ut videantur verisimilia dicere καταπόλασμα suum his pigmentis exornant. [Erat Lamech venator: &, ut feram transfigeret, fuit ad montem egressus. A puero inter dumeti frondes stabulari cervum monitus, sagittam explosit, & hominem ibi laborantem confôdit. Vt errorem advertit, furòre percitus, fustibus puerum cæcîdit & occidit. Et hoc dicunt significari illis verbis; *Occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in livorem meum.* Condonemus, & transglutiamus hoc, licèt male condîtum. Sed unde colligunt Rabbini virum illum, quem sagitta confixit, fuisse Caïnum? Hoc verba *An, & quo modo Lamech Cainũ occiderit?* *Ostenditur hanc esse à Rabbinis cogitatam historiam.*

Vita longa est prærogativa à Deo Viris sanctis concessa.

ba sequentia non innuunt: nam Lamech, si occidisset Cainum, debuisset dicere; *Septupla ultio dabitur de Caino: ego igitur qui illum unicâ sagittâ confixi, septem transverberabor.* Sed dixit, *septuplum ultio dabitur de Cain: de Lamech verò septuagies septies*; quod sensum diversum importat. Ergo dicendum est cum multis Latinis Cainum non fuisse à Lamecho interemptum: cùm, quia hoc nec exprimitur, nec innuitur in Sacrâ Scripturâ: tum quia viri iniqui non dimidiant dies suos; & Cainus, si occisus à Lamecho fuisset, venisset ad nimiam senectam. Adami Genealogiam, quoad gradus necessarios proponamus.

Adami per necessarios gradus texitur Genealogia.

			Ann. M.
ADAM		130.	130. *æ*
Cain.	*Seth.*	205.	205. *æ*
			335. *m*
Henoh.	*Enos.*	190.	190. *æ*
			525. *m*
Irad.	*Cainan.*	170.	170. *æ*
			695. *m*
Maviael.	*Malaleel.*	165.	165. *æ*
			860. *m*
Mathusael.	*Iared.*	162.	162. *æ*
			1022. *m*
Lamech.	*Henoch.*	165.	165. *æ*
	Summa.	1187.	1187. *m*

Exponitur Tabella præcedens.

Correspondent hi numeri LXX. Interpretibus, quos Nicephorus, & Eusebius sequuntur. Et in hac Genealogia quatuor Columnas respicis. Prima exhibet posteros Caini per suos gradus, & annos non determinat, nam illos Moyses meritò numerare non voluit: secunda posteros Sethi per suos gradus proponit. Tertia determinat ætatis annum, quo unusquisque Patriarcha, genuit Patriarcham sequentem. Quarta & ultima habet eosdem numeros

numeros affectos literâ *a*, quæ *ætatem* significat. Interseruntúrque in ipsâ alij numeri, sub litera *m*, qui determinant, quo anno *mundi* Patriarcha immediatè præcedens Patriarcham immediatè subsequentem genuerit.

In Caini posteris Moyses non enumerat annos. Et cur? Illi per analogiam plus minus colliguntur ex Sethi posteris.

Porrò non merebatur linea Cain tantam diligentiam ut anni illorum, qui in illâ erant, recenserentur: ad nihil enim hæc Historiographo diligentia serviret, siquidem in diluvio perierunt universi. Interim, quia modò de ætate Caini differitur: ne nimiùm abludamus à vero, generationes à Caino, sicut à Setho per similia annorum intervalla processisse verisimiliter supponamus. Henochius, ababnepos Sethi correspondet Lamecho, & natus est anno Mundi 1022. Ergo Lamechus ababnepos Caini natus est hoc anno Mundi, vel circa. At anno Mundi 15. natus fuit Cainus. Numeraret ergo annos 1007. cùm nascebatur Lamech. Erat tunc ætas communis hominum 900. annorum. Ergo, si in senectute suâ Lamechus occidisset Cainum, annum suæ ætatis 1600. plùs minùs numerantem. Et quis hoc credat; cùm Mathusalah, quo nemo diutiùs vixit, morbo diem ultimum clauserit, anno ætatis suæ 969?

Quomodo perierit Cainus?

Sed quomodo periit Cainus? Non illum dignum iudico, ut propter ipsum multos Authores legam. Qui in diluvio eum periisse asserunt, obnoxij fiunt rationi, quam proponebam: non enim videtur possibile ut sceleratissimus atheus, & fidelium inimicus acerrimus, tamdiu vixerit. Accidit totius mundi inundatio anno 1656. David Origanus *in Ephemerid. Introduct. libr. 1. cap. 1. pag. 9.* [Noach, cùm ageret annum 600. cœpit Diluvium, eodemque completo desiit: unde summa est annorum 1656. completorum, à condito mundo ad cataclysmi finem: quam & Hebræi amplectuntur.] Numeraret ergo tunc annos 1641. (nam anno Mundi quinto decimo est natus) & quis crederet eò usque perventurum fuisse. Ergo dicendus est suo morbo extinctus, & ivisse ad gehennam, ut suo malo experiatur, an sint pœnæ constitutæ pro improbis?

An in diluvio submersus fuerit?

quas suos ipse posteros nullas esse docebat.

Ruit Adversariorum Obiectio. Hinc collige, ruere totam rationem primam, ab Adversariis positam, ut mentales Restrictiones protrudant. Nam, si Caim non fuit occisus à Lamecho, cessant omnia, quæ ibi adducuntur.

An primus, qui in Infernum lapsus, fuerit Cainus? Et hîc obiter nota, opinionem communem, quæ asserit, Cainum fuisse primum, qui in infernum prolapsus, non esse certam. Primus infidelis ipse fuit, & infidelium progenitor, magisterque; sed non fuit impossibile, ut aliquis eius filius, aut nepos, ante illum fuerit mortuus, & ut D. Franciscus de Quevedo loquitur, *huviesse ganado la palmatoria en el infierno.*

An Ægyptiæ Obstetrices mentitæ sint? AD PRIMAM Confirmationem respondeo aliquos cum Augustino fateri Obstetrices Regi fuisse mentitas: inquit enim in Psal. *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.] Sunt mendacia quædam pro salute vel commodo alicuius, non malitiâ, sed benignitate: ut Obstetrices, quæ dixerunt pro filiis Israël falsum Pharaoni. Hæc autem mendacia, non in re, sed in dolo laudantur; & qui sic mentiuntur, merebuntur aliquando ab omni mendacio liberari.* ECCE (1) non indigemus aliquâ Restrictione mentali, si cum Augustino Obstetrices illas mentitas fuisse asseveremus. ECCE (2) unus & idem numero actus, non solùm potest esse simul bonus & malus, sed meritorius & demeritorius: nam, ut alibi exposui, Salmanticæ ille Magnus Vir, Angelus Manrique, me præsente, in scholâ dictauit, esse possibile, ut quis actum contritionis eliceret cum levi vanæ-gloriæ maculâ, ut recuperaret æstimationem boni viri apud Angelos. Et scitè intulisse hunc actum contritionis animam justificaturum, & vitam æternam promeriturum; quia Charitatis supernaturalis actus esset: & promeriturum temporalem in purgatorio pœnam, quia veniali vanæ-gloriæ labe macularetur. Hanc doctrinam firmat hæc Augustini Resolutio: nam illarum Ægyptiarum verba, erant simul bona & mala: bona, quia officiosa; mala, quia mendacia: quia bona, præmium; quia mala, supplicium merebantur. Vnde S. Gregorius locum

An unus numero actus bonus simul & malus esse possit? An meritorius, & etiam demeritorius simul?

Exodi

Exodi exponens, Augustinum sequitur: inquit enim. *Nonnulli Obstetricum mendacium conantur asserere non esse peccatum, maximè, quia illis mentientibus scriptum est*, quòd ædificavit eis Dominus domos, *in quo magis recompensatio cognoscitur, quàm medacij culpa mereatur.* * *Nam benignitatis earum merces, quæ eis in æterna potuit vita retribui, præmissâ culpâ mendacij in terrenam est compensationem declinata.* Ecce (1) Gregorius adducit aliquorum sententiam, qui suo ævo dicebant, Obstetrices Æyptias mentitas quidem fuisse, sed non peccasse: vel, quòd putaverint, minimè numerari inter culpas officiosa mendacia: quæ multorum veterum opinatio est; vel quòd tametsi, etiam mendacium officiosum esse peccatum senserint, à posteriori collegerint Deum cum illis ut mentirentur dispensasse: nam potuissent ratiocinari sic. *Omni peccato, non præmium, sed supplicium debetur. At Obstetricum mendacio, non supplicium, sed præmium datum est. Ergo illud mendacium non fuit peccaminosum. At cùm in octavo Decalogi Canone omne mendacium interdicat Dominus, ut maneat eas sine peccato protulisse mendacium, habuisse Divinum consilium (dispensationem) dicendæ sunt: nam licèt nihil de hac dispensatione in Sacrâ Scripturâ legatur, illa ipsa ex his quæ leguntur, per necessariam consequentiam infertur.* Et, ne temerè illos ratiocinari aliquis dixerit, dabo Bernardum, qui *libell. de præcept. & disp. c. 3. n. 6.* in aliâ materiâ, sed simili, eodem prorsus modo adialecticatur. *Vnde & unum exemplum pono, quod occurrit de Sampsone, qui se ipsum unà cum hostibus opprimens interfecit. Quod utique factum, si defenditur non fuisse peccatum, privatum habuisse consilium* (dispensationem) *indubitanter credendus est, etsi de Scripturâ id non habemus.* Et cur? nam sequitur necessariò ex hypothesi. Ecce (2) aliquid deesse videtur, quod fuerit ob incuriam Exscriptoris omissum: nàm, ubi stellula * ponitur, desiderantur verba, per quæ ab opinione illorum, quos citat ad propriam transeat. Ecce (3) in mendacio officioso benignitatem reperit, & fallaciam: & illam asserit, esse, si cætera necessaria adessent, & abesset hæc, æternâ vitâ dignam;

An mentitæ fuerint Obstetrices, & tamen mentiendo non peccaverint?

Putarunt Veteres non esse mala officiosa mēdacia.

An concesserit Obstetricibus Deus, ut sine peccato mentirentur?

An peccaverit Sampson se occidendo?

Iudic. 16. g.

An mendacium officiosum sit simul bonum & malum?

dignam; at quia illa ipsa benignitas infecta erat fallaciâ, ne omninò præmio destitueretur, in hac fuisse vitâ coronatam.

Non respondent directè Obstetrices, sed subterfugiunt difficultatem.

Ad eamdem ego Confirmationem ex propriâ sententiâ RESPONDEO PRIMÒ, me percipere manifestum in verbis Obstetricum mendacium: non enim ipsæ directè respondent Pharaoni dicentes, *Nullum conservavimus marem.* Sed interrogationem eludunt, & subterfugium quærentes, & invenientes, dicunt, *Non sunt Hebrææ, sicut Ægyptiæ mulieres; ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, & priùs quàm veniamus ad eas, pariunt.* Quæ responsio, cùm sit indefinita, & in materiâ contingenti, æquivalebit Particulari Propositioni, & erit vera, etsi de aliquibus non verificetur: nam hæc *Homo currit*, non æquivalet huic, *Omnis homo currit.* Sed huic, *Aliquis homo currit.* Et quis audeat negare Hebræas plurimas, ne suos infantes morti exponerent, aut omninò sine obstetrice peperisse, aut ab aliis mulieribus Iudæis adiutas, non eguisse adsistentiâ Ægyptiarum. RESPONDEO SECUNDÒ, illas sine mendacio potuisse directè respondere, & dicere, *Nullum conservavimus marem.* Et id probo clarissimè. Accusantur inobedientiæ criminis Obstetrices Ægyptiæ: citantur: comparent: & illas Iudex (nempe, Rex Pharao) examinat dicens. *Quidnam est hoc, quod facere voluistis*, &c. de crimine inquirit: & illa verba, *Quidnam est hoc?* per Iudicis personam, per tribunalis consignificantem circumstantiam restricta, æquivalent his, *Quodnam crimen est hoc*, &c. Et posteà, quia Responsio per interrogationem restringitur, illa verba (etsi illæ illa dixissent) *Nullum conservavimus marem:* æquivalerent his, *Nullum criminosè conservavimus marem.* Quæ profectò fuissent vera, si dicta. Vide quæ *num.* 27. *loc.* 1. *&* 4. item. *num.* 29. diximus, & quæ *num.* 139. dicemus.

Propositio Indefinita in materiâ contingenti æquivalet Particulari.

An sine mendacio directè respondere potuerint?

Verba per personam, locum, & interrogationem, restringerentur.

An, & cur mentitus nō fuerit Eliseus?

AD SECUNDAM Confirmationem respondeo, nullâ me egere Restrictione mentali, ut Elisei verba carêre mendacio, demonstrem. Illa erant. *Non est hac via, nec ista est civitas; sequimini me, & ostendam vobis virum, quem quæritis.*

quæritis. Hic locus 4. *Reg.* 6. 18. & alterum *Genes.* 19. 11. esse similes, me monet Grotius. Porrò Eliseus alloquebatur milites *percussos cæcitate.* Grotius *Scotomate.* Aven Esra apud Munsterum ait בסנורים *esse* מחשך העין והלב : *caliginem oculorum & cordis.* Vatablus: Cœcitatibus. בסנורים. *Plurali utitur ut ostendat magnâ cæcitate fuisse percussos.* Ergo, siquidem illi milites, qui missi, veniebant, ut Elisæum reperirent, & caperent, & vinctum ad suum Regem deferrent, Prophetæ verba cœcis dicta, & per circumstantias adiacentes restricta, istis æquivalent. *Venitis, ut Eliseum capiatis; nec eum capere potestis, nisi illum videatis, & cognoscatis. Et reverâ non est hæc via, nec ista civitas, in quâ illum videre, cognoscere & invenire poteritis: sequimini me & ostendam vobis (faciam, ut videatis, & cognoscatis) virum, quem quæritis.* Rem considera. Erant cœci, nec visuri Eliseum; nisi in mediâ Samariâ. Ergo ad videndum & inveniendum Eliseum, non erat via, illa quæ ducebat in Dothan: nec Dothan erat civitas, in quâ illum erant visuri & inventuri, sed Samaria. Ergo bene dixit, *Sequimini me, & ostendam vobis (faciam, ut videatis) virum, quem quæritis* Ergo bene & sincerè loquutus fuit Eliseus; nec, ne mentiretur, indiguit Restrictione Mentali.

Quid eius verba importent

Si festines, omitte subsequentes lineas, & ad Argumenti II. solutionem te confer, me enim invitat Eruditio, ut interrogem, quomodo isti milites *obcæcati sint.* Audi Lucam narrantem, quomodo obcœcati fuerunt Discipuli, qui Emauntem divertebant. οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτόν· *Oculi illorum tenebantur, non agnosere (ne agnoscerent) eum.* Ita *cap.* 24. *vers.* 16. & *vers.* 31. Αὐτῶν δὲ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτόν. *Eorum autem aperti sunt oculi, & cognoverunt eum.* Modò *ad lib.* 4. *Reg.* 6. 18. transeamus. Syriæ Rex miserat numerosum militem, ut Eliseum caperet. Considera illud *ut.* Et verba Sacri Textûs legamus. *Eliseus oravit ad Dominum dicens, Percute, obsecro, gentem hanc cæcitate. Percussitque eos Dominus, ne viderent, iuxta verbum Elisei.* Ergo cœcitas erat relativa, & *videre* ponitur pro *cognoscere.* Ergo, si

DIGRESSIO I. De cœcitate militum Syrorum.

An absoluta fuerit, an relativa tantummodo?

Qualis fuerit an cœcitas discipulorum, qui venerunt Emauntem

phrasi, quâ usus fuit Lucas, utar, sic locum rescribam. *Eliseus oravit ad Dominum dicens. Tene oculos gentis huius, ne agnoscat me. Et tenuit illius gentis oculos Dominus, ne agnoscerent eum, iuxta verbum Elisei.* Quia, si omninò erant cœci, & nihil prorsus videbant, quomodo illis dixit, *Sequimini me?* bene enim sequi, quem non cognoscebant; non autem, quem non videbant, poterant. Firmat hoc oculorum apertio; nam sicut Emauntini, sic Syri milites visum recuperarunt. De illis Lucas. *Aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt eum:* & de his Liber Regum citatus. *Aperuitque Dominus oculos illorum, & viderunt* (cognoverunt) *se esse in medio Samariæ.*

DIGRESSIO II. An hunc Ovidius locum legerit, & metro expresserit?

Vt hunc locum dilucidarem, relegi Caput XIX. Geneseos, & cum vers. 17. & in illo verba hæc considerarem, *Salva animam tuam; noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione: sed in monte salvum te fac*, visus est mihi Ovidius, qui plurimos Sacræ Scripturæ locos, quâ voluit libertate, in Transformationum libro deformavit, hunc legisse, & sequentibus numeris expressisse.

Ovid Metamorph. 8.

—— Meritasque luet vicinia pœnas
Impia, dixerunt, Vobis immunibus huius
Esse mali dabitur: modò vestra relinquite tecta:
Ac nostros comitate gradus, & in ardua montis
Ite simul, &c.

71 *Transcendentalia, quia ubique debent subintelligi, non solent semper expressè poni.*

SECVNDÒ eamdem minorem probare volebant ex Ionæ verbis, *Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur.* Et tamen Ninive non fuit subversa.

Respondeo esse aliquos conceptus transcendentales, qui quoniam omnia pervadunt, non debent explicari in singulis, sed subintelligi. Homo essentialiter est creatura, & tamen id ipsum in Hominis definitione non exprimitur, quoniam à nemine ignoratur, & ab omnibus subintelligitur. Sic etiam de furore Numinis est philosophandum: Misericordia illum permeat & transcendit: quoniam cùm iratus fuerit misericordiæ recordabitur.

Deus, Iudex clementissimè severus est.

Dicit

Dicit Dominus. *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat.* Et apud Isaiam 55. b.7. *Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & revertatur ad Dominum, & miserebitur ejus: & ad Deum nostrum, quoniam multus est, ad ignoscendum.* Et Ioël 2. cap. 12. *Convertimini ad me in toto corde vestro, in jeiunio & fletu & planctu: & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, ait Dominus Omnipotens.* Ergo in omnibus Diuini consilij decretis, tanquam circumstantia transcendentalis subintelligitur; *Hæc mala vobis evenient, nisi egeritis pænitentiam.* Vel interrogo: Si Deus volebat civitatem subvertere, quare per suum Prophetam inclamabat, *Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur?* Cur non illam statim subruebat, sed concedebat dierum quadraginta inducias? Respondeat S. Benedictus in Regulæ Prologo. [*Exspectat nos quotidie*, ait, *his suis sanctis Monitis, factis nos respondere debere. Ideò nobis propter emendationem malorum huius dies vitæ ad inducias relaxantur, dicente Apostolo*: An nescis, quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? *nam pius Dominus, dicit*; Nolo mortem peccatoris; sed, vt convertatur, & vivat, *&c.*]

Cur non statim Deus Ninivem subverterit, sed concesserit quadraginta dies?

S. Benedictus in Regula prologo.

Cur Dominus inducias concedat?

Et hoc ipsum non ignorabat Ionas, qui *cap.* 2. dum adhuc esset in ceti ventre, oravit Deum & dixit. *Clamavi de tribulatione meâ ad Dominum, & exaudivit me: de ventre inferi clamavi, & exaudivit vocem meam.* Exauditus est Ionas: & præcipiente Domino à ceto evomitur; vadit, quò mittebatur, & exclamat, *Adhuc dies quadraginta, & Ninive subvertetur.* Voluisset Ionas hanc à Deo fulminatam sententiam esse definitivam, sed se præuidisse fore comminatoriam fatetur *cap.* 3. dicens: *Obsecro Domine, numquid non hoc est verbum meum, cùm adhuc essem in terrâ meâ? Propter hoc praeoccupavi, ut fugerem in Tharsis: scio enim, quia tu Deus clemens & misericors es, patiens, & multa miserationis, & ignoscens super malitiâ. Et nunc Domine, tolle, quæso, animam meam à me; quia melior est mihi mors, quàm vita.* Comminatoriam illam esse, & conditione subnixam, cognovit Rex & populus; nam, ut *cap.* 2. legitur. *Crediderunt Viri Ninivitæ in Deum, & prædicaverunt jejunium, & vestiti*

An ignoraverit Ionas Prophetiam esse conditionatam?

An illam aliter Ninivitæ, quàm conditionatè intellexerint?

Convertuntur ad Deũ, & agunt pænitentiã Ninivitæ?

stiti sunt saccis à majori usque ad minorem. Et pervenit verbum ad Regem Ninivæ, & surrexit de solio suo, & abjecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere, &c. Sed quæ erat conditio? quam ipsi purificarunt; nam sensus externus Prophetiæ erat hic. *Adhuc quadraginta dies ad inducias Ninivæ conceduntur: si non egerit pænitentiam, subvertetur.* Populus contritus & humiliatus in jejunio & cilicio misericordiam postulabat: & unusquisque ex corde profundo dicebat.

Te Deus imploro, qui blandè crimina tractas,
Culpa mea est ingens, sit tua larga manus.
Peccavi: fateor: doleo. Tu Rector Olympi
Tot culpas solitus tollere, tolle meas.

Et eis Omnipotẽs veniam concedit.

Et tunc Deus, qui, cùm irascitur, misericordiæ recordatur, *vidit opera eorum, quia conversi sunt de viâ suâ malâ, & misertus est super malitiam, quam loquutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit.* Ionæ 2.c.10. Ergo, si illa prophetia erat comminatoria, & hoc universi noverunt, non indiguit Restrictione mentali. Sic loqui, sic resolvere didici à S. Hieronymo qui *in Ezech. cap.* 33. agit de Revelationibus comminatoriis: & ad illam Objectionem; *At prædixit aliquid Deus*, respondet, dicens. *Non prædixit, ut veniat; sed, ne veniat: & ideò comminatur, ut convertatur ad pænitentiam cui minatur.* Et S. Augustinus *in Daniel. cap.* 2. Ionæ Historiam dilucidat & ait. *Ad preces Ezechiæ & Ninivæ, Dei sententia commutata est: non vanitate* (fortè, *varietate*) *judicij, sed eorum conversione, qui meruerant indulgentiam.* Bene monet: quia, cùm Deus immutabilis sit, & tamen videatur mutare sententiam, quod sine reali mutatione non accidit, hanc mutationem fieri in creaturis asserit, & Deum non nisi extrinsecùs denominare. Audi iterum Augustinum. *Deus etsi dicitur statuta mutare* (*unde tropicâ loquutione in Scripturis Sanctis etiam pænituisse legitur*) *juxta id dicitur, quod homo speraverat, vel naturalium ordo Causarum gestabat: non juxta id, quod se Omnipotens facturum esse præsciverat.* Ita S. Pater *libr.* 14. *de Civit. cap.* 11. Et iterum *lib.* 22. *cap.* 1. sed clarius. *Cùm Deus mutare*

An prædixerit, quæ non erant futura?

An Deus sententiam mutet?

An illam mutando mutetur?

Cur Deus pænituisse dicatur?

tare dicitur Voluntatem, ut quibus lenis erat, v.g. reddatur iratus; illi potiùs [a] *quàm ipse mutantur; & eum quodammodo mutatum* (non quidem in se ipso, sed in se ipsis.) videlicet, *in his, quæ patiuntur, inveniunt. Sicut mutatur sol oculis sauciatis, & asper quodammodò ex miti, & ex delectabili molestus efficitur; cùm ipse apud se ipsum maneat idem, qui fuit.* Exponit hoc exemplum & firmat ipse sol, quoniam sine immutatione sua habet varios & diversos effectus: lutum enim, ut alia omittam, indurat, ceram dissoluit.

a] Illud potius ad versativum, & non comparativum est.

Exemplum à sole desumptum.

TERTIÒ illa eiusdem minoris probatio, quæ ex Ioannis septimo sumebatur, nihil omninò evincit. Dicit Poëta, *Fratrum quoque gratia rara est.* Et Evangelista, *Neque enim fratres eius credebant in eum.* Instabat Scenopegia (festum tabernaculorum) & urgebant eum fratres (quo nomine non *uterini fratres* ut blasphemabat Ebion, sed *cognati* intelligendi sunt: nam Ebion Hæresiarcha antiquissimus, voluit sternere Novatoribus viam ut scirent totam Hæreticorum Theologiam Grammaticis adlucinationibus succollari.) ut in Iudæam adscenderet, concionaretur, & miracula faceret, & applausum populi consequeretur. Dicebantque: *Transi hinc & vade in Iudæam, ut & Discipuli tui videant opera, quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse* (quicumque) *in palam esse, si hæc facis, manifesta te mundo.* Ergo petebant, ut palam & publicè adscenderet, vt publicè prodigia faceret, ut & ipsi utilitatem, aut saltem gloriam aliquam consequerentur. Respondit Christus: *Non ascendam.* Et, quia ex Conclusione X. Responsum ab Interrogatione restringitur & limitatur, respondit, *Non adscendam palam & publicè.* & posteà quomodo adscendit, An palam & publicè? Minimè. Audi Sacram Historiam. *Vt autem adscenderunt fratres eius, tunc & ipse adscendit ad diem festum, non manifestè, sed quasi in occulto.* Et hîc considera, quantâ providentiâ posuit illa verba ultima Evangelista, ut tolleretur contradictio, & ut præcluderetur nostris 72

Scenopegia, quod festum fuerit

Qui fuerint, qui Christi fratres vocabantur?

Quid ab eo peterent?

Quid eis Christus responderit?

Quod dixit, præstitit.

Cur Apostolus promiserit se

Corinthum rediturum esse, & cur illuc non rediit? Antagonistis via, ut mentales Restrictiones protruderent.

Ad Confirmationem, quæ ex illis Apostoli verbis, *Veniam ad vos*, desumebatur: jam S. Augustinus (ut habetur 22. *quæst.* 2.) respondit; & eius nos verba alibi dedimus: nullâ enim Paulus restrictione fuit usus, sed scripsit, prout sensit. Cùm illam dictavit Epistolam, volebat redire Corinthum, veracitatem ergo in loquendo servavit. Fuit posteà captus: Romam missus: & ibi martyrio coronatus, Corinthum redire non potuit. Paulum ergo non mentalis restrictio, sed impotentia à mendacij maculâ liberavit. Proderit audire S. Hieronymum, qui *lib. 2. in Hierem.* dirimit hanc quæstionem his verbis. *Aliud est iurare falsum, & aliud est iurare in dolo. Non enim omnis, qui aliter facturus est, quàm promittit, in dolo iurat. Licèt enim Apostolus Corinthiis promitteret,* Veniam ad vos, *non tamen in dolo iuravit, aut mendaciter promisit. Ille autem in dolo iurat, aut mendaciter promittit, in cuius mente est, non sic se facturum, ut promittit. Ille autem, qui promittit falsum, quod putat verum, nec in dolo iurat, nec mendaciter promittit.* Ecce S. Pater asserit, Apostolum non fuisse mentitum. Sed cur? si mentalium restrictionum approbasset opinionem, asseruisset, Paulum, cùm linguâ dixit, *Veniam ad vos*, scivisse quidem se non esse venturum, habuisse tamen in mente hanc conditionalem positionem, *si potuero*. Quæ priorem restringeret. At non init hanc viam Hieronymus, sed ait tunc verè Paulum voluisse redire, non prævidisse impedimenta, & ideò sanctè & veraciter, quod non erat facturus promisisse.

S. Paulus, cùm dixit, Veniam ad vos, *habebat veniendi intentionem; sed ob supervenientem impotentiâ non stetit promissis.*

Quid sit mendaciter promittere?

An Restrictiones mentales S. Hieronymus admittat?

QVARTÒ historiam Emauntinam producunt. Illa verba, *Qui sunt hi sermones, quos confertis ad invicem, & estis tristes?* non innuunt restrictionem mentalem. Qui interrogat, non dicit se nescire, quæ petit: nam & Magister discipulos interrogat, non ut doctrinam discat, sed ut habeat occasionem illam illos docendi. Feria III. post Dominic. II. Quadr. cantamus. *Vnus est Magister in cælis*

Magister potest, & solet interrogare, quæ scit.

cælis Christus Dominus. Ergo Dominus noster Iesus-Christus, ut illius scripturas exponeret, & illarum verum sensum ostenderet, interrogationem interposuit. Ergo hinc nihil eruitis quod prædictis Restrictionibus favere possit.

Fingere; unde Figulus, quid sit?

Sed neque illa verba, *Finxit se longiùs ire*, Restrictionibus favent; nam ibi *fingere* est formare, ut scitè S. Gregorius Papa *homil.* 25. *in Evang.* exponit. Aitque: *Quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat à Fide, se ire longiùs finxit.* Fingere *namque* componere *dicimus, unde & compositores luti* figulos *vocamus. Nihil ergo simplex Veritas per duplicitatem fecit, sed talem se eis exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente.* Formavit ergo dictamen & voluntatem Christus pergendi ulteriùs, nisi ab illis invitaretur, & exciperetur hospitio. Invitarunt: mansit. Vbi est ergo vel minima mentalium Restrictionum suspicio? 73

Christus reverà volebat ulteriùs progredi, si à discipulis hospitio nõ exciperetur.

Volo addere unum brevem paragraphum ex P. Iosepho Mariâ Requesenio, qui *in* 1.2. *libr.* 3. *disp.* 20. *sect.* 5. *n.* 65. *pag.* 435. *a.* Sic inquit. [Bene advertit Ioannes Major *in* 1. *dist.* 43. *q. unic*: Angelum Tobiæ aliosque Angelos, & Angelorum Dominum Christum Iesum apparentes sub alienâ specie non intendisse hominum deceptionem, sed manifestationem alicuius veritatis modo congruo statui naturæ imperfectæ, quamuis per accidens subsequuta sit aliquando deceptio ex ruditate, aut malitia videntium, & audientium, sic dum Christus sub Peregrini specie finxit se longiùs ire, voluit aperire discipulis veritates scripturarum, quæ de ipso loquebantur: similiter cùm in scripturâ proponuntur exteriora signa visionum ac verborum, quæ fictionem, aut simulationem aliquam continere videntur, non est eorum signorum propositio ad finem decipiendi, sed reuelandi aliquod verum, ad cuius reuelationem sequatur per accidens falsitas modo explicato.] &, si in huiusmodi signis dicatur esse activa deceptio, etiam erit in omnibus metaphoris, in quibus non pauci decipiuntur: & hoc dici non potest. Ex illis

Cur D. N. Iesus-Christus, & Angeli appareant sub alienâ specie?

An obsit Veracitati, si aliqui fortè decipiantur per accidẽs.

Cur in Sacrâ Scripturâ signa visionum exteriora ponantur?

Verba Sacra Scripturæ

Si quando duos vel plures sensus habeant, per communem Patrum & Doctorum sententiam ad verum sensum restringuntur.

Geneseos cap. I. verbis, *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, & aliis locis in quibus Deo oculi, aures, manus, &c. adtribuuntur. Antropomorphitæ Deum habere figuram, & esse homini similem crediderunt: at fuit in ipsis scandalum receptum non datur, quia verba, quæ bifariam intelligi poterant, noluerunt unde erat necessarium restringere. Porrò, si homo est similis Deo, Deus erit homini similis. At hæc propositio, *Deus est homini similis*, bifariam intelligi potest, vel de corporeâ vel de spirituali similitudine. At Sacræ Sripturæ verba, sicubi ambigua videantur, per communem Patrum sensum debent restringi. Communis autem Ecclesiæ sententia, Deum esse incorporeum definit, hominemque asserit propter tres immateriales potentias esse similem Deo. Errabant ergo Antropomorphitæ, quia volebant, ad mentem propriam verba illa restringendo.

Vniversitas Propositionũ duplex est, realis & moralis.

Differentia ponitur, & exponitur.

QVINTA probatio est cæteris debilior & levior, & Logicæ Moralis, quam hoc Tomo exhibemus, ignoratione succollatur. Est enim duplex Vniversalitas propositionum: realis, moralis. Illa est rigorosa & nullum excludit: hæc aliquorum patitur exclusionem: nam Syncategorema *Omnes*, moraliter sumptum, est *Fere omnes*, Et quidem multæ sunt in Sacrâ Paginâ Propositiones moraliter universales, & hæ nullâ mentali indigent Restrictione, ut unius aut alterius exclusionem patiantur. Omnes illæ, quæ omnes dicunt peccavisse in Adam, in peccato conceptos, &c. sunt moraliter universales, nam Angelorum Reginam non includunt. Illa, *In inferno nulla est redemptio*, si historia de Trajano admittatur, dicenda est agere de potentiâ Dei ordinariâ, quæ non tollit, ut aliquis eripiatur de potentiâ absolutâ. Hispanus sum, & habere fundamenta secura, unde Trajano congratulari possem, desiderarem. Interim dicam impræsentiarum hanc narrationem esse fabulam totam, & quandam cogitatam historiam, quæ protruditur. Et hoc non facio,

An Traianus ereptus ab inferno fuerit.

An hac historia, etsi admitteretur, persua-

facio, ne mentalium Restrictionum Patroni, (qui hanc historiolam pro fundamento supposuerunt, ne tota ab iis erecta corruat machina) illam firment, & securè stabiliant; moneo enim historiam hanc, etiam si admitteretur, Adversariorum opinationem non evincere, nam, ut dicebam, ordinariam ab absolutâ potentiâ distinguendo, nos expediremus ab hac, & aliis similibus difficultatibus. *deret, admissum iri Restrictiones mentales?*



ARTICVLVS IV.

An saltem tunc debeant, aut possint mentales Restrictiones admitti, cùm usum illarum cohonestabit necessitas?

ALIQVI ex Adversariis, cùm viderent falsitatem doctrinæ suæ evidenter ostendi, & nobis subscribere nollent, viam ingressi mediam asseruerunt, *nec semper, nec ubique licère mentalibus Restrictionibus uti, sed tantùm aliquando, & alicubi.* Et quis non videat si nihil addatur, hanc mediam sententiam æquivalere illi, quæ assereret, *non licere semper mentiri, sed tantùm aliquando & alicubi:* quæ non solùm apud Ethnicos, sed olim patronos inter Christianos habuit? Et quis non fateatur, hanc ipsam sententiam, si probabilis esset (admitti enim non potest) fore adhuc caliginosam, & periculosam in praxi? Vnde enim scire poteris, hîc & nunc esse licitas, tunc autem & ibi esse illicitas? 74 *An aliquando saltem huiusmodi Restrictionibus uti liceat? Quando igitur? An aliquando licitum sit mentiri?*

Respondent aliqui, eas tunc esse opportunas & laudabiles, cùm sobriè & prudenter admissæ. Sed quid est, quæso, sobriè illas & prudenter admitti? si enim mendacia sunt, cessat quæstio, nemo enim potest prudenter & sobriè mentiri: nam quodcumque mendacium in linguæ sobrietatem & prudentiam impingit. Pergunt *An sobriè quis mentiri queat?*

 illi,

An cùm de vitâ agitur? illi, & dicunt licère uti his Restrictionibus in rebus maximis & arduis, cùm agitur de defendendâ vitâ aut famâ proximi: quoniam in morbis aut periculis gravibus extraordinaria adhibentur remedia, & sobrius Restrictionum mentalium usus postulat, ut non passim & in negotiis levibus, sed tantummodò rarò & in difficilibus admittantur. *Non licet sine causâ jurare?* Sunt enim Iuramento in hoc similes, quod licèt ex naturâ suâ bonum sit, & in Veracitatem non militet, si illo frequenter utaris, abutèris, nam reverentia, quæ summo Numini debetur, postulat, ut sine necessitate non jures.

75 At hæc cantilena est antiqua, nam de Mendacio Veteres eodem modo philosophabantur: censentes rem esse vilem & indignam mentiri passim, laudabilem & generosam, cùm necessitas postulat, aut etiam jubet. *An, si necessitas postulet mentiri liceat?* Sophocles *in Creusa.*

Καλὸν μὲν οὖν οὐκ ἔστι, τὰ ψευδῆ λέγειν.
Ὅτῳ δ᾽ ὄλεθρον δεινὸν ἡ ἀλήθει᾽ ἄλει,
Σύγγνωστον εἰπεῖν ἐστ᾽, καὶ τὸ μὴ καλόν.

Sophocles.

Haud quidem honestum est mendacia loqui.
Cui tamen diram pernitiem veritas affert,
Huic venia danda, licèt inhonesta (falsa) *loquenti.*

Vbi reatum, sed veniâ dignum invênit Sophocles, ibi nihil reprehensibile reperiri, Pisander, vates Camireus, asseverat: canit enim.

Pisander.

Οὐ νέμεσις καὶ ψεῦδος ὑπὲρ ψυχῆς ἀγορεύειν.
Non reprehendendus est, qui mendacium pro vitâ dixerit.

Illi *in Thesauro* consentit Diphilus dicens

Diphilus.

Ὑπολαμβάνω τὸ ψεῦδος ἐπὶ σωτηρίᾳ
Λεγόμενον οὐδὲν περιποιεῖν δυσχερές.
Ego existimo mendacium salutis gratiâ
Prolatum nihil adferre mali.

Lucianus.

Audi & Lucianum *in Phil.* qui etiam in aliquibus casibus mendacia approbat, aut etiam consulit. *Multa sunt, ait, quæ nonnullos mortales mentiri compellunt: quia in rem vident conducere. Qui etiam cùm usus postulat, mentiuntur, non tantùm*

tantùm veniâ, sed laude digni sunt: vt qui hostes fefellerunt, vel ad salutem tali quopiam pharmaco vsi sunt in necessitatibus. Cuiusmodi multa Vlysses etiam facit, vt & vitam suam, & sociorum reditum redimeret. Consonat Platoni, qui *lib.* 3. *de Republ.* asserit, *Mendacium concedendum esse Medicis, aliis verò minimè. Medici quippe, vt ægrotantium animos consolentur, promittunt sæpe sanitatem, etiam in ipso mortis agone, ne animum despondeant*: qui hanc doctrinam *dial. de iusto*; etiam ad milites extendit, dicens, *Mentiri, decipere, lædere, offendere, iniustum est: hostes autem offendere, iustum. Item per fraudes decipere.* Vnde illud, *Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?* Quamobrem his aut similibus rationibus consideratis Herodotus *lib.* 3. *Hist.* mentiendi in necessitatibus amplissimam facultatem indulget. ἔνθα γάρ τι δεῖ καὶ ψεῦδος λέγεσθαι, inquit, λεγέσθω. *Sicubi etiam mendacium dici opus est, dicatur.*

Et quod iniueris ipse Plato.

An Medicis & Militibus mentiri liceat?

Herodotus.

Stat ergo Adversarios ineptè ad necessitatem, aut vtilitatem recurrere: nam quidquid Poëtæ Gentiles occinant, *quisquis metu cuiuslibet Potestatis veritatem occultat* (occultat positivè, qui negat) *iram Dei super se provocat: quia magis timet Dominum* (temporalem) *quàm Deum*, vt inquit Augustinus *Epist. ad Consulanum.* Et habetur 11. *q.* 3. *Quisquis.* Ergo, si mentales illæ Restrictiones mendacia sunt, non illas potest cohonestare necessitas: igitur priùs erat demonstrandum, non esse mendacia, & posteà determinare loca & tempora, in quibus, quæ semper licerent, expedirent: nam, vt monet Apostolus, *non omnia, quæ licent, expediunt.* 76

Omne mendacium, etsi ex maxima utilitate dictum, peccatum est.

An omnia, quæ licent, expediant?

N O T A.

De mente Dianæ & Antonij Cotonij.

HOrum Theologorum meminerim, quia valde sobriè Mentales Restrictiones admittunt: quia viri doctissimi sunt: & quia mihi specialiter chari; nam, si ipsis satisfecero, 76. b

Cur Dianã, & Cotoniũ producat?

satisfecero, videbor cæteris satisfecisse.

Nota illud simpliciter falsum.

Sanè Cotonius *in Summ. verb. Iuramentum, num.* 6. ex Dianâ *part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 30. sic infit. [Potest aliquis jurare simpliciter falsum, addendo aliquid mente, ex quo Iuramentum sit verum, quoties intervenit justa causa. Iusta causa esse potest, necessitas, vel vtilitas, ad salutem corporis, honoris, rerum familiarium, vel etiam quando injusta interrogatio proponitur. Verùm in his casibus animus iurantis non debet esse fallere proximum, sed occultare veritatem, quam manifestare non expedit. Iurare autem verbis sine justâ causâ, vt quod Princeps sit in aulâ, intelligendo pictum, probabilius est esse peccatum mortale, vt aiunt Lessius *lib.* 2. *cap.* 42. *dub.* 9. *num.* 46. & alij : sed etiam probabile est, non esse mortale extra Iudicium, & præjudicium : nam in tali juramento deficit sola necessitas seu discretio; Quia non deberet sine necessitate contra audientium sensum amphibologicè jurari, [a] Sed iuramentum, cum deficit sola discretio, non est peccatum mortale : Ergo. Ita Sanchez *in Summ. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 22. & Diana *part.* 2. *tract.* 15. *resolut.* 25. &c.]

Mentalium Restrictionũ restrictio.

Quem habere animum debeat, qui utitur restrictione mentali?

a] *ἀμφίβολον*, est *ambiguum*. ἀπὸ τοῦ ἀμφὶ καὶ βάλλεσθαι. Ergo additâ voce λογία, erit ἀμφιβολολογία, & non ἀμφιβολογία. At jam usus obtinuit, ut facilioris pronunciationis gratiâ alterum λο subticeatur.

Oportet, vt hæc, quæ præmissa, doctè relegas, doceri iterum Logicam, & scire quid requiratur, vt vera sit, vel falsa, Propositio vocalis. Aperiam igitur primum librum Dialecticum, qui in manum veniat; nam hæc est doctrina communis, in quâ Doctores nesciunt opinionum diuortia. Lalemandetius mihi subministratur, quem libenter lego, nam in ipso multa reperire soleo, quæ in aliis Auctoribus desiderantur. Hic itaque *in Apparat. Isagog. part.* 4. *column.* 54. *num.* 10. sic ait [Est autem Enunciatio, *Oratio, verum, vel falsum significans*, ex Aristotele 1. *Periherm. cap.* 4. Quid sit Veritas, vel Falsitas, non est huius loci explanare : nisi, quòd Veritas, *sit quædam conformitas*, & Falsitas, *quædam difformitas*. Veritas Propositionis, *est conformitas Propositionis cum re significatâ per Propositionem:* vt, si paries sit albus, & dicam, *Paries est albus*, vera erit Enuntiatio, quia est conformitas Propositionis cum pariete

Quid requiratur, ut vera, aut falsa sit, propositio vocalis?

Lalemandetius commẽdatur.

Quid Veritas, & Falsitas sint?

riete albo. At, si paries non sit albus, dicam tamen, *Paries est albus.* Est falsa Propositio, quia non est conformitas cum pariete, qui est niger, & non albus.] Et bene discurrit, quoniam teste Aristotele 2. *Metaph.* Veritas Propositionis mentalis *est adæquatio rei ad intellectum.* Vnde Veritas Propositionis Vocalis, *erit adæquatio rei ad verba.* Me bene hanc consequentiam intulisse ex ipsomet Philosopho persuadeo; nam *lib.4.Metaphys.cap.7.text.*41. agens de vocali ipsa Propositione his verbis suos Lectores instituit. [Esse, *&* est, *verum esse significat* : non esse *autem, non esse verum: aquè in Affirmatione, atque in Negatione. Vt, si Socrates Musicus sit, in hac Enunciatione,* Socrates est Musicus, *id verum esse declarat. Aut, si Socrates non sit albus, in hac Enuntiatione,* Socrates albus non est, *idem verbum hoc esse verum significat.*] Et hinc prodiit commune illud Dialecticorum Pronunciatum, *Ab eo, quod res est vel non est* (puta *vt dicitur*) *Propositio redditur vera, vel falsa.*]

Quid sit Veritas in Propositione Mentali, & quid in Vocali?

Quid in hac materiâ nos doceat Aristoteles?

Vnde Propositio sit vera, vel falsa?

Hæc Aristotelis verba, & illa etiam Lalemandetij recognosco; &, quia nullam Logicum vidi, quæ aliter loqueretur aut scriberet, falsa esse assero omnia, quæ de Mentali Restrictione dicuntur. Vt Vocalis Positio vera sit, requiritur, vt sit rei conformis. Et, si est verè difformis, non illam conformem reddet Necessitas, nec vtilitas, nec interrogantis temeritas. Vt rem dilucidem, vti volo clarissimo hoc exemplo. Quid sit taurus, jam scimus: & Minotaurum esse, *semibovemque virum, semivirumque bovem*, non ignoramus. Pone Cretæ Regem præcipere, ut cras sub meridiem omnes compareant in suâ aulâ, & singuli importent Minotaurum pictum in tabulâ; jubereque, ut qui illum non ferat, trucidetur. Comparent omnes; singuli suos Minotauros pictos ferunt; & inter eos Arsindus non Minotaurum; sed merum hominem habet pictum in tabulâ. Comparet Minotaurus vivus: & tabulæ sunt illi conformes, quia ipse est semibos, & semivir, & illæ semibovem & semivirum repræsentant. Modò Arsindi tabulam consideremus.

Negantur Restrictiones mentales.

De Minotauro. Quid ipse sit?

Casus proponitur.

Relegatur, & bene cõsideretur hæc circumstantia.

Est simpliciter falsa: non enim est Minotauro vivo conformis, quia illum repræsentat aliter, quam est in se. At Arsindus ex iustâ causâ cogitat illum semibovem, qu deest in tabulâ.. An-ne ideò tabula fiet Minotauro conformis? An ideò jurare Arsindus poterit illam suum prototypum exæquare? si id faceret, esset perjurus. At urget Necessitas, ais, urget utilitas, & constat de iniustitiâ præcepti. Sed ego, ut ut sint ista vera, non urgebor: quia picturam, quæ Minotauro est dissimilis; nec Necessitas, quam Arsindus patitur; nec Vtilitas, quam consequi ille potest; nec Regis præcipientis iniquitas, similem reddet. Ergo adhuc necessitate, utilitate, & præcepti iniquitate positis, tabula illa erit difformis Minotauro; &, qui conformem asserat, mentietur; & qui conformem esse juret, perjurij sacrilegium committet: quoniam ab eo quod protoypum suum referat, aut non referat, non autem à justâ aliquâ causâ, necessitate, utilitate, æquitate, iniquitate, &c. pictura conformis aut non conformis dicitur.

Sicut de tabulâ pictâ, sic de Propositione philosophãdum est quoniã Propositio, sive mentalis sive vocalis illa sit, est suo modo pictura, nam est obiecti propositi repræsentatio.

Dictum puta. Propositio vocalis, omnibus consignificantibus circumstantiis affecta, est quædam pictura sensibilis. Erit vera, si rem enunciet, ut est in se; erit falsa, si rem enunciet aliter, quàm est in se. Et, si simpliciter est falsa, suo objecto difformis, & dissimilis, non illam reddet veram terminus aliquis purè cogitatus, & non dictus; quia hic non est pars Orationis vocalis: &, si reverà non sit pars, quando non est necessitas, nec utilitas, nec ulla interrogantis impietas, quia non est sensibilis: non illum aut necessitas, aut utilitas, aut interrogantis impietas reddet audibilem, aut sensibilem; nec dabit, ut sit pars Orationis sensibilis; quia ab eo quod rei dictæ conformis sit aut non sit; non autem ab eo, quod cum necessitate, aut sine necessitate; nec ab eo, quod cum utilitate, aut sine utilitate; nec ab eo, quòd ex metu ab interrogantibus injustè sive justè incusso, aut sine metu proferatur, Propositio dicitur vera, vel falsa. Et huc respexisse videtur Iustus Lipsius, qui *in Cent. 2. Epist. 97.*

Cur non possint Restrictiones Mẽtales falsã aliquam propositionẽ, veram reddere?

Necessitas, utilitas, interrogantis temeritas, &c. sunt circũstantiæ intrinsecæ, quæ ad verificationẽ, aut falsificationem propositionũ non concurrunt.

*Epist.*97.exclamat, *Veritas est pura,candidaque,& immunis ab omni affectu.* Esse, inquit, debet pura : ergo mentalis non debet alios habere terminos præter mentales;& sensibilis, non debet alios recipere præter sensibiles ; & debet esse candida : non enim eò illa tendit,ut audientem decipiat: & tandem ab omni affectu immunis ; nam omnes animi affectus extra ipsam sunt, nec illam possunt in mendacium convertere : nam , si Petrus sit dives , hæc Propositio , *Petrus est dives* , sive ex amore,sive ex odio , sive ex necessitate , sive ex levitate , sive cum spe , sive sine illâ , sive ob timorem,sive absque illo : & tandem ex quocumque affectu proferatur , erit vera.

Cur Veritas dicatur pura?

Cur candida?

Cur immunis affectibus?

Vt finem huic discussioni imponam , volo adhuc considerare illa verba , *Verùm in his casibus , animus iurantis non debet esse fallere proximum, sed occultare Veritatem , quam manifestare non expedit* Nam in illis puto impossibilem doctrinam includi : quoniam in his semper casibus jurantis animus est , fallere proximum. Pono exemplum. Debes Francisco centum aureos , quos teneris solvere, quando mille receperis , quos tibi erat donaturus Eusebius. Recepisti istos mille ; at , quia occurrit occasio , ut loces matrimonio filiam , illis indiges , ut ipsam dotes. Occurrit, inquam , occasio ; quam , si permittas prætergredi , non speras aliam similem te fore habiturum. Habes causam iustam , ut solutionem differas ; ut facias, quòd Franciscus exspectet. Adest necessitas , utilitas, & timor occasionis perdendæ. Plura Diana non postulat. Occurrit tibi Franciscus , & interrogat , An illas pecunias ab Eusebio receperis ? respondes *Non* , subintelligendo , *ut tibi dicam.* Mentiris sanè : sed hoc modo non urgeo , sed contendo , te his verbis habere animum fallendi proximum.Nam , quid est fallere ? Fallis, cùm eum, qui dubitat , & scire verum vult , verbis tuis præstas,ut discat falsum. S. Augustinus *lib.*1.*de doctrinâ Christian.*& *lib.*7.*Confess.*S.Thomas *quæst.*5.*de Verit.art.*10. & *Opusc.* 39. *cap.* 1.*in fin.* At in casu tu eò tendis,ut à tuis verbis Franciscus discat , te nondum ab Eusebio illas recepisse pe-

Quo animo utantur homines Restrictione Mentali?

Casus proponitur.

Ex causâ poterit solutio differri.

Quid sit proximum fallere?

cunias, (nam, si hoc sciret, sibi solvi iuberet) ergo illis verbis illum directè vis decipere.

An, qui utitur Restrictione mentali, intendat occultare veritatē, an potiùs manifestare falsitatem?

Prætereà; illa tua verba *Non recepi*, additâ restrictione mentali, vel sunt vera, vel falsa, si falsa, intentum habeo; non enim restrictio illa mentalis sufficit, ut quæ erant simpliciter falsa, convertantur in vera. Cæterùm, si sint vera, tu per illa manifestas Veritatem, ergo implicat se, qui dicit, *te habere in illis animum occultandi Veritatem, quam manifestare non expedit.*

His præmissis sic contra Mentales Restrictiones ratiocinor. Paulus ait, *Non feci*, subintelligens, *ut tibi dicam.* Et interrogo, hæc Pauli verba aut erunt vera etsi sine necessitate aut utilitate dicantur, aut tunc tantummodò erunt vera, cùm ex necessitate aut utilitate dicuntur.

Quid præstarent Restrictiones Mentales, si sine limitatione admitterentur?

Neutrum juvat. Ergo. Non primum: nam Restrictiones illæ, si ubique admitterentur, fidem omnem humanam tollerent, & omnia humana colloquia perturbarent: & ideò Lessius, quem Diana, Cotonius, & omnes, qui restrictas Restrictiones admittunt, sequi volunt, non audet dicere, ubique habere locum Restrictiones Mentales. Ergo hæc Pauli verba, *Non feci*, falsa sunt, si sine

Propositionem falsam in veram non convertit proferentis necessitas, aut utilitas, nec interrogātis temeritas.

necessitate, aut utilitate dicantur: & hoc non obstantibus illis verbis, *ut ibi dicam.* Quæ, ut diceba[illegible], subintelligit Paulus. Ergo non erunt vera, etsi necessitas, aut utilitas superveniat. Patet: non enim ab eo, quòd proferens necessitate aliquâ præpediatur; nec ab eo, quòd utilitatem speret; sed ab eo, quòd Oratio prolata sit rei ipsi conformis propositio est vera: & sine perjurio potest juris-jurandi Sacramento firmari.

ARTI



ARTICVLVS V.

An denique mentales Restrictiones sint irreprehensibiles, cum adsunt circumstantiæ extrinsecæ consignificantes?

PERICVLOSVS, aut etiam desperatus morbus est, pro quo plures eæque inefficaces, præscribuntur medicinæ. Et quia Adversarios video in classes dividi, & subdividi, & nihil opportunum audio, actum esse de mentalibus Restrictionibus infero. Interim adhuc alium modum illas sobriè defendendi proponamus. 77

In desperatis morbis multæ & variæ medicinæ adhibentur.

Non semper licet, inquiunt, *mentalibus restrictionibus uti, sed tunc tantùm quando adsunt circunstantiæ extrinsecæ sensibiles consignificantes.*

Et respondeo, in tali casu fore illas licitas, si essent possibiles: at tunc esse impossibiles, evidenter probabo. Et, ut id meliùs possim, hunc Casum decidendum propono.

An & quando candelabrum accensam facem sustinet, lux non à face, sed à candelabro proveniat?

Erat Cosmopoli Celsimerius, vir qui volebat ab ingenio laudari, & probandum assumpsit, aulam, quanta erat, à candelabro illuminari. Vt cum fuisse falsum ostenderent, candelam abstulerunt discipuli, & obscura fuit aula. Et quia manebat candelabrum, illam ab illo non illuminari contendebant. Et ad illos Celsimerius ait. Non debetis sinistrè interpretari, quæ dicta dexterè; omnia enim intelligenda sunt, cum grano salis. Doctrina mea admitti debet sobriè; non universim, & in omnibus casibus. Assero enim illuminari à candelabro aulam, non semper, sed quando illud sustinet accensam facem. Rident illi, & reponunt, nec tunc quidem illam à candelabro illuminari, sed à face.

Quando extrinseca cōsignificantes circumstantia adsunt, non à pure internis actibus, sed ab illis restringitur vocum significatio.

Amice Lector, dictum puta. Omnes, qui hoc ultimo modo mentales Restrictiones tuentur, sunt Celsimerij, & candelabro adfingunt effectum illum, qui procedit à face. Quando ardet fax, illuminatur aula, & non concurrit ad illuminationem candelabrum: nec aliter, quando adsunt circumstantiæ extrinsecæ consignificantes, significatio dictionum generalium aut æquivocarum restringitur quidem; sed à quibus? ab illis consignificantibus circumstantiis, quæ notæ audientibus; non verò ab occultis mentis actibus, quæ audientes latent.

N O T A

Cur tres Articuli subsequentes addantur?

78 *Quæ concisè prius posita, uberius retractantur.*

DIximus Manibus, Pedibus, Oculis, & omni corporis motu sicut loqui homines, ita & mentiri posse. Addidimus Manu, Pede, Oculis, &c. voces pronunciatas restringi, & subaudiri multas non pronunciatas. Et quidem, tametsi quæ jam edisseruimus, sufficerent, ut doctrinam positam radicitùs intelligamus, tamen quia hi possunt Loci copiosè & ornatè tractari, in Eruditorum gratiam Articulos sequentes contexemus: & ut magno illos consilio additos scias interseremus has periodos.

Litera λ pro P. à Demosthene proferebatur:

Quàm sit necessaria Actio?

Demosthenes, quia blæsus erat, & naturæ vitio λ pro ρ proferebat; impedimenta linguæ labore & industriâ superavit. Alexander *libr. 6. cap.* 14. Hic eximius Orator cuidam percontanti; *Quid esset in Eloquentiâ præcipuum?* respondit, *Actio.* Roganti, *Quid proximum?* respondit, *Actio.* Et petenti, *Quid tertium?* etiam respondit, *Actio*: tantum videlicet tribuens Pronunciationi, ut in eâ totum situm existimarit. Actio enim multa complectitur; vocis moderationem, oculorum vigorem, manuum motum, vultûs habitum, & totîus corporis gestum. Quintilianus,

Est apophthegma simile de bello: nā,ut

tilianus, & ex eo Erasmus *lib.* 4. *apophth.* Vnde Plutarchus *in Demosth.* bene asserit exercitationem in Arte Oratoriâ nullius esse momenti, si ratio Pronunciationis negligatur. Cognovi ingeniosissimos & eloquentissimos Concionatores, qui carebant applausu, quòd essent in actione frigidi, & vocem haberent ingratam: contrà alios, qui tametsi nîl boni dicerent, quia clarâ & sonorâ voce erant præditi, ab ignorantibus (& hi plurimi sunt) honorabantur. Sic humana decurrunt. Quoniam, ut bona fabula aliquando exsybilatur vitio histrionis male agentis: ita bona oratio displicet, si ineptè, quod interdum contingit, referatur. Erasmus *in simil.* qui etiam componit cum halitu pronunciationem: ut enim eodem halitu, sed aliter emisso calefacimus ac refrigeramus, etiam eâdem oratione aliter pronunciatâ movebitur affectus & frigebit. Sunt qui, cùm orare deberent, cantant, sunt qui latrant, aut mugiunt: & cuidam ex his C. Cæsar adhuc prætextatus; *si dicis, cantas; si verò cantas, male cantas.* Et, si gestum respiciam, sunt qui in cathedrâ natent; sunt, qui volent; sunt, qui serpant, aut jaceant.

bene geratur, tria requirit: primò videlicet pecuniã, secundò pecuniam, tertiò pecuniam.

Vocis suavitas est Oratori maximè necessaria.

Eadem Concio, Oratio, Comœdia, si bene dicatur, placet, & si malè non placet.

Fuerunt multi, qui vocem habuerunt & vehementem & ferream: & hi in desperatis causis optimè patrocinantur, ait enim Hispanus; *El que mal pleyto tiene, A vozes le mete.* Talis fuit Stentor de quo Homerus *Iliad.* ε.

Στέντορι εἰσαμένη μεγαλήτορι χαλκεοφώνῳ,
Ὃς τόσον αὐδήσασχ' ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα,

Vide Erasmum *in adagiis.* Pescenius Niger Imperator in campo aperto loquens, aut ad milites dicens, per mille passus audiebatur. Cœlius *lib.* 19. *cap.* 12. *A. L.* Similia de Erico II. Danorum Rege *libr.* 12. narrabat Saxo. Quàm sordidus fuerit Alcibiades, & quanto jure exosus populo, sciunt omnes, qui causas ob quas fuerat proscriptus, meditantur: interim dum causa ipsius in exercitu ageretur, Thrasybulus classis Dux, qui tonare dicebatur, non loqui, tanto impetu fuit vociferatus; ut non potuerint Accusatores à vulgo militari intelligi, & ideò ab exilio tandem debuerit revocari.

Magno vocis torrente fuerunt præditi Stentor; Pescenius Niger Imp; Ericus Rex; Thrasybulus Dux; & multi alij.

Alcibiades qualis fuerit? Proscribitur, & revocatur.

ARTI



ARTICVLVS VI.

Vide Articuli II. conclusionem VI.

De Manu, & Gestu. *An verba (signa) per Corporis, ac præcipuè per Manuum motus fiant? An etiam restringantur?*

79 De Polymniâ.

INTER Parnassi Numina, quæ decantata à Veteribus Carminum Omnipotentia Albo Dearum inscripsit, & *Musarum* nomine condecoravit, Polymnia occurrit, in quâ multa essent consideranda.

An-ne à *μνείᾳ*, memoriâ, *an verò ab ὕμνῳ* cantico, *seu* laude *dicatur?*

Primò occurreret nomen: & Quæstio Critica, An-ne Πολύμνεια, à magnitudine memoriæ (hanc enim *μνείαν* Græci dicunt) an verò Πολυύμνειαν, à canticorum multitudine, (nam cantica Græci vocant ὕμνους) Cùm autem Græci non ament duarum υυ concursum, & in dictione mediâ non adspirent vocales, vox *Polyhymnia* relinquatur Latinis, qui eam finxerunt, & nos cum Græcis voce *Polymnia* utamur.

a] In voce Πολύμνεια habuit rationem accentûs Virgilius, & diphthongum corripuit.

Et quid præstat hæc Musa? Extat apud Virgilium eruditum Epigramma, quod incipit, *Clio gesta canens*, &c. In hoc singulis Musis propria accensentur, & Clius ministerium versu ultimo dilucidatur. Sunt pleni doctrinæ isti numeri.

Signat cuncta manu: loquiturque Polymnia [a] *gestu.*

Etymologia vocis Manus.

Si interroges. *Vnde* manus *dicatur?* Respondebo, *Grammatici certant, & adhuc sub judice lis est:* alij enim à manendo, & alij à manando vocem trahunt. Nec est, cur priorem derivationem præponas, quòd primam Syllabam *manus* corripiat, sicut *maneo*: nam *Manes*, quòd maneant, dicuntur, & tamen producunt illud *ma*, quod breviatur in *maneo.* Albertus, Regis Bohemiæ filius, apud M. Tirsum de Molina *in Cigarralium primo. lib.* 1. *fol.* 195.

An ex syllabarum quantitate possit cognosci derinatio?

fol. 195. *a.* posteriorem amplectitur; & *manum* à manando deducit: inquit enim.

Ay Rey, ay Padre; si el principio mio
Tu sangre fué, y es cierto, que interesso
Della el amor, por quien vivir confio
Si aquesta mano, que obediente beso,
Por affrentar larguezas de Dario,
Conque al Monarcha Macedon excedes,
Se llama mano, *por manar mercedes.*

Mutant interdum quantitatẽ voces, quæ derivantur, vt *pronuba* & *innuba*, in quibus *nu* est breve, cum sit longum in *nubo.*

Sicut sunt varia linguæ Idiomata (puta, Hebraicum, Græcum, Latinum, Germanicum, &c.) sic etiam χειρόγλωσσα potest in varias dialectos distribui. Et hæc aliàs Κωφόγλωσσα, *lingua mutorum propria* dicitur; nam per varias articulationes digitorum, & motus corporis mentis conceptus exprimit. Et quidem in Comœdiâ muti personam bene agere, arduum est: & sanè tam difficile, ut licèt crebrò cæcos & claudos in scenam introduci viderimus, raro mutus in theatro compareat; quia rarò actor, qui eum repræsentare possit, reperitur. Interim semel aut iterum vidi in Hispaniâ muti personam felicissimè exprimi. Et notavi non semel Rusticos, quæ nesciunt linguâ, gestu (ad Idioma naturale ille pertinet) exponere: Et huc respiciens Calderon, in Comœdiâ, quæ *La hija del Ayre* dicitur, act. 2. pagin. 128. de milite, quem hospitio susceperat, Chatus, tametsi rusticus, ingeniosè conquerebatur.

De χειρογλώσσα, & Κωφογλώσσα.

Mutorum lingua.

Est difficillima.

Multi Rustici veriùs gestibus, quàm linguâ loquũtur.

Mostrabale mala cara
Yo (bastaba la que tengo)
Y buena Syrena, si es,
Que la suya puede serlo.
El que no estaba muy ducho
En entender bien a gestos,
El de syrene entendia,
Y no el mio. Con aquesto
Comia como un descosido.
Que es poco como un hambriente.

Inter corporis motus pulchriores sunt, notioresque,

Z qui

qui ad Manum pertinent; & hac ex causâ ad hanc Musam specialiter χειρολογία pertinet: quæ docet nos ut per motum digitorum loquamur: Non est animus impræsentiarùm edisserere loquendi modos artificiales; varia enim digitorum dispositione tot & plures formare possumus characteres, quot in Abecedario reperimus: & hanc sectati methodum muti & surdi in linguâ maternâ (in Græcâ, Hebræâ, Latinâ: &c. in Hispanicâ, Gallicâ, Belgica, Anglicâ, &c.) non solùm inter se, sed etiam nobiscum possunt loqui, Immò & nostro ævo (quod non paucas Artes & scientias priscis ignotas Mundo, & Scholæ peperit) quidam Magister prodiit, qui mutos & surdos χειρολογεῖν (*loqui per manum*) docuit: & inter alios vidimus ab ipso institutum magnum Principem,

De χειρολογία. An, & quomodo surdi, & muti loqui possint?

Quid sit χειρολογεῖν.

—— Qui, quod Natura negarat
Humanæ linguæ, manuum illud motibus hausit.

Præter characteres etiam manibus dictiones, aut etiam orationes integras significamus. Quoniam apud Hispanos hodie

Quid elevare digitum sit?

Elevare dexteræ indicem est promittere: unde apud Pædagogum pueri, cùm se illam culpam ob quam puniti sunt, non esse iterum admissuros polliceri jubentur, indicem elevant.

80 *Quid sit digitum à dexterâ in sinistrâ vibrare?*

Sic elevatus digitus potest duobus modis: nempe à dexterâ in sinistram, vel ab oculis in partem anteriorem, & contrà, oscillari & vibrari. *Si nutet priori modo*, negat: & fuit nostro sæculo celebris quædam oratio, quæ esse debuerat Apostolica concio, & transivit in satyram infamatoriam in quâ Prorex N. ad singulas incriminationes indicem in latera excutiebat, & illum excutiendo publicè rem negabat. Quibus continuis negationibus perturbatus Orator, *Ergo ego mentior*, imprudenter exclamat: adnuit capite Prorex, adnutumque populi risus comitatur. Descendit è cathedrâ Concionator confusus & irrisus; & suo exemplo nos monet, magnam in Ecclesiaste prudentiam & pietatem requiri; & secreta peccata, & quæ viros magnos concernunt, non posse incriminari

Concionatores esse debent prudentes.

minari publicè: sæpe enim contingit, ut aliter fieri non possint, quæ pessimè fieri dicuntur: diversa sunt in Politicâ Practicâ eorum, qui rationes subduxerunt, & computus examinarunt, judicia, ab illorum sententiis, qui Reipublicæ vires ignorant, nec sciunt quâ lege & modo impendatur & hauriatur ærarium. *Politica Practica est vulgo ignota.*

Si posteriori modo nutet index, hoc est, *si iterum, iterumque ab oculis antrorsum propellatur*, minatur: & hic manûs motus solet verba minacia comitari. Videtur linguâ & manu furorem animi expressisse Philippus, cùm exclamavit, *sciunto Romani non omnium dierum solem occidisse:* nec enim movere linguam furor potuit, quin simul dexteram oscillaret. Causa indignationis hæc fuit. Accusatus à Thessalis, apud Romanorum Legatos de eorumdem propudiosis moribus, & alienis à vero calumniis querebatur, & cùm nihil proficeret, accensus irâ, ore & manu commonuit, *superventurum esse diem, in quo tandem ulcisceretur Romanorum superbiam.* Et his ipse minis utriusque gentis (Romanæ, & Thessalæ) fremitum excitavit. Titus Liuius 4. *Decad. libr.* 9. *Quid Index antrorsum motatus importet? An Sol omnium dierum occiderit*

Dare alteri manum est pacisci: & est antiquus apud Romanos & Teucros mos, nam apud Virgilium lib. 8. Æneæ Pallas. 81 *Dare manum, quid sit?*

> *Egredere ô quicumque es, ait, coramque parentem*
> *Alloquere, ac nostris succede Penatibus hospes.*
> *Accepitque manu; dextramque amplexus inhæsit.*
> *Progressi subeunt luco, fluviumque relinquunt. &c.*

Et mox generoso Pallanti.

> *Accipe, daque fidem: sunt nobis fortia bello*
> *Pectora, sunt animi, & rebus spectata juventus.*
> *Dixerat Æneas. &c.*

Quanti à Germanis fiat?

Hic conciliandi animum mos, & pacis ineundæ pacis contractus antiquissimus est, & tam universalis in mundo, ut omni tempore, & loco videatur usurpatus. *Quàm sit antiqua hæc dandæ manûs ceremonia?*

Vt habetur 1. *Mach.* 6. 57. Ad Regem & Principes exercituum Lysias. *Deficimus quotidie, & esca nobis modica est; & locus, quem obsidemus est munitus; & incumbit nobis ordi-*

nare de regno. Nunc itaque demus dextras hominibus istis, *& faciamus cum illis pacem, & cum omni gente eorum*, &c. *Et placuit sermo in conspectu Regis & Principum: & misit ad eos pacem facere: & receperunt illam. Et juravit illis Rex, & Principes*, &c.

Dare dexteram est dare pacem.

Et similia *cap.* 11.49. leguntur. *Viderunt, qui erant de civitate, quòd obtinuissent Iudæi civitatem sicut volebant; & infirmati sunt mente suâ, & clamaverunt ad Regem cum precibus dicentes:* Da nobis dextras, *& cessent Iudæi oppugnare nos & civitatem. Et projecerunt arma sua, & fecerunt pacem: & glorificati sunt Iudæi in conspectu Regis*, &c.

Post datam dexteram *arma debet deponi, aut etiam proijci.*

In eodem cap. vers. 63. *Rogaverunt Gazenses Ionatham*, & dedit illis dextram. *Et accepit filios eorum obsides, & misit illos in Hierusalem*, &c.

N. B. *Inter vitã & libertatem & bonorum conservationem distinguit militaris subtilitas: & dare* dextrã, *hoc vltimũ non videtur includere, sed tantùm illa duo priora: nam victi post* datam dexterã *manent vivi, & liberi, sed dimittuntur, & bonorũ possessione privantur.*

Et paulo post (vers. 65.) *Et applicuit Simon ad Bethsuram, & expugnabat eam diebus multis, & conclusit eos*: & postulaverunt ab eo dextras accipere, & dedit illis: *& ejecit eos, & inde cepit civitatem, & posuit in eâ præsidium*, &c.

Posteâ Simon, Ionathæ frater, summus Sacerdos, Princeps, & Dux Iudæorum. 1. *Mach.* 13.43. obsedit & expugnavit Gazam, civitatem gentili Deorum superstitione infectam. *Et adscenderunt, qui erant in civitate, cum uxoribus & filiis supra muros, scissis tunicis suis, & clamaverunt voce magnâ postulantes à Simone* dexteras sibi dari; *& dixerunt*; Non nobis reddas secundum malitias nostras, sed secundum misericordias tuas. *Et flexus Simon, non debellavit eos: ejecit tamen eos de civitate, & mundavit ædes, in quibus fuerant simulacra; & tunc intravit in eam cum hymnis benedicens Dominum.* Ecce Gazenses ritum materialem respicientes clamabant, & dicebant Simoni. *Accipe, daque manum dextram*, &c. qui, si ritûs illius significationem voluissent exprimere, dixissent; *Accipe, daque fidem*; hoc est, *simus amici: ineamus pacem; & fidelem inter nos statuamus concordiam.*

Idem signũ potest materialiter, & formaliter, significari.

Similis est historia, quæ *à vers.* 49. recensetur. *Qui erant in arce Hierusalem prohibebantur egredi, & ingredi in regionem, & emere ac vendere, & esurierunt valde, & multi ex eis fame*

me perierunt : & clamaverunt ad Simonem, vt dextras acciperent, *& dedit illis*, & *ejecit eos inde; & mundavit arcem à contaminationibus: & intraverunt in eam*, &c.

Nota illa duo verba, dedit, & eiecit.

Perfidiam in cæde Oniæ commissam 2. *Mach.* 4.32. recenset Historiographus his verbis. *Ratus autem Menelaus accepisse se tempus opportunum, aurea quædam vasa ex templo furatus, donavit Andronico, & alia vendiderat Tyri, & per vicinas civitates. Quod cùm certissimè cognovisset Onias arguebat eum, ipse in loco tuto se continens Antiochiæ secus Daphnem. Vnde Menelaus accedens ad Andronicum, rogabat, ut Oniam interficeret. Qui cùm venisset ad Oniam*, & datis dextris, & jurejurando (*quamvis esset ei suspectus*) *suasisset de asylo procedere*, *statim eum peremit, non veritus Iustitiam; Ob quam causam non solùm Iudæi, sed aliæ quoque nationes indignabantur, & molestè ferebant, de nece tanti viri injustà*, &c. & hîc præter principalem *dandi dexteram* ritum; NOTO (1) illud verbum *certissimè*, ut sciant, qui proximum velint corripere, debere in dubio, aut in probabilitate tacere, nec debere aliquem reum agere, antequam certissimè constet, eum crimen commisisse. NOTO (2) illud verbum *apud Daphnem*; ut constet, quanta sit Asyli religio. Locus erat Ethnicus, & tamen in illo Iudæus servabatur securus & asylus. Ergo, quia immunitas locó ipsi conceditur, etiam Iudæi, Ethnici, & Mahometani in nostris templis esse debent asyli, hoc est, tuti & securi. Antonius Cotonius *in summ. Dianæ. verb. Immunitas, num.* 14. [Immunitate Ecclesiæ & loci sacri de rigore Iuris & in terminis Constitutionis Gregorianæ, omnes personæ gaudere possunt in delictis non exceptis, etiamsi infideles sint aut Iudæi: quia nimirùm Iura has personas non excipiunt, & ad Gentilium Asyla cujuscumque Religionis personæ tutò confugiebant. Ratio autem est; quia immunitas non est concessa personis, sed loco.] NOTO (3) vitam aut quamcumque aliam rem, de quâ homines *dando dexteram* pacti sint, non solùm ex Veracitate, sed ex Iustitiâ deberi: & hoc demonstrant illa Sacræ Paginæ verba, *non veritus Iustitiam*, & illa,

Aurea templi vasa Menelaus suffuratur, & vendit, &c.

Templum Daphne erat asylum Antiochiæ.

An in dubio debeas corrigere fraternè proximum?

In Ethnicorum templis Iudæi erant securi.

In nostris etiam gaudent immunitate infideles.

Non personis, sed loco privilegium conceditur.

An fides, quæ per dextræ traditionē datur, ex solâ veracitate, an etiam ex Iustitiâ obliget?

illa, *de nece injustâ.* Et ratio est, quia per contractum, sicut alter adquirit jus ad talem rem, sic alter ad talem: & contra Iustitiam operatur, qui proximum privat re, in cujus eum possessione ex Iure conservare tenetur.

Fortè Xantichus est, quem Æthiopes & Abyssini vocant Iachatith. vel Iahatith: nam saepè I, ut X profertur.

Capite XI. ponuntur binæ Regis Antiochi literæ: & in prioribus, quæ ad Lysiam sunt; *Bene igitur feceris, si miseris ad eos*, & dexteram dederis; *ut cognitâ nostrâ voluntate, bono animo sint, & utilitatibus propriis deserviant.* In posterioribus verò, quæ ad Iudæorum Senatum diriguntur; *His igitur, qui commeant usque ad diem trigesimum mensis Xantichi*, damus dextras securitatis, *ut Iudæi utantur cibis, & legibus suis, sicut priùs; & nemo eorum ullo modo molestiam patiatur de his, quæ per ignorantiam gesta sunt*, &c.

Pax sub onere & tributo concessa.

Et cap. sequentis versu 11. *Cumque pugna valida fieret, & auxilio Dei prospere cessisset, residui Arabes victi petebant à Iuda*; dextram sibi dari, *promittentes se pascua daturos, & in cæteris profuturos. Iudas autem arbitratus, verè in multis eos utiles, promisit pacem*, dextrisque acceptis, *accessere ad tabernacula sua*, &c.

Et cap. XIII. 22. *Iterum Rex sermonem habuit ad eos, qui erant Bethsuris*, dextram dedit, accepit, *abiit*, &c.

Posidonius, *si Græcum nomen sit, per simplex s scribi debet; si Latinum, per duplex ss.*

Et posteà cap. XIV. 19. *Quam ob rem pramisit Posidonium, & Theodotium, & Matthiam*, ut darent dextras, atque acciperent. *Et cùm diu de his consilium ageretur, & ipse Dux ad multitudinem retulisset, omnium una fuit sententia, amicitiis adnuere*, &c.

Imponam finem huic *de dextra traditione* discursui, verba adducendo, quæ *ad Galatas* 2.7. leguntur. *Cum vidissent, quod creditum est mihi Evangelium praputij, sicut & Petro circumcisionis (qui enim operatus est Petro in Apostolatum circumcisionis, operatus est, & mihi inter Gentes) & cùm cognovissent gratiam, qua data est mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur Columnæ esse*, dexteras dederunt mihi, & Barnabæ Societatis, *ut nos in Gentes, ipsi autem in Circumcisionem: tantùm, ut pauperum memores essemus, quod etiam solicitus fui, hoc ipsum facere.* Et hîc

An Iudæis Petrus, & Gentilibus Paulus fuerit concionatus?

Apostoli columnæ Fidei.

An Petrus sit Princeps

NOTA (1) frustra ex hoc loco velle Novatores ostendere,

dere, Petrum non esse Principem Apostolorum, aliò enim tendunt verba Pauli, ut P. Angelus Petrica à Sonnino, *in sua Turris David libr.2. disp.1. pag.50. a. §. Ad illud* dextras, &c. eruditè persuadet. NOTA (2) etiam inter amicos ad stabiliendam societatem *dari manus*. Quam ob rem Chrysostomus, hunc locum exponens, sic infit. *O prudentiam eximiam! O concordiæ demonstrationem irrefutabilem! Ostendit, & illorum doctrinam ipsius esse, & ipsius doctrinam illorum esse.* Vnde quidam Iunior, ut exprimeret S. Thomam esse fidissimum S. Augustini Interpretem, & alterius-utriûs doctrinam utriusque esse, *datis manibus* (meliùs Hispanicè, *dados de las manos*) hos duos Summos Doctores, quos esse *Columnas Orthodoxæ doctrinæ*, profitemur, in tabulâ pingi curavit. Nota (3) quantam habuerit S. Petrus, & cæteri Apostoli de pauperibus curam, ut ipsi illam D. Paulo commendaverint: ut discant nostri ævi Apostoli (Episcopi) siqui pauperes negligunt, non uti, sed abuti redditibus; qui, non ad eorum alendam superbiam & pompam, sed ad tolerandos pauperes legati sunt.

Apostolorum?

Amic itiâ, ut permanent concordia, dant manus.

SS. Augustinus, & Thomas, Columnæ sunt Orthodoxæ doctrinæ; cur picti fuerint datis manibus *Hisp.* dados de las manos?

Quantam pauperum curam debeant habere Episcopi

Et hodie apud Germanos tanta est datæ *manûs* religio, ut censeatur infamis, qui violaverit, siquid fuerit datâ manu pollicitus. Cur hunc casum non ponerem, ut præcedenti doctrinæ fidem faciam? Anno 1644. cùm Reverendissimi D. Salemitani nomine Monasteria visitarem, Bavariæ, hæsi tantisper in Furstenveldensi, vbi non paucos viros doctos inveni. Et ibi narravit mihi Prior, senem quemdam nobilem & illustrem sibi crimen aliquod sordidum confessum esse: & post absolutionem dixisse, *Domine Pater promitte mihi, te esse servaturum secretum.* Exponit secreti naturalis vires Prior, Sacramentalis sigilli religionem expendit, censuras pœnasque contra hoc Secretum violantes in Iure Canonico fulminatas edisserit; &c. audit summâ attentione omnia nobilis, & subiungit, *Da mihi ergo manum, ut possim manere securus.* Quid grandius dici poterit, ut quanta sit Germanorum *data manûs* fidelitas cognoscatur?

Manu

Advocare manu: non tamen eodē modo superiorem, quo inferiorem solemus.

Manu etiam advocamus, quem volumus: ita, ut ille ipse motus æquivaleat his verbis, *Venias huc:* hac tamen differentiâ, ut deorsum palmam habeamus, cùm inferiorem; sursum, cùm superiorem aut æqualem accersimus.

Manum ori apponendo amicum admonere solemus; & tunc hæc ipsa manûs appositio æquivalet huic verbo *Tace.* Huc respexit Antonius Perez, negotiis gravissimis, & quæ summum secretum requirerent, implicitus, ex auro & serico pretiosa περιστρώματα Mediolani contexta domi suæ exposuit, in quibus Minotaurus labirynthum sinistrâ indigitans, & dexteræ digitum ori admovens imaginabatur: hoc emblemate insinuans totum labyrinthum Politicum dependère à secreto, & isto violato illum illicò diruendum esse.

Antonij Perezij peristromata.

Quid significaverit in illis os digito premēs Minotaurus.

Hic silentium significandi mos etiamnum est in usu: ad quem convertens Lisippus oculos (apud D. Petrum Calderon *in Comœdiâ, quæ inscribitur.* En esta vida, todo es verdad, y todo es mentira, *act. 2. pag. 11. a.*) non respondet Focæ, & his verbis, cur non possit, exponit.

An in hac vitâ, quæ vera videntur, sint falsa: quæ falsa videntur, sint vera?

Cierta Deidad, que esotra vida guarda:
Tu no la vês, yo sí: la vi enojada y bella,
Con el dedo en los labios los mios sella:
No me afflijas pues vês, que te obedesco:
No me amenazes, pues por ti emmudesco.

Sigillū ori admouere *quid sit?*

Prisco apud Græcos, aut etiam Latinos ritu Principes, quando volebant aliquid sub secreto auscultari, ori Ministri admovebant sigillum: quæ actio tametsi omninò muta, æquivalebat huic præcepto. *Audias hoc sub sigillo naturalis secreti.*

Cælius *digito indicans Dulcium, manum sub pallium misit,* & quid quæso significavit? Est adagium jam ubique receptum, *Manum habet sub pallio.* Hoc est, *Est iners, languidus, & ignavus.* Et ducitur à gestu Rhetorum; qui, si languent, manum occultant sub pallio; si commoveantur proferunt.

Et

Et quid nobis dicere volebat Manlius, cùm oculos in Fanium dirigens, manum in ſinum intulit? Fortè ſi cum aliis ageret, vix intelligeretur; ſed quia ſciebat nos legiſſe Theocritum, hoc nobis geſtu *tenacem & avarum Manlium eſſe* tacitus inſinuavit. Ceciner at ille in Charitibus. 82 *Quid ſignificet manus inducta in ſinum?*

——Νενίκηνται δ' ὑπὸ κερδέων
Πᾶς δ' ὑπὸ κόλπῳ χεῖρας ἔχων πόθεν αὔξεται ἀθρεῖ
Ἄργυρος. —— *Lucrique cupidine victus,*
Inque ſinu unuſquiſque manus habet, illud & unum
Spectat, quâ ratione ſibi aucta pecunia creſcat.

At hodie faciliùs & melius manum comprimendo avarum tenacemque ſignificamus.

Hinc patet quid voluerit ſignificare Zenon, cùm Rhetoricam palmæ, Dialecticam autem pugno ſimilem eſſe dicebat, eo quod latiùs loquerentur Rhetores, Dialectici verò parciùs & compreſſiùs. Cicero *lib. 1. de Finib.* & in *Orat. de Brut.* Quintilianus *libr. 2. cap. 21.* Et hinc obiter collige, quia fruſtra fiunt per plura, quæ per pauciora poſſent. Parcum eſſe Naturæ Genium, & Philoſophiam tam Realem, quàm Moralem ſi nimiâ formarum aut formalitatum ubertate luxuriet, malâ ſuccollari Dialecticâ. *Quid manus aperta, & quid clauſa?*

Qui amici manum manu demulcet, abblanditur, & tacitus videtur dicere, Manum manu fricare, quid ſit

Propoſitis, quoniam res poſtulat, annue votis.

Et cùm viciſſim fit, concordia in votis ſimilibus ſignificatur. Hinc prodiit Græcum illud Adagium, Χεὶρ χεῖρα νίπτει. *Manus manum fricat*, aut ut alij interpretantur, *lavat*. Vnde ſcire poterimns, quid velit ſignificare Gnejus Pollioni dicens, Μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς, *Ne mihi vacuam abſtergas* (ſubintellige χεῖρα, *manum*) nam hæc verba æquivalent his, *Ne mihi abblandiaris.* Illa enim non eſt adſequutus Langius verb. Minæ, dixit enim, *Apparet eſſe comminantis alapam.* *Et quid, Ne mihi manũ frices?*

Loco illius Adagij, *Manus manum lavat*, habet Hiſpanus, *Hazme la barba, y hare te el copete*, ſimilitudine à barbitonſoribus ſumptâ, qui ſe alterno officio tondent: *Adagium Hiſpanicum.*

& pertinet ad innominatos contractus, quos quia proprio destituuntur vocabulo, ***Fac & faciam***, seu ***Da & dabo*** dicuntur.

NOTA I.

De Χειρολογία.

83 OMnia, quæ hucusque dicta fortassis videri Philomuso poterunt pertinere ad Grammaticam: nonnulla adhuc subscribamus de Gestu, qui ab Oratoribus dilucidatur: Rhetoricæ enim partes, quinque sunt: Inventio, Dispositio, Eloquutio, Memoria, & Pronunciatio. Ad hanc ultimam pertinet, Dictio, Corporis dispositio, Modus proferendi, & Motio manuum. De quibus breviter disputaturus sum.

Quinque partes Rhetorica.

Dicimus, cùm voce utimur naturali, qualis in Harmonicis locum habere nequit: aliud est enim voce altâ loqui, aliud cantare: & sunt, non solùm Concionatores, qui canorâ voce in suggestu declamant, sed & multi, qui in privato colloquio modulantur. Adlaborandum est, ne hoc discipuli vitium in pueritiâ concipiant; nam facili negotio haurîtur, & dediscitur non ita facili.

Quid sit dicere? & quomodo à cantare differat?

Corporis modus, motusque est quasi fidejussor vocis; qui singula, quæ dicuntur, adfirmat. Sic, cùm hominem superbum describimus, totum corpus erigimus. cùm modestum & humilem, humeros colligimus, & caput inclinamus. Hinc est eadem verba posse cum modestiâ, superbiâ, & humilitate pronunciari. Modestia medium tenet: nam modestè loqui dicimur, cùm loquimur sicut cæteri solent. Superbia postulat, ut sicut oculos & caput erigimus, sic etiam caput erigámus. Humilitas, paucis rem expedit, caput inclinat, oculos deiicit, vocem remittit. Superbum loquendi modum in quodam Epigrammate, quod in nostræ Rhythmicæ paginâ 101. legitur, D. Hierónym. Cancer ingeniosè describit. Humilem D. Benedictus. *Paucis rem expedit*, dicebam ego: & ipse

An corporis motus consignificent?

Quid requiratur ut sit modesta loquutio? quid, ut sit superba? quid, ut humilis?

ipſe cap. VI. Sanctæ Regulæ. *Signa requirenda ſunt à Priore, cum omni humilitate & ſubiectione reverentiæ requirantur, ne videatur plus loqui quàm oportet.* Ergo in D. Benedicti Lexico, cum humilitate & reverentiâ agere, eſt non plus loqui, quàm oportet. Addidi: *caput inclinat, oculos deiicit, vocem remittit.* Et S. Legiſlator, *Oſtendit nobis omnem exaltationem genus eſſe ſuperbiæ: quod ſe cavere Propheta indicat, dicens. Domine, non eſt exaltatum cor meum: neque elati ſunt oculi mei,* &c. *Nonus Humilitatis gradus eſt, ſi linguam ad loquendum prohibeat Monachus, & taciturnitatem habens, uſque ad interrogationem non loquatur, monſtrante Scripturâ,* Quia in multiloquio non effugies peccatum: *& quia,* Vir linguoſus non dirigetur ſuper terram. *Decimus Humilitatis gradus eſt, ſi non ſit facilis ac promptus in riſu: quia ſcriptum eſt,* Stultus in riſu exaltat vocem ſuam. *Vndecimus Humilitatis gradus eſt, ſi, cùm loquitur Monachus leniter, & ſine riſu; humiliter cum gravitate, vel pauca verba & rationabilia loquatur: & non ſit clamoſus in voce, ſicut ſcriptum eſt,* Sapiens [*a*] verbis innoteſcit paucis. *Duodecimus Humilitatis gradus eſt, ſi non ſolùm corde Monachus, ſed etiam corpore humilitatem videntibus ſe ſemper indicet: id eſt, in opere, in oratorio,* &c. *inclinato ſit ſemper capite, defixis in terram aſpectibus,* &c. *dicens ſibi in corde ſemper illud quod publicanus ille Evangelicus, fixis in terram oculis dixit.* Domine non ſum dignus ego peccator levare oculos meos ad cœlum. *Et iterum cum Prophetâ.* Incurvatus ſum & humiliatus ſum uſquequaque. &c.

De humili loquutione.

S. Benedict. *in Reg. c. 6.*

De S. Benedicti Lexico.

Idem ibid. cap. 7.

Pericula loquacitatis.

Dedecet Monachos cachinnari, & vociferari.

a] Illud *paucis*, ablativi eſt, & vocem *verbis* afficit. Et quid, ſi uſurparetur in dativo, & diceretur, verbis (dum loquitur) paucis hominibus, factis autem (dum operatur) innoteſcit pluribus: hoc eſt, potiùs ſapientiam in factis, quàm in verbis cognoſci.

M*Odus proferendi* Primùm pleraſque omnes linguas diſtinguit, nam ipſammet linguam Latinam, alio modo, alio accentu Caſtellanus, alio Luſitanus, alio etiam Germanus, alio Italus, &c. pronunciat: ut interdùm ubi duo colloquentes audimus, ex modo & tono, etſi nullum verbum prorſus intelligamus, quâ linguâ loquantur cognoſcimus. Secundò, interrogationem ab affirmatione diſtinguit; & hic loquendi tonus aſſertionem verè Catholicam convertet frequenter in hæreſim.

Alio tono profertur Assertio, & alio Interrogatio.

84 Catholica sunt illa S. Augustini verba. *Qui fecit te sine te, non salvabit te sine te*, quæ tamen in Ioannis Calvini ore sunt Hæretica: illa enim sic protulit, *Qui fecit te sine te, non salvabit te sine te?* Quoniam, non jam assertivè sed interrogativè prolata, in oppositam significationem convertuntur.

Et hæc interdū vertitur in significationem contrariam.

De εἰρωνείᾳ an & quomodo à sono & pronunciatione vim habeat.

TERTIÒ, *proferendi modus* Ironiam à simplici oratione secernit: alio enim tono dicimus *Pulchra res.* Cùm admiramur, & verè pulchram esse asserimus; & alio, cùm his verbis rem esse turpem per ironiam vociferamur. Modus sanè loquendi per ironiam, antiquissimus est; & primus, qui illum usurpavit, fuit Deus. Geneseos tertio lapsus primorum Parentum recensetur. Ait ad mulierem serpens. *Cur præcepit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno Paradisi?* Respondit illa, *Ne fortè moriamur.* Et serpens. *Nequaquam morte moriemini. Scit enim Deus, quòd in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dii scientes bonum & malum.* Decipitur fœmina, & Virum in peccatum indûcit. Vocantur ad iudicium à Deo, condemnantur, & Homo hac exprobratione irridetur, *Ecce Adam, quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum & malum.* Adludit ad Dœmonis verba; & quæ ille assertivè dixerat, Deus per ironiam reponit, & exprimit sensum contrarium.

Qua possit Latinè vocari? An sensum contrarium exhibeat?

Est autem εἰρωνεία, ut eam definire solent Rhetores, figura, quam difficulter in Scripturâ cognoscas, tota enim in amaritudine vocis collocatur. Eam nos *dissimulationem*, aut *irrisionem* possemus dicere, cùm videlicet pronunciatione ipsâ nos diuersum ostendimus significare ab eo; quod verba ipsa videntur sonare. Exemplum producunt ex Virgilio in Operis Divini decimo.

Me duce Dardanius Spartam expugnavit Adulter.

Quàm sint ἐρώτησις, & εἰρωνεία cognata.

In quo, nisi amaritudo pronunciationis adiuverit, confiteri videbitur, quod contendit negare. At, si rem bene mediteris ἐρώτησιν (seu interrogationem) veriùs, quàm εἰρωνείαν admitti à Virgilio videbis. Sed in alterutrâ vocis modus invertit significationem: sicut etiam in illo,

Eventus

——Eventus vestræ fortissime pugnæ
Quis fuit?
Quod legitur apud Ovidium Transformationum tertiodecimo, ubi universi Interpretes asserunt interesse *εἰρωνίαν*.

Quando, & cur homo ignavus appelletur Fortissimus

M*Anuum denique motus* trifariam in Declamatione consignificat; vel enim suo modo eadem, quæ linguâ dicuntur, reponit; vel, quæ linguâ dicuntur, transfert; vel, quæ linguâ non dicuntur, adiungit, & Orationem complet. REPONIT, si cùm fortè dixeris, *Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terrâ.* Sub vocem *cælo* manum eleves, & sub vocem *terrâ* illam demittas: & se exponeret Audientium risui, qui cœlum nominans, terram ostenderet; & terram dicens, cœlum indigitaret. TRANSFERT; si, quæ alium respiciunt, proferat, alium respiciens. Sic olim Romæ Comicus, conversus ad Pompejum protulit illud Plauti, *Et tu miseriis nostris es fælix.* ADIVNGIT & COMPLET, si aliqua dicit, quæ in specie non possint intelligi, nisi videatur manus. Dicis Medico, *Habeo dolorem hîc*: & verba, nisi per manûs motum restringantur, & manûs motum ille videat, Medicum relinquent suspensum. Et hæc ipsa verba, si manu tangas frontem, te habere dolorem capitis indicent; &, si manu tangas pectus, te laborare dolore pectoris; significabunt. Et hæc verba, si scripta legantur, indigent commentario; &, si horum verborum sensum exprimere in chartâ velîmus, habebimus, quid cogitemus. Vel, si dubites, servias à calamo Principi Portugalliæ, & sequentem historiolam ausculta. Veneramus Antuerpiam, & Consulibus, Scabinis, & multis Nobilibus comitantibus ducimur ad hospitium. Cameram ingressus illis Dominus, Vestrâ, inquit, veniâ, dictabo ad Meam duas lineas, ne de itineris successu sit solicita, & statim loquemur. Adest Secretarius, Vir verè eloquens, & charus Principi; quem recreationis gratiâ exercèbat, & interdum vexabat; & Princeps sic occœpit dictare. *Sub*

Tripliciter mentem aperimus motu manuum.

Reponendo,

Transferendo,

Adiungendo, & complendo.

Manus generalẽ verborum significationem restringit.

Quàm sit difficile, quæ gesta dicuntur, scribere!

An secretarius omnia scribere possit, quæ dictantur?

 meridiem

meridiem venimus ad Scaldim, & ingressi Phaselum, usi sumus vento secundo sub initium. Sribit Secretarius: Pergit Princeps. *Post unam autem horam concitatus est Aquilo, qui ita turbavit maris undas, ut navis faceret sic & sic.* Et quando has particulas ultimas proferebat, undatim manum movens, concussæ vento & undis navis motus repræsentabat. Hæret Secretarius; ridemus nos, nam calamo excipere verba, quæ audit, scit; manûs autem motus, quos videt, nescit: & verba, si nil aliud addatur, significationem specialem non habent. Nostro tamen consilio illud *sic*, *& sic*, ita expressit [sic ∿ & sic ∿] ita ut illæ ipsæ lineæ undulatæ expressæ calamo, manui correspoderent, & alterati maris motum, & navis cespitantis cursum significarent.

An possit signa & motus manûs scribere?

An, & quid signum ∿ possit significare?

85 HIc *Ego habeo*, simplex assertio est, & indeterminatam habet significationem, quam manus contrahat. Quoniam, si manu frontem tetigero, est *Ego bene scio, quid debeam facere:* &c, si gladium manu apprehendero, illa phrasis æquivalebit huic. *Ille faciat, inficiatve, quidquid voluerit, in meâ manu & meo gladio est adhibere remedium*, &c. Quam ob rem, si scribere hæc sensa volueris, illis verbis *Hic Ego habeo* aliquid debebis adjungere: puta *Hic in mente*, &c. *Hic, in gladio*, &c. aut aliud simile. Huc pertinent illi versus notissimi, quos Hispani inculcamus, ut multa frustrà minantis proponere personam volumus, nimirum.

Quid sit Hic habeo? Illud hic est genericum, & debet per manum restringi.

An-ne loquamur motu manuum?

Caló el sombrero, metió mano a la espada,
Y dixo, Voto a Christo, y no huvo nada.

Illa enim verba generalissima, *Voto a Christo*, in sensus diversos trahi possent. At verò per inductionem pilei, & gladij apprehensionem restricta, minas evomunt, & quò breviora, plura cogitanda & timenda reliquunt. Et plura ridenda etiam posteà, cùm post tam grandia tonitrua & fulgura nullum fulmen sequutum fuerit; hoc enim illa clausula importat, *No huvo nada.* Quod aliò simili casu fecit Anastasius Pantaleon. Mittebat ad Marchionem

Quid illa verba Voto a Christo significent?

chionem de Velada, [qui tunc erat Oranij in Africa Gubernator, &c. colebatque Palladem sub utroque attributo, quoniam ita exercebat arma, ut cultui Musarum non deficeret :] Codicem manuscriptum ; & in Epistolâ, quam adjunxit, sic inquit. *Haseme puesto aqui, que este pequeño librillo va à lograr el amparo de V. Exª.* (*i escrivolo con el indice de la mano derecha entre las cejas*) *pero al fin va a tierra de Moros*, &c. Videre vellem, quo Pantaleon modo scriberet dexteræ indice inter supercilia collocato. Sed ad rem. Illa verba *Haseme puesto aqui*. Si nihil addatur, quod intendit Author, non significant: ut enim restringantur ad debitam significationem, postulant manûs motum, qualem describunt illæ voces, *i escrivolo con el indice de la mano derecha entre las cexas*. Et tunc verba linguâ prolata, & motus manu expressus, simul sumpta in hanc Latinam periodum verti poterunt. *Mihi venit in mentem, & firmam concepi fiduciam sperandi, quòd hic Libellus cum lucro & utilitate consequetur V. Exª patrocinium*, &c.

Marchio de Velada laudatus.

Quid importet Haseme puesto aqui?

Quid, si manus quiescat?

Quid, si digitus in fronte ponatur.

86 Hinc patet subintelligi motum manûs minantis in illis Virgilij celeberrimis numeris. Nam postquam Æolus ad Iunonis instantiam solutis ventis mare Tyrrhenum perturbaverat, & multas Trojanæ classis naves concitatâ tempestate submerserat, Eurum, Zephyrum advocat, & sic exclamat.

Tanta-ne vos generis tenuit fiducia vestri?
Iam cælum terramque meo sine Numine Venti
Miscere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego: sed motos præstat componere fluctus,
Post mihi non simili pœnâ commissa luetis, &c.

Sic Iuppiter. Et, ut eum intelligas, oportet, ut illum adesse concipias; adeoque, ut illum tibi sistas, eumdemque non linguâ tantùm, sed & capite, oculis, & manu contra Ventorum insolentiam exclamantem auscultes. Porrò, cùm versum illum dicit, *Tanta-ne*, &c. caput promovet, oculos minitabundus aperit, & simul manum modicè élevat, apertamque ante faciem extendit.

Adducuntur Virgilij numeri, qui, si legantur tacitè, & non veriùs vivâ voce recitentur ἐνεργείᾳ carent.

Vnde Hieronymus. Habet nescio quid latentis energiæ vivæ vocis actus?

Quomodo debeant declamari?

dit. Cùm illas voces *cælum*, *terramque* profert, loca illa, de quibus loquitur oculis & manu designat. Et tandem cùm addit *Quos ego*; intendit in Ventos insolentes oculos, erectumque indicem versus illos oscillat: & inclinato tantisper capite manum demittit dicens, *sed motos præstat*, &c.

Iuvat nos hæc doctrina, ut locos sacros aliquos intelligamus; qui si absint consignificantes circumstantiæ, explicari non possunt. Occurrunt multi & varij: sed unum aut alterum, ne sim nimius, producam.

Ioan. 4. Quid ibi importet illud οὕτως, sic?

Verba Euãgelistæ per eius actionem (sessionẽ) restringuntur.

87 IN Christi Historiæ quarto S. Ioannes hæc habet. ἦν δὲ ἐκεῖ πηγὴ τοῦ Ἰακώβ· ὁ οὖν Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ. *Erat autem ibi fons Iacob: Ergo Iesus fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem.* Sed dicas, obsecro? Quomodo sedebat Christus? *Sic*, ait Evangelista. Quid autem notat illud *sic*? Respondeo verba illa per actionem restringi, nec aliter intelligi posse. Dico igitur Evangelistam sedere, quando hanc historiam narrabat, ut sensus sit, *Sedebat Iesus supra fontem sic, ut ego sedeo.* Vnde qui aderant, & Ioannem sedentem videbant, quo Christus modo supra fontem sederit, ignorare non poterant: nos autem, qui Ioannem sedentem non videmus, quomodo Christus sederit supra fontem nescimus: & nobis sufficere scire, eum sedisse, putamus.

Vox οὕτως, sic, latissimè patet, & nisi restringatur, nil expressè significat.

Et quidem vix reperitur in libris vox οὕτως, *sic*, quin actione aliquâ externâ restringatur. Et id nos docet Plautus, qui *Aul. scen.* 1. *act.* 2. hæc scripsit. *Quid ais?* C. *Sic sum, ut vides.* Vbi, ut conspicis, ut sciatur, quid illud *sic* importet, quia non potest solâ aure percipi, oculi vocantur in auxilium. Considera illa verba Plauti, quæ *in Men. scen.* 2. *act.* 4. leguntur. *Aufer manum. Sic datur. Properato absente me comesse prandium.* Sunt immorigeræ uxoris, virum increpantis & ferientis ob comestum eâ absente prandium. Et idem *Pseud. scen.* 2. *act.* 1. sibi consonans. *Sic datur, si quis herum servus spernit.* Vtrobique

Vox sic per percussionem restricta.

illud

illud *sic* latè patet; at verò per ipsammet percussionem restringitur.

Apud Poëtas *sic*, si de verbis sit sermo, per eadem restringitur, & intelligitur. Vt illud Virgilij libr. *6. Sic fatur lachrymans*, &c. pro quo Homerus dixerat, *ὣς ἔφατο*, & interdum *ὣς εἰπών*. Si de aliquo corporis motu (sermo sit) vocula *sic* per illius positionem restringitur & determinatur: ut in Virgilio *Æneid*. 4. videre est: canit enim, *Per sequentes voces determinata.* *Interdum etiam per actionem.*

Sic veniat: tuque ipsa piâ tege tempora vitta, &c.
Sic, ait, illa gradum studio celebrabat anili, &c.
Dixit: & os impressa thoro, Moriemur inultæ?
Sed moriamur ait: sic, sic juvat ire sub umbras. &c.

ET hæc omnia meam mentem præparant, ut illam Amanis conducentis Mardochæum exclamationem intelligam. Historia est dignissima ponderatione: quo nos instituit, ut nunquam iniquitatis potentiæ confidamus. Multa potest & solet sibi polliceri temeritas; sed quia à justis est Deus, mentitur iniquitas sibi. Sequentes ergo lineas, cùm ut intellectum erudiamus, tum ut voluntatem ad imaginem Virtutis conformemus, accuratè inspiciamus. 88 *Amanis Mardochæũ honorantis exclamatio.* *Quid in illa vocula sic significet?*

Profectò Aman, sic præcipiente Rege, vociferabatur vel invitus. *Sic honorabitur, quemcumque voluerit Rex honorare.* Qui aderant, verbis pluribus non indigebant; illud enim *sic*, quod audiebant, per pompam solennem, quam videbant, restringebatur. At nos, qui non vidimus illam, ejus descriptione indigemus, ut vim ejusdem voculæ intelligamus. Illam liber Esther cap.6. dilucidat: unde periodos sequentes exscribo. *Statimque Rex: Quis est, inquit, in atrio? Aman quippe intertus atrium domûs regiæ intraverat, ut suggereret Regi, &* (ut) *juberet Mardochæum affigi patibulo, quod ei fuerat præparatum. Responderunt pueri* [a] *Aman stat in atrio. Dixitque Rex: Ingrediatur. Cumque esset ingressus ait illi. Quid debet fieri Viro, quem Rex honorare desiderat? Cogitans autem in corde suo Aman, & reputans,*

a] Quos vocat Latinus *famulos*, Hebræus dicit *pueros*, His-

panus mosos, debet enim homo prudens ita in iuventute servire, vt in senectute dominetur.

putans, quòd nullum alium Rex, nisi se, vellet honorare, respondit. Homo, quem Rex honorare cupit, debet indui vestibus Regiis, & imponi supra equum, qui de sellâ Regis est, & accipere Regium diadema super caput suum, & primus de Regiis Principibus ac Tyrannis teneat equum eius, & per plateam civitatis incedens clamet, & dicat, sic honorabitur, quemcumque voluerit Rex honorare. Dixitque ei Rex. Festina: & sumptâ stolâ & equo fac ut loquutus es, Mardochæo Iudæo, qui sedet ante fores palatij. Cave, ne quidquam de his, quæ loquutus es, prætermittas. Tulit itaque Aman, stolam [b] *& equum, indutumque Mardochæum in plateâ civitatis & impositum equo præcedebat, atque clamabat, Hoc honere condignus est, quemcumque Rex voluerit honorare.* Ecce, rem per illud *sic* notatam, quæ intuitu simplici videri potuit, non potuit nisi multis verbis expendi. Sunt & alij multi in Sanctis Bibliis loci, in quibus vox *sic* per actum externum restringitur & determinatur.

Quomodo Vasalli optimi à Regibus sint honorandi?

b] Ergo Regia vestis vocabatur *stola*.

89 PRoderit aliam historiam addere, in quâ ὁμωνυμίαν, quam præ se ferrent verba, tangens suum manu pectus Christus abstulit. *Ingressus* in templum Iesus, invênit vendentes boves, oves, columbas, &c. nummularios, &c. qui, ut ex sacrificiis lucrum reportarent, Dei cultum converterant in mercaturam. Videbantur vel taciti dicere,

Ioan. 2. 14.

Verba per tactum pectoris, aut restricta, aut translata.

Tolle lucrum, nec erunt aræ, nec Iuppiter ullus.

Tunc Dominus flagellum è funiculis formans, eos verberibus (nec enim verbis profecerat) è templo expulit, animantes ejecit; mensas subvertit, & monetam profudit. Erant ibidem mercatores potestate fulti Pontificiâ & Cæsareâ: nam ob lucrum, quod inde emergebat, à Sacerdotum Principibus, & Ministris Cæsaris tolerabantur. Et hanc ob rem, se non aliter è templo posse eiici, quàm authoritate Divinâ supponentes, occlamabant expulsi, *Quo signo, prodigio, vel miraculo probas te Divinâ authoritate procedere, cùm omnia hæc facis?* & illis tacto pectore Dominus. Λύσατε τ̃ ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἐγερῶ αὐτόν. εἶπον οὖν οἱ ἰουδαῖοι. Τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος, καὶ σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις

An privatâ authoritate potuerint expelli, qui in templo publicâ negotiabantur?

Templum. ὁ ναὸς, est vox æquivoca.

ραις ἐγερεῖς αὐτοῦ. Ἐκεῖνος δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ. *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi. Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat, de templo corporis sui.* Quæ verba tam crudè acceperunt Iudæi, ut Iesum eorum fuerint in tribunali incriminati, & posteà in cruce irriserint. Accusationem in Matth. 26. 61. lego. Duo enim falsi testes sic deponebant. οὗτος ἔφη. Δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι αὐτόν. *Ipse dixit. Possum destruere* (dissolvere) *templum Dei, & per tres dies reædificare illud.* Et ut habet Marcus 14. 58. *Insurgentes falsum testimonium deponebant adversus eum dicentes.* ὅτι ἡμεῖς ἠκούσαμεν αὐτοῦ λέγοντος: ὅτι ἐγὼ καταλύσω τὸν ναὸν τοῦτον τὸν χειροποίητον, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἄλλον ἀχειροποίητον οἰκοδομήσω. *Quoniam nos audivimus eum dicentem. Quòd ego dissolvam templum hoc manufactum, & post tres dies aliud non manufactum ædificabo.*

Quot annis fuerit Hierosolymitanum templum ædificatum?

Falsorum testium depositio.

Legis omnia, & fateris statim testes hos, quorum meminit Marcus, falsos esse: at illos, quorum Matthæus meminerat, falsos esse non vides. Porrò posteriorum testium falsitas & iniquitas, in illis Epithetis χειροποίητον, & ἀχειροποίητον: *manufactum* & *non manufactum* conspicitur: non enim illa posuit Dominus: at in priorum testimonio, quid falsi possis accusare, non vides. At vident alij. Primò enim tametsi verum sit, Christum posse destruere (dissolvere) templum Dei: hoc Christum dixisse non est verum. Non enim ipse dixit, Δύναμαι καταλῦσαι, *Possum dissolvere*, sed λύσατε, *solvite*. Quod sufficit, ut in depositione temeretur veracitas. Secundò, consideranda est latioris significationis restrictio. Dixerat Christus, & deponunt in tribunali testes, τὸν ναόν, *templum*. Sed quod templum? Christus tacto pectore dixerat τοῦτον, *hoc*. Et testes iniqui reponunt τὸν τοῦ Θεοῦ, *Templum Dei*, quo nomine Hierosolymitanum intelligebatur. Ergo dixerat Christus *Hoc templum*, hoc est, *corpus suum*. Et arguitur, quòd dixerit. *Illud templum Dei*, quod videlicet quadraginta sex annis fuerat ædificatum.

90

Testes, qui apud Marcum sunt falsi. An etiam qui apud Matthæum?

Christus de altero, & testes de altero templo loquuntur?

91 *Vox templum sumitur propriè, & metaphoricè.* 1.Cor.6.19.

Hinc patet vocem ὁ ναὸς, *templum*, propriè & metaphoricè sumi: & propriè templum manufactum: & metaphoricè corpus justi hominis significare, ait enim S.Paulus. ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι τὸ σῶμα ὑμῶν, ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ. *An nescitis, quoniam corpus vestrum templum illius, qui in nobis, santi spiritûs est, quem habetis à Deo.* Et propriè sumitur, nisi adsit ratio & causa, propter quam ad alium sensum transferatur. Ergo si erigens versus muros manum dixisset Christus, τὸν ναὸν τοῦτον, *templum hoc*, de manu facto loqueretur: verùm quia τὸν ναὸν τοῦτον tacto pectore dixerat, loquebatur, de templo corporis sui.

1.Cor.3.16. *Homines iusti sunt Dei templa.*

Et quidem vocem *Templum*, pro Viro Iusto & Sancto accipi, tam certum est, ut longiori probatione non indigeat. Doctrinam hanc Corinthiis Apostolus tradidit dicens, οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός· ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιός ἐστιν· οἵτινές ἐστε ὑμεῖς. *Non scitis, quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? siquis templum Dei perdit (corrumpit, violat) perdet illum Deus; nam templum Dei Sanctum est.* Et multò adhuc clariùs, & Christi verbis accommodatiùs, loquitur mox, dum ait. ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι τὸ σῶμα ὑμῶν, ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ καὶ οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν: *An non scitis, quia corpus vestrum, templum ejus, (qui) in vobis, Sancti Spiritus, est, quem habetis à Deo, & non estis vestri.* Et in alterâ ad eosdem Epistolâ: ὑμεῖς γὰρ ναὸς Θεοῦ ἐστε ζῶντος, καθὼς εἶπεν ὁ Θεός· ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς. *Vos enim templum Dei estis viventis, sicut dicit Deus, quoniam inhabitabo in illis.* Hæc vocis acceptio etiam apud Ethnicos reperitur, Lucretius enim, qui ante Christum floruit, interioris secreta animi (libr. 5.) *templa mentis* appellat. Et huc referri possunt Stratonici verba, quæ fortè non bene intellexit Athenæus, nec Erasmus, qui ex illo multa exscripsit Apophthegmata: nam cum Melissæ templa pretiosis gazis ornata, & cives bonis moribus exutos, & potiùs nudos, cerneret, illos increpuit, clamans, *Audite ô Templa*, ac si diceret; *Vos estis vera templa-*

1.Cor.6.19. *Vulgatus*, σῶμα ὑμῶν, corpus vestrum *transtulit*, & *bene*, membra vestra.

pla, qui morum elegantiâ exornari debetis. Vnde Patres in Declamationibus suis frequenter incriminantur peccatores, quod corporis & animi puritatem debitam non conservent. Apud Aurelium Prudentium contra Symmachum, sic inquit Deus.

Templum mentis amo, non marmoris aurea; in illo
Fundamenta manent Fidei: structura nivali
Consurgit pietate nitens: tegit ardua culmen [a]
Iustitia: interiùs spargit sola picta rubens [b]
Flore Pudicitiæ: Pudor almus & atria servat.
Hæc domus apta mihi est: hæc me pulcherrima sedes
Accipit, æterno, cælestique hospite digna.

a] *Considera illud epitheton ardua, vt scias, non in facilibus negotiis tātum, sed etiam in arduis & difficilibus, iustitiā observari debere.*

b] *Sola est nomen substantivuum à sing. solum.*

MAjorem prorsus difficultatem reperio in historiolâ (si fortè hoc est digna vocabulo, quam probari non video) quæ de Sancto N. (nam de variis narratur) recensetur. Illam paucis propono. [Orabat apud viam Vir Sanctus: & homo quidam profugus, qui vel à satellitibus, ut catenaretur, vel ab inimicis, ut occideretur, quærebatur, rogat, ne eis, qui erant superventuri, dicat, se transivisse illac. Evadit ille: manet Divus: superveniunt satellites, & interrogant, *An aliquis transierit illac?* Et ipse manum dexteram in manicam sinistram inducens, respondit; *Nemo transivit hac*, nempe, per istam manicam.] Hæc Historia requirit, ut exponamus breviter; *An fuerit S. Pater mentitus?* Nec qui affirmet, Divo detrahet: nam mendacium officiosum inter venialia est minimum: & siquidem negare non possumus aliqua Sanctos viros commisisse venialia, cur debebimus de minimo concitare quæstionem?

Casus proponitur.

An vocula hac per manûs motum restringatur.

An alicui Viro probo, & sancto honorē detrahet, qui eum arguat officiosi mēdacij?

Fortè alicui videretur officiosè mentitus: nam Responsio per Interrogationem restringitur; & Satellites, *an per viam*, & non *an per manicam* ille transiverit, interrogabant. Ergo illa verba; *Non transivit hac*, per Interrogationem restricta, reddunt hunc sensum; *Non transiit per hanc viam:* at transiverat: illa ergo verba continebant mendacium.

Quomodo restringatur Responsio?

At ego non ita severè ex eodem fundamento definio. Dico ergo Primò. *Responsionem, si æquivocatione laboret, ab Interrogatione restringi.* Et hoc esse certissimum, & indubitatum suppono. Dico Secundò. *Non teneri hominem respondere, si rogetur privatim.* Et hæc etiam est doctrina communis, quæ à nemine negari potest. Dico Tertiò. *Divum illum potuisse non respondere:* non enim legitimè interrogabatur. Dico Quartò. *Eumdem non respondisse de facto.* Dixit igitur, ac si à nemine interrogaretur; *Nemo transivit hac*: & quia illud *hac* erat æquivocum, manu restrinxit, ut *per manicam* significaret. At illi non adverterunt motum manûs, ais. Et quid inde? non habebat Divus ille obligationem eos monendi: &, si incauti fuerint, sibi imputent.

An privatim rogatus respondere teneatur.

Nemo tenetur monere alios, ut sciant, an, & quomodo verba restringat.

92 Porrò; ut dicebam, si res bene consideretur, inter consignificantes circumstantias, & vocis tonus, manuum motus, &c. meritò numerantur: nam eadem verba tali vocis tenore prolata sunt seria, sunt affirmativa: tali autem capiuntur interrogativè, tali ironicè. Aliter labia & supercilia oscillat, qui commendat, & laudat; aliter, qui contemnit. Vt id clariùs ostendam, Eleonoram produco, quæ act. 3. Comœdiæ, quæ inscribitur, *Como amante y como honrada*; Authore Doct. Ioanne Perezio Montalvano, voce tremulâ & titubante labio sic inquit.

Assertio, Interrogatio, & Ironia, non verbis, sed vocis tono, & manûs motu differunt.

Vino pues, y al momento.
(No es facil proseguir, aunque lo intento;
Porque al pensarlo el alma desfallece:
Y la lengua enmudece
Al quererlo decir, como corrida
De no bastar a pena tan crecida,
Que es para pena de la misma pena
Dexarse referir a boca llena,
Sin que el ansia lo escuse,
El dolor lo rehuse,
O sin que bachillera la fatiga

An ipsamet animi fatigati & turbati impotentia, antequam vox aperiatur, & verba pronuncientur, loquatur?

Se

Se adelante a la voz y ella lo diga.)
Maya, que es fuerza, que lo cuente el labio
A pesar de los ascos del agravio,
Oye, y mirame aun tiempo todo junto,
Que es circunstantia de tan gran assunto,
Que a decirle no bastan las razones,
Y se ayan de valer de las acciones,
Para que su verdad quede explicada,
Pues con lengua turbada,
Con labio babuciente,
Arrugada la frente,
El coraçon en lagrimas deshecho,
Palido el rostro, revoltoso el pecho,
La voz difunta, la congoja viva,
Y qual fuente cautiva,
Que el yelo texe, y el calor quebranta,
Añudada la voz a la garganta,
Mi ansias tengo de contarte atrozes,
Con los affectos mas que con las vozes.

An gestus & corporis motus (quos acciones Hispanus vocat) etiã loquantur?

An expressiùs: quàm verba?

Interdum ergo gestus & actiones externæ animi passiones & perturbationes meliùs exprimunt, quàm ipsæ voces.

NOTA II.

De Manu: *hoc est, de characterum formâ.*
Item. *De orationis ornatu.*

EGimus hucusque de Manu: & quia Manûs nomine characterum speciem intelligimus, pauca hæc addamus.

92. b.
Esta es la mano de Fulano, significat: Has literas Titius scripsit propriâ manu.

Hispanus cùm literas accipit, & à quo illæ mittantur nescit, alios consulit & interrogat dicens; *Que mano es esta?* & respondebit unus; *No sé que mano sea:* & alius, *Esta es mano de Paulo.* Ecce literæ ipsæ, quæ manu scribuntur, *manus* ab Hispanis vocantur.

Duas

Characteres habent significationẽ naturalem & artificialem.

Duas ergo habet linguas Epistola: naturalem, & artificialem. Artificialis utitur tali aut tali linguâ, & ab hominum placito pendet vocum, quas scribit, significatio: [loqui enim Epistolas, Chartas, Tabulas, immo etiam Æra & Marmora aliquando videmus. Villaizan in Comœdia, quæ inscribitur, *Offender con las finezas.* act. 3.

Blanca. *Bien me holgára que el papel*
Hablára ahora por mi.
Pero pues ya le escribi,
Y es verdad, quanto ay en el,
Yo os le he de mostrar Otavio. &c.]

Ex effectu cognoscitur causa.

Non sunt duo, qui scribant eodem modo.

An character aliquãdo mentiatur?

At Naturalis ab hominum arbitrio non dependet, sed significat, ut fumus ignem, & universim loquendo, ut effectus suam causam. Quid illâ dicat intelligere poteris, si legatur à famulo: quid autem hac exponat, nisi propriis oculis videas, nunquam intelliges. Sicut facie, sic voce, sic charactere homines differunt: & sicut, qui alios imitantur (Hisp. *remedan a otros*) eorum vocem & gestus mentiri dicuntur: sic qui conatur exprimere characterem alterius, dicitur mentiri eius calamum.

An & quid significet dictionis elegantia, & neglectus?

N. B. Totus in verbis est I. Lipsius, sed tamen illa, *meus*, *nostra*, *meas*, non cohærent: quem in illo abusum sæpe invenies.

Et transeundo ad ornatum verborum, etiam ipsemet loquitur: nam aliter scribit ægrotus, aliter sanus; aliter otiosus, & aliter negotiis implicatus. Audi Iustum Lipsium, qui in Prolog. ad Centuriam I. Epistol. ait: *Victor meus solitus dicere, indices ei semper valetudinis nostra meas literas, etiam cùm indices non essent. Benè. Languent enim illæ: excitatur, dolent, gaudent; calent, frigent mecum. Vt verbo dicam, affectus animi, corporisque mei in hac tabellâ.*

NOTA

NOTA III.

De χειρολογίᾳ Concionatoria.

An gestuum expressio dedeceat Ecclesiasticam Gravitatem?

HAbent applausum in comœdiis, qui gestu vivido illa, quæ dicuntur, repræsentant & exprimunt. Cognovi duos Madriti Amaryllida, & Ariam, qui primas agebant personas, & cum admiratione audiebantur. De Amaryllide multi Poëtæ scripserunt, & digna fuit, me judice, majori laude. Ariam in theatro semel vidi, sibi epistolam legere, gestibus tam appositis, ut verba, in quæ posteà prorupit, oculis priùs me audivisse putaverim. De illo apud Ioanuem Perez Montalvam y Luppi de Vegâ Famâ posthumâ fol. 13. a. hæc lego. *Hallóse en Madrid Roque de Figueróa Author* [a] *de Comedias, y tan falto dellas, que estaba el Corral de la Cruz cerrado siendo por Carnestolendas: y fue tanta su diligencia, que Lope y Yo nos juntamos para escribirle a toda priesa una, que fué* La tercera Orden de S. Francisco, *en que Arias representó la figura del santo con mayor verdad, que jamas se ha visto.* Vide nostram Rhythmicam. lib. 3. de Sylvis, pag. 408. Versus illi, qui voce & gestu repræsentabantur sunt μιμίαμβοι dicti. Terentianus Maurus *de metris.*

93 *Qui pronunciatione & gestu excellant?*

Laudantur Amaryllis, & Arias.

a] Archicomœdus ab Hispanis, author de Comedias vocatur.

Μιμίαμβοι Ἡμίαμβοι.

Hoc Mimiambus Mattius dedit metro
(Nam Vatem eumdem est Attico thymo tinctum
Pari lepore consequutus & metro.)

Ille autem Mimiambus, est Herodotus, cujus Scazontas exhibet Stobæus, apud quem corruptè ἡμίαμβοι *semiambi* dicuntur, qui μιμίαμβοι debent.

Ex theatro gestus transiverunt ad rostra, nam Oratores inceperunt Auditores gestuum elegantiâ delectare. Vnde Demosthenes & Cicero, tametsi eloquentissimi, libentius audiebantur à populo, quàm legebantur. Vnde ipse *lib. 4. Tusc.* Cicero, *Aguntur ista præclarè, & ab Oratore*

An gestus admittat Rhetorica?

 quidem

quidem meliùs (si modò est Orator) quàm ab ullo histrione

An chorus & suggestum Ecclesiæ? *De Credo Calabrico.*

94 Et his præmissis ingreditur Quæstio & interrogat, *An in choro & Ecclesiâ Cantores & Concionatores debeant aut possint in gestuum expressione Oratores antiquos imitari?* Illud *Credo*, quod vocatur *Calabricum*, in quo Cantor, quod singula verba significent, manuum motibus exprimit, quia risum potiùs excitat, quàm devotionem, interdici deberet: nam prima Orthodoxæ Fidei fundamenta ludibrio exponit: & reponitur non sine aliquo gentis eruditæ dedecore. Vidi Concionatores, in gestu nimios, qui histriones veriùs, quàm Apostolos referunt: & hi Iovem malunt imitari, quàm Christum: nam *in Amph.* inquit Plautus. *Quasi verò novum non proferatur, Iovem facere histrioniam.* Omnia extrema perplacent heterodoxis: & ideò in suis concionibus Lutherani & Calvinistæ vix movent manus. Legere videntur, non dicere: & essent illis similes si fortè loquerentur statuæ. Sic declamant in templis, ut à modestiâ laudem emant.

An nostri Concionatores excedāt interdum in gestibus? *De Heterodoxis Prædicantibus.*

Debet teneri medium.

Condemno utrumque extremum, nam Virtus in medio consistit. Scitè Poëta antiquus.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque vetat transcendere virtus.

Cui consonans Melleus Doctor. *libr.* 3. *de consid.* Sic inquit. *In te consistito; non infra deÿci, non supra attolli, non evadere in longius, non extendi in latius. Tene medium si non vis perdere modum: locus medius tutus est. Medium sedes modi, & modus virtus.*

S. Augustini votum.

Se felicem profectò censeret Augustinus, si Paulum, aut aliquem Paulo similem, audivisset concionantem: hoc enim habebat in votis. Ergo in Paulo præter nuda verba, quæ in eius leguntur Epistolis, erat, opinione Augustini, eximia pronunciationis efficacia, quæ in vocis modulis, manuum motu, & gestuum opportunâ varietate consistit. Non ergo (modò limites modestiæ non excedat) usus Polymniæ dedecet Apostolicos Concionatores. Quoniam, si illos excedit, dedecet ipsos Ethnicos.

Qualiter fit concionatus D. Paulus?

Cicero.

Cicero. *Vitandum est Oratori utrumque; ne, aut scurrilis jocus sit, aut mimicus.* Cicero 2. de Orator.

NOTA IV.

DE χειρολεγίᾳ MILITARI.

An Enses loquantur? an dicant? an respondeant? an mentiantur? an aliquando eloquantur æquivocè? & an subeant Restrictiones Mentales.

VIris prudentibus molestissimi sunt arrogantes, qui proprias virtutes & prærogativas supra modum extollunt. Est autem Arrogantia, quædam filia superbiæ, quâ quis nimiùm se æstimans, cæteros, quos infra se jacere vult, despicit & contemnit: ita, ut illis vix loqui dominando dignetur. Habetur *in Decret. distinct.* 47. *cap.* 1. & colligitur ex S. Thoma 2.2. *quæst.* 112. *art.* 1. & ex Aristotele, qui *lib.* 4. *Ethic. cap.* 7. ait. *Arrogans appellatur is, qui sibi res magnas & præclaras sumit & vendicat, cùm non insunt; vel majora, quàm quæ insunt.* Et quia plerique Milites sunt superbi & indociles, dicam non nihil de ἀλαζονείᾳ, ut veram Militum linguam à paraglossâ discernamus. 95 *Quid arrogantia sit?*

Sanè duas linguas habet Miles; alteram in ore, alteram in manu. Et qui taceat ore, & loquatur manu, gloriosissimus erit. At sunt multi, & nimis profectò multi, qui tacent manibus, & ore arroganter loquuntur. Hi simul sunt temerarij, & ignavi: quoniam loquuntur valde temerè, & operantur valde timidè. Et de illis *lib.* 3. *Ethic.cap.* 3. Aristoteles. *Ita fit, ut plerique eorum ita audaces sint, ut etiam ignavi simul sint.* Θρασυδειλοὺς *uno verbo Græci vocant. Cùm enim hi audaciam præseferant, tamen nunquam res formidolosas subeunt.* Cicero 1.Offic. *Deforme est de se ipso prædicare, falsa præsertim: & cum irrisione audientium imitari Militem gloriosum.* Videbis aliquos de armorum, quæ habent pretio & pulchritudine gloriari, ac si *Milites loquuntur duabus linguis: altera illarũ ipsorum propria est, altera impropria.* *An in armorum pulchritudine,*

 victorias

& pretio consistat virtus? victorias Patriæ dederint deaurata arma. Illos apud Stobæum *serm.* 22. irridebat Diogenes. Et, ut video, Æneas prudentissimus erat, & tamen fœdera initurus cum Pallante, non dixit:

An aurum loquatur: & an sit qui efficacia, quam in loquendo habet, possit resistere?

Accipe, daque fidem: sunt nobis aurea tela,
Ornati gemmis gladij; pulcherrimi & enses.

Non enim ab armorum ornatu, sed à virtute habere gloriam voluit: sed Pallantem sibi conciliavit his verbis. (Virg. *Æneid.* 8.)

Accipe, daque fidem: sunt nobis fortia bello
Pectora, sunt animi & rebus spectata juventus.

Dicunt Græci, χρυσοῦ λαλοῦντος πᾶς ἀπρακτεῖται λόγος. *Auro loquente, nihil valet omnis oratio*; ut ostendant, Pecuniam esse eloquentissimam Parnassi Musam, quâ perorante Rhetor vel eruditissimus tacere debeat. At ensis est Genius Parnassi potentissimus, quo loquente silent Musæ Politicæ, nam *tacent leges inter arma*, &c.

Miles Bombylius.

Βομβύλιος στρατιώτης, *Miles bombylius* dicitur, clamosus, superbus, & indocilis: qui multa loquitur, & nihil facit. Et huc pertinet γιγάντων ἀπόνοια, *Gigantum arrogantia:* qui, si verbis vires fuissent æquales, vicissent & occidissent omnes Deos. Et talis erat, qui apud Aristotelem dicebat, βλέπει γὰρ αἰπκρὺς δόξης μ' Ἄρην. *Videberis, me videns, planè Martem videre.* Talis, qui verbis Divinis abusus occlamabat. *Ego occidam, & ego vivere faciam; & non est, qui de manu meâ possit eruere:* unde à cæteris audire vult,

Arrogantia Gigantum.

Sunt illis similes, qui se Martes delirant, & reliquis precariò permittunt, ut vivant, & reverà pusillanimes sunt.

Εἶα λέγ', εἴ τι λέγεις, καὶ τὸ ξεῖνον εἰς πόλιν αὖθις
Ζῶντ' ἄφες.
Dic age, siquid dicis, & hospes, & unde profectus,
Vivus eò redeat, permittito.

Cur ensis dictus sit lingula?

Omnes isti, sunt inter Milites prudentes fabula; & occasio ridendi, nam viri strenui lingua gladius est, & hic non ore vibratur, sed manu. Hinc patet, cur Veteres ensem *lingulam, seu legulam* dixerint: non jam ob linguæ similitudinem, quod Agellius [a] *lib.* 10. *cap.* 25. innuit: sed

a] *Agellius* dicitur, non

ſed quia Enſis eſt lingua, quâ ſolent Principes & Nobiles, loqui, reſpondere, & in materiâ honoris graviſſima negotia expedire. In Comœdiâ, quæ inſcribitur; *El vergonzoso en Palacio*, quam M. Tirſus de Molina compoſuit, & edidit *in Cigarralium* [b] *lib.1.fol.38.b.* Dux de Avero & Comes de Eſtremos utuntur hac Martiali Grammatica. Attende.

Aulus Gellius, vt paſſim citatur.

b] *Quas Quintas, aut caſas de plazer aliàs* Hiſpani dicimus, Toletani *Cigarrales* appellant.

Qui diſſerere enſibus volunt teſtes fugiunt.

Duque. *De induſtria a eſta eſpeſura retirado*
Vengo de mis monteros, que ſiguiendo
Vn jabali ligero nos han dado
El lugar, que pedis; aunque no entiendo
Con que intencion confuſo y alterado,
Quando en mis voſques feſtejar pretendo
Vueſtra venida, Conde Don Duarte,
Dexais la caza, por hablarme a parte.

Conde. *Baſta el diſſimular, ſaca el acero,*
Que y a olvidado os comparaba a Numa,
El que deſnudo veis, Duque de Avero,
Os dará la reſpueſta en breve ſuma:
De lengua al aggraviado Caballero
Ha de ſervir la eſpada, no la pluma,
Que muda dize a vozes vueſtra mengua

Numæ nomen Senatori, qui non armis, ſed rationibus vtitur, acenſere ſolemus.

Enſes loquuntur.

Enſes reſpondent.

Duque. *Lengua es la eſpada, pues parece lengua.*
Y pues con ella eſtais, y aſſi os provoca
A dar quexas de mi, pueſto que en vano
Refrenando las lenguas de la boca,
Hablen ſolas las lenguas de la mano,
Si la occaſion que os doy (que ſera poca)
Para eſe enojo poco corteſano,
A que primero la digais no os mueve
Pues mi valor ningun aggravio os debe, &c.

Enſes dicuntur linguæ manuum.

Hanc etiam Martialem Grammaticam didicerant, & exercebant Ioannes & Ludovicus, quos Calderon gladiis contendentes & diſputantes introducit.

D. Luis. *Valgame el cielo: que miro?*
Don Iuan de Guzman es eſte.

Señor Don Iuan de Guzman.

D. Iuan. *Quien llama? quien vió mas fuerte*
Confusion? Este es Don Luis.

D. Luis. *Donde quiera, que yo viere*
A quien a mi sangre aggravia,
Y a quien mi opinion offende,
Primero, que con la lengua,
Sin ceremonias cortezes
Le saludo con la espada,
Voz de honor mas eloquente.
Sacad la vuestra, porque
Con mas opinion me vengue.

An alios ense salutare possimus?

An ensis loquatur? an interroget? & , an respondeat?

D. Iuan. *Yo no he rehusado en mi vida*
Con la mia responderle,
A quien me habla con la suya, &c.

D. Luis. *No os respondo, porque ya*
Hablar el azero debe.

96 Ita apud Calderonem in Comœdiâ, quæ inscribitur, *Mañanas de Abril y Mayo.* act. 3. pag. 64. b.

An & mentiatur?

Superest explicare, An gladius sciat mentiri? an æquivocè loqui? &, quomodo ejus verba, si latiùs pateant, restringantur?

Quâ verborum formulâ Prætorij Præfectus instituatur?

Antigonus, quem postea imitatus est Trajanus, suæ Militiæ Præfecto gladium tradidit: his videlicet verbis: *Si bonus fuero, eo pro me; sin malus, contra me utitor.* Xephilinus *in Epitome Dionis*, & Christianus Matthias *in Theatro Historico pag. 350. a.* Ergo ille gladius habebat æquivocam significationem: nam debebat, cùm restringebatur, dicere; *Vivat noster Princeps: & ejus hostes universi moriantur:* vel etiam; *Moriatur Tyrannus, qui nos opprimit.* Et determinatio & restrictio non poterat sumi ab aliquâ cogitatione illius Præfecti, nam ab externis circumstantiis pendebat.

Quid in manu Præfecti gladius diceret?

An subire possit Restrictionem Mentalem?

Sed quâ fronte Antigonus ausus est dicere, *Si bonus fuero*, &c. siquidem malus erat, & non habebat animum resipiscendi. An non Demetrius II. Antigoni filius Philippi, filij sui & hæredis, qui infans erat, cum tutorem reliquit:

reliquit: & ipse infidus & ingratus, exclufo Philippo, cui ut vaſſallus Regi, & ut tutor pupillo obſtringebatur, duplex Sacramentum contemnens, Macedoniam ad rebellionem concitans, ſe Regem vel invitis conſtituit; & totâ ſuâ vitâ gubernavit, ut recenſet Polybius. Ergo Tyrannus erat: & ille Præfecti militum gladius, quia parcebat regni invaſori, mentiebatur. At, dices, Dynaſtiam, quam perfidè & Tyrannicè interceperat, ſummâ juſtitiâ & clementiâ gubernavit. At hoc non ſcio: nam vulgò *Doſon* dicebatur: &, ſi hoc in bonam partem Dreſſerus *Millen*.4. *pag*.346. cognomentum accipiat; & eum fuiſſe munificum & liberalem aſſerat, Plutarchus *in Æmylio*, & Helvicus *in Chronic.* eum aſſerunt mendacem, infidelemque, multa enim promittebat, & pauca præſtabat.

Qualis fuerit Antigonus, Macedoniæ Dynaſta?

Cur Doſon *dictus?*

97 *Quænam ſit ratio quâ Tyranni publicè & privatim reguntur?*

SI à Tyranno, qui ſubditos opprimit, & Reges vicinos invadit, rationem ſuarum Reſolutionum poſtules, elatus reſpondebit, & inſolens.

Cùm premo ſubiectos, ſtat pro ratione voluntas:
Et cùm vicinos fervidus aggredior,
Nec jure arma, bonâ nec ratione carent.
Militibus fido, nam ſunt ratio ultima Regum.
Quem illi propugnant huic favet alma Themis;
Et quem destituunt, hic ratione caret.

Et hoc ultimum Federicus hiſpanicè repoſuit, dicens.

Y ſepas que en la campaña
Vltima razon de Reyes
Son la pólvora y las valas.

Ita apud Calderonem in Comœdiâ, quæ inſcribitur, *En esta vida Todo es verdad, y todo mentira. act.* 2. Et in illâ, quæ dicitur, *Los hijos de la fortuna.* act.2. ait Admeta,

——*Nunca las caxas*
A mejor tiempo ſe oyeron:
Y aunque no ſe quien las cauſas,
Agradeſco, que me eſcuſen [*]
Hablar yo donde ellas hablan.

*] Dicunt in litibus ſuis privati homines, *Hablen cartas, y callen barbas*: & in ſuis Reges, *Callen cartas, callen barbas, Y reſpondan ſolamente: Las caxas, armas, y balas.*

Ergo

Ergo Reges quà homines, & quà Principes debent considerari: quà homines ore loquuntur, ut nos cæteri; at quà Principes loquuntur tubis, tympanis & armorum strepitu. Posteà Iebnon exclamat

Aviendo señor llegado
A tu hermano un estrangero,
Y dicho, que una muger. &c.
Le prestaria dineros
Conque pagando la gente.
Pudiesse venir resuelto
Contra ti, y haviendo el
Acetadole el concierto
De ponerla en libertad,
Y darsela los dos. Pero [a]
Para que mi voz lo dize, [b]
Si antes lo dize esse estruendo.

Tubæ & bellica cornua, *Arma, arma; guerra, guerra* succlamant.

a] *Los dos* est initium propositionis interruptæ, quam non placet absolvere: & hanc Figurã Rhetorici vocãt ἀποσιώπησιν. Vide n. 124.

b] Hic debet audiri tympanorũ tubarumque militaris strepitus.

NOTA V.

De χειροθεσία, Sive Manuum Impositione.

Quid illa significet: & quomodo per circumstantias consignificantes restringatur?

98 *Quid manuum impositio significet?*

EST manuum Impositio, *quædam cæremonia Moralis instituta ad aliquid significandum*: Et, ut conspicis, patet latissimè, nec strictiùs accipitur, si à circumstantiis præscindatur. Nonnullas adducamus historias, è quibus constet, quo restringatur modo actionis huius generalissima significatio.

Vult Iacob in filios adoptare nepotes.

GENESEOS quadragesimo-octavo ceremoniæ proponuntur, quibus Iacob Ephraim & Manassem, nepotes suos, filios Iosephi; in proprios filios adoptavit.

Est

Est dignus, qui legatur contextus. Primò se velle hoc facere insinuavit Sanctus senex his verbis. *Duo filij tui, qui nati sunt tibi in terrâ Ægypti antequam huc venirem ad te, mei erunt; Ephraim & Manasses; sicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi.* Secundò ipsammet Adoptionis solennitatem sic Historia describit. *Posuit* (Iosephus) *Ephraim ad dexteram suam, id est, ad sinistram Israel, Manassen verò in sinistrâ suâ, ad dexteram scilicet patris, applicuitque ambos ad eum. Qui extendens manum dexteram posuit super caput Ephraim minoris fratris, sinistram autem super caput Manassæ, qui maior natu erat; commutans* (decussans) *manus:* & addidit benedictionem. Iosephoque suggerenti, ut dexteram poneret supra Manassen, nam erat primogenitus, renuens respondit. *Scio, fili mi, scio: & iste quidem erit in populos, & multiplicabitur; sed frater eius minor major erit illo, & semen eius crescet in gentes.* Et hîc volo primò considerare ea, quæ circa Restrictionem occurrunt: & posteà aliquas consequentias colligere, quæ tametsi ad Restrictionem non omninò pertineant, erunt tamen utiles, ut doctrina præcedens de Adoptione meliùs intelligatur.

Quo ritu id fecerit?

Minorem anteponit majori.

Circa illud prius affirmo impositionem manuum, quæ ceremonia est universalissimæ significationis, non jam verba Iacobi restringere, sed ab illis restringi. Quoniam impositio manuum per illa verba, *Duo filij tui*, &c. *mei erunt, Ephraim; & Manasses*, modificata æquipollent his verbis. *Ego Iacob vos Ephraim & Manassen in meos filios adopto.* Et decussatio manuum, & impositio dexteræ super caput minoris, & sinistræ super caput maioris, per eadem verba præcedentia restrictæ significant Ephraimum in Adoptatione præcedere.

An, & unde manuum impositio restringatur?

Quid manuum decussatio significet?

Circa posterius multa occurrunt, quæ attingam breviter: quæ, si fortè Lectori minùs necessaria videbuntur, poterit illecta relinquere, & per saltum ad sequentia transire. Ergo, Ingeniose Lector, ex his COLLIGE PRIMÒ Adoptionis hypothesim antiquissimam esse; quoniam Exod. 2. 10. Pharaonis filia ab undis & mortis

Quàm sint antiqua Adoptionis hypotheses?

An Tribonianus conceptũ Adoptionis percalluerit? discrimine Moysen eripit, & in filium adoptat: & Iacob Ephraimum & Manassem à Iosephi familiâ excorporat,& adnumerat suis propriis filiis. COLLIGE SECVNDÒ, essentiam & veram rationem Adoptionis non intellexisse Tribonianum (nam eius industriâ inter multa cœlitùs cogitata,& prudentissimè stabilita, aliquas interdum ineptias adjicit, quas Antonius Faber, & alij meritò esse asserunt Tribonianismos.) Et hanc ob rem defini, stando rationi, & à Iure Iustinianæo præscindendo, non esse necessarium, ut qui adoptaturus est careat filiis, nam Iacob multòs habuit, & tamen adhuc Ephraimum & Manassen in filios Morales adsumpsit. Requiritur autem aliqua rationabilis causa, ne sine prudentiâ & judicio homo procedere censeatur, aut dicatur. Sed quam in hac adoptione habere Iacob potuit, cùm gravaretur magno filiorum numero, Iosephumque duobus dilectissimis exspoliaret? Doctè respondet Clarius. [Solicitus, ait, fuit Iacob de honore Ioseph, cujus mater cùm non esset sepulta cum Majoribus, atque is fratribus exosus fuisset, filiosque in Ægypto genuisset, timuit minoris existimandam ipsius Ioseph posteritatem.] Vt ergo illius lineæ honori & authoritati consuleret, ad se transtulit. COLLIGE TERTIÒ eos, qui adoptandi, posse esse exteros aut consanguineos; nam hi duo, qui adsumuntur in filios, erant Iacobo ex Ioseph penultimo filio, nepotes. Et hinc corrige communem Adoptionis definitionem, quam ex Iustiniano *de Adopt.* ex Glosâ *ibid.*& S. Thomâ *in 4. distinct. 42. quæst. 1. art. 1.*& *3. part. quæst. 23. art. 1.* recepêre Iuristæ: videlicet, *Adoptio est extraneæ personæ in filium vel nepotem legitima adsumptio.* Illud, inquam, *extraneæ* corrige, aut interpretare, ut adoptandus non sit realiter in gradu, in quo per Adoptionem collocatur: quam ob rem conceptum Adoptionis non percallent, qui Christum quà hominem, esse Dei filium adoptivum affirmant. COLLIGE QVARTÒ, quando adoptantur simul plures, non ætatis, sed adoptionis ordinem inter se servaturos: nam Ephraimus, qui erat secundò

Quid Tribonianismi sint?

99 *An adoptans filiis carere debeat?*

Cur Iacob nepotes in filios susceperit?

An esse debeant exteri qui adoptantur?

ſecundò genitus fuit ipſi Manaſſæ in ipsâ Adoptione prælatus. Et hoc hodie in omni Communitate obſervatur, & in Ordine noſtro, quoniam Monachi Abbatis filij Morales ſumus & hanc legem religiosè ſervamus. *Omnes, ut convertuntur, ita ſint: ut verbi gratiâ, qui ſecundâ horâ diei venerit in Monaſterium, juniorem ſe noverit illius eſſe, qui primâ horâ venit diei, cuiuſlibet ætatis aut dignitatis.* Dixerat paulò antè. *Et in omnibus omninò locis ætas non diſcernatur in ordine, nec præiudicet: quia Samuel & Daniel pueri Presbyteros* (ſenes) *iudicaverunt*, &c. COLLIGE QVINTÒ, Patrem, qui duos reales filios habet, poſſe adoptare aliquem, qui jure electionis ſit ei Civilis filius, & ante utrumque realem, vel inter illos duos, vel poſt eoſdem locum habeat: omnia enim hæc pendent à prudenti Parentis judicio. Et hanc ob rem in Monaſteriis, ſi fortè aliquis Vir magnus recipitur, habetur virtutum & meritorum ratiò; &, ſi in ipſo Ordine aut Laureâ Doctorali inſignitur, aut aliquâ illuſtri dignitate honoratur, jubetur ultra gradum converſionis adſcendere, hoc ipſum ſic diſponente ſancto Patre, qui ait. *Ordines ſuos in Monaſterio ita conſervent* (Monachi) *ut converſionis* (receptionis ad habitum) *& vitæ meritum* (Prioratus, Supprioratus, Decanatus, Magiſterium, Laurea, &c.) *diſcernit; utque Abbas conſtituerit. Qui Abbas non conturbet gregem ſibi commiſſum, nec quaſi liberâ utens poteſtate, iniuſtè diſponat aliquid; ſed cogitet ſemper quia de omnibus iudiciis & operibus ſuis redditurus eſt Deo rationem.* Et quia hanc hiſtoriam dilucidare incœpi, & clauditur Caput his verbis, *En ego morior; & erit Deus vobiſcum, reducetque vos ad terram Patrum veſtrorum. Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi* (Ioſuë 15. b. 7. & 16. a. 1. & 24. b. 1.) *in gladio & arcu meo*; COLLIGE SEXTÒ eſſe antiquiſſimum teſtamentorum privilegium, & in his ab initio habuiſſe meliorationem locum: nam, ut conſpicis, pars quædam ſpecialis præter aſſem, qui inter fratres dividitur, hîc Ioſepho conceditur. Sed quæ erat illa pars?

Quem inter naturales filios, adoptivi habeant?

S. Benedictus in Regul. cap. 63.

An pro arbitrio, & ſine causâ gradus & ordines inferiorum poſſit Superior alteraret?

De Teſtamentorum antiquitate.

An ſemper in illis locum habuerit melioratio?

100 Munsterus respondet his verbis. *Dedi tibi partem unam,* &c. *quam tuli.* [Quidam Hebræorum asserunt, hæc dicta esse per anticipationem *quam tuli* sive *accepi* , pro *quam accipiam nepotesque mei accepturi sunt iure bellico.* Amorrhæum autem solum nominat, quia erant fortissimi omnium eorum quos Israelitæ deuicerunt. Alij putant hîc significari Sichimam, quam ob stupratam Dinam acquisierunt: Cuius etiam Iohannes Euangelista meminit *cap.* 4. Atque hæc sententia omninò genuina huius loci esse videtur. Sed quomodo dicit Iacob se Sichimam cepisse, cùm filij hoc fecerant? Simeon enim & Leui hoc facinus patrarunt. Respondetur, Tametsi hoc factum primùm patri displicuit, cùm tamen deinde vidit prouidentia Dei hoc esse factum, & Deo minime displicere, sibi adscribit, quod fecerant filij: maximè tamen eam ob causam, quod Deus propter pietatem Iacob cohibuit vicinos populos, ne ob istud facinus ipsum Iacob & filios eius persequerentur, atque ita opprimerent. Sicut trepidans dicebat ad Simeonem & Leui c. 34. 30. *Turbastis me, ut fœtere me faceretis coram habitatore huius Terræ, coram Chananæo & Pherisæo: & ego parùo cum sim numero, congregabuntur illi aduersum me, & percutient me, deleborque ego & domus mea.* [a] Verùm postea dicitur c. 35. 5. *Et cùm proficiscerentur, fuit terror Dei super ciuitates illas, quæ erant per circuitum illorum; & non sunt persecuti filios Iacob,* &c. Huc respiciens Paraphrastes noster licitè & lepidè locutionem Hebraicam, quæ in textu Hebraico est, *In gladio meo & arcu meo*, quâ ius bellicum significatur, q. d. Quam tuli iure bellico vertit per *In Oratione mea & obsecratione mea*; innuens Iacob Patriarcham ardentibus precibus suis, quas ad dominum habuit, efflagitasse & effecisse ut sibi Sichima à filiis expugnata remanserit, quodque inde nihil mali à circumiacente viciniâ passus fuerit: aliàs enim vix effugere potuissent, quin à vicinis populis oppressi fuissent. Sunt præterea qui textum istum de Ioseph intelligunt, cuius filij duas partes acceperunt; atque ita *partem unam ultra fratres suos* videtur accepisse Ioseph.

a] Quando dicitur res displicere, considerari debet, an illa quoad substantiã an verò quoad circumstantiã displiceat. Et ideò impræsentiarũm dicendum est generosum illud Simeonis & Levi facinus fuisse iustum & periculo expositũ: quà iustum placuisse Iacobo, & quà periculosũ displicuisse.

Cur reprobaverit Iacob invasionem Sichimae

Paraphrasis cum Textu confertur.

An Iacob Sichimam retinuerit?

Alia explicatio literæ.

Ioseph.] Hæc omnia eruditè Munſterus. 101

An milites ſuis orent gladiis?

Et, ut ipſe Munſterus nos iterum reducat ad lineam, ab illo monitus interrogo, Cur verba Hebraica; ***In gladio meo, & in arcu meo***, quæ Latinus Interpres etiam poſuit, Paraphraſtes ad orationem & ſenſum moralem reduxerit: ait enim; ***In oratione meâ, & obſecratione meâ?***

In armorum clamore ſilent leges?

Quid bellū iuſtum ſit?

Alij aliter textum exponant: ego interim dico, tantam eſſe inter arma juſta, & preces ad Deum fuſas analogiam, ut & pugnemus precibus, & armis oremus ad Deum. Quoniam, ſi agamus de armis injuſtis, audiri debebit Cicero in causâ Milonis exclamans. ***Silent leges inter arma, nec ſe ſpectari jubent, cùm ei, qui ſpectare velit, antè iniuſta pœna luenda ſit, quàm juſta repetenda.*** Ergo inprimis oportet arma juſta ab injuſtis ſecernere. Vt enim ***Decad.*** 1. ***libr.*** 9. inquit Livius: ***Iuſtum eſt bellum, quibus neceſſarium: & pia arma, quibus nulla niſi in armis relinquitur ſpes.*** Eò enim tendunt arma neceſſaria & legitima, ut legibus reſtituatur ſua vox, ut facienda præſcribant, ut de factis pronuncient; ut ſe ab omnibus ſpectari jubeant, & tempeſtivè juſtam ſententiam repeti, ne dilatio injuſtam luere aut inferre dicatur. Ecce arma, ſi ab injuſtitiâ & malitiâ excitentur, elingues reddunt leges & mutos Canones: ſi verò à Iuſtitiâ & neceſſitate dirigantur, tam Civilium, quàm Eccleſiaſticarum Legum vocem augent, præſtantque ut ab omnibus audiri debeant. Adnuit juſtitiæ armorum Numen: quod etiam tacendo ſolet, ***Ære ciere viros, Martemque accendere cantu.*** Et hanc ob rem Lacedæmonij omnibus Diis ſuis armatas erigebant ſtatuas: ut nimirùm eorumdem potentiam oſtenderent, & admonerent Iuvenes, non tam precibus eloquenter effuſis, quàm armis juſtè motis Deos eſſe orandos. ſic rem intelligit exponitque Eudamidas apud Plutarchum ***in Lacon.***

An legibus vocem reſtituat?

Cur Deorū ſtatua apud Lacedemonas fuerint armata?

102 *Moyseos mors.* ETIAM Moyses adoptavit successorem in imperio Iudaico, eidem manus imponens. Porrò *cap.*34. quod est ultimum Deuteronomij narratur, quomodo mortuus fuerit Moyses, videlicet in terrâ Moab jubente Domino. *Manus imponit Moyses super Iosuem.* Et *verſ.*9. habetur; *Iosue verò filius Nun repletus est spiritu sapientiæ*; Et Cur? *Quia Moyses posuit super eum manus suas*; Et quid Hebræi habuerunt inde? *Obediverunt ei filij Israël. feceruntque sicut præceperat Dominus* (ut facerent) *Moysi*, &c. Ergo impositio manuum, per adjacentes, & consignificantes circumstantias restricta, æquivaluit his verbis; *Quid hæc ceremonia importarit?* *Ego Moyses Israëlitici Populi Imperator, te Iosuem, filium Nun, denomino meum successorem.*

Quid sit imponere manus super pueros? ERat olim *imponere manus* idem ac *benedicere*; Nam Matth. 19. 13. ait Sacer Textus. *Tunc oblati sunt ei* (Christo) *parvuli, ut manus imponeret eis, & oraret. Discipuli autem increpabant eos. Iesus verò ait eis. Sinite parvulos & nolite prohibere eos venire ad me; talium est enim Regnum Cælorum.* Et hîc duas Restrictiones reperio.

103 Quoniam impositio manuum super pueros, per parentum postulationem determinata, erat oratio, & summi Numinis invocatio, ut illos ipsos pueros gratiæ suæ ubertate suffunderet.

Quid nomẽ parvulus sine restrictione significet? Præterea epitheton *parvulus*, si nihil addatur, latè patet, & potest de quâlibet re prædicari: sunt enim equi parvuli, canes parvuli, lapides parvuli. Et agendo de hominibus, multis modis possunt vocari parvuli. Sunt *Parvus staturâ.* enim homines staturâ parvuli. Lucæ 19. 1. *Ecce vir nomine Zachæus, & erat Princeps Publicanorum, & ipse erat dives, & quærebat videre Iesum, Quis esset? & non poterat præ turba, quia staturâ* μικρὸς, parvus, *erat.* Sunt & notitiâ *Parvus scientiâ.* parvuli (ignorantes, indocti) & hoc sensu suscepit vocem 1. *ad Corinth.*3.1. Paulus dicens. *Ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus; tanquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam.* Et eodem *Parvus ætate.* adhuc sensu *c.*13.11. de se ipso ait: *Cùm essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam, ut parvulus:* quando

quando autem factus sum vir, evacuavi quæ erant parvuli. Et tandem infantes, puelli, & qui teneram ætatem habent etiã vocantur *parvuli.* Hoc & sensu usurpavit hoc nomen Evangelista, qui postquam Epulum à Christo in eremo paratum recensuerat, convivas reducturus ad numerum, ait; *Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus & parvulis.* Ecce in his locis una & eadem vox *parvulus*, quæ in Latinâ linguâ variè potest & solet accipi, semper in determinatâ significatione usurpatur; nam per circumstantias & contextum restringitur. Et in Græco non est ita necessaria Restrictio, nam voci *parvulus* respondent plures voces, nimirùm μικρὸς, νήπιος, τὸ παιδίον: parvus, *infans puellus.*

Vox parvulus per circumstantias restringitur.

ERAT etiam imponere manus idem ac ægrotos curare. Habemus pulchros locos in Evangeliis, quibus id demonstrare possimus. *Marc.* 6. Postquam fuerat per circumjacentia oppida peregrinatus, venit Iesus in patriam suam, & disputando, docendo, medendo se reddidit universis mirabilem. Percellebantur audientes, & dicebant. *Vnde huic hæc? & quæ sapientia data est illi:* & δυνάμεις, virtutes, seu efficacitates *tales par manus ejus efficiuntur?* Indigni erant propter incredulitatem, ut illis faveret; & ideò dicebat eis Iesus οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος, εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ. *Non est inhonoratus Propheta nisi* (Hisp. *sino es*) *in patriâ suâ.* Subjungitque Textus Sacer: *& non poterat ibi* (Iesus) *ullam* δύναμιν, virtutem, *aut* efficacitatem *facere, nisi paucos infirmos imponens manus curavit.* Et hìc duo adnoto: Noto enim illud ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας; quod est ut bene Arias Montanus vertit, *imponens manus*, tametsi *impositis manibus* apud Interpretem priscum legamus. Ergo idem erat manus super ægros imponere, ac illis valetudinem restituere. Noto etiam illud οὐκ ἠδύνατο, *non poterat*; ut firmem id quod superiùs dixi, *non possum* apud viros modestos usurpari pro *nolo.* Quoniam incredulitas populi præstare poterat, ut illos meritò Christus aversaretur, & nollet δυνάμεις, *virtutes*, seu *miracula* facere;

104

Infirmis imponuntur manus.

Nullus Propheta acceptus in patriâ suâ.

Et hac ipsâ manuum impositione recurantur.

An non possum in *lexico urbano & modesto sit* non volo?

cere; non autem, ut reverà non posset: qui enim solem suum oriri facit super bonos & malos, si voluisset, potuisset dignis & indignis gratias & favores concedere.

105 *Impositio manuum cæcos illuminat.*

ETIAM manuum impositione illuminatur cæcus, Marc. 8. 22. *Venit* (ait Historiographus) *in Bethsaidam, & ferunt ei cæcum, & rogabant* (invocabant) *eum, ut illum tangeret. Et adsumens manum cæci eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos ejus, imponens manus ei, interrogavit eum, si quid videret. Et suspiciens ait. Video homines velut arbores ambulantes. Deinde imposuit manus super oculos ejus & fecit ipsum videre, & restitutus est, & adspexit pellucidè omnes.* Et hîc adnoto tria. PRIMUM, (& hoc specialiter præsens argumentum concernit) Impositionem manuum, per personæ imponentis potentiam, & implorantium opem, preces restrictam, æquivalere huic propositioni, *Ego te sano.* SECUNDUM (& hoc lucem præbet Tractatui de Divinis auxiliis) potentiam cæco Dominum non expedivisse totam simul, sed per gradus. Nam auxilia remota indulget Deus, ut utaris, & proximiora recipias: quod si nolueris uti remotis, non erit cur, te non recepisse proxima conqueraris. TERTIUM (& hoc ad eruditionem spectat) Hebræorum verborum vocem הפעיל, formaliter in Sanctâ Linguâ inveniri: virtualiter sæpe in aliis linguis, at aliquando expresse & duobus vocabulis significata. Est autem למד, *Lamad* in Cal *docuit*, & הלמיד, *Hilmid*, in Hiphil *fecit docere.* Sic שזף *Sazaf*, in Cal *respexit*, & השזיף *Hiszif*, in Hiphil *fecit respicere*; vel ut, Græcus habet, ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι, *fecit ipsum videre.*

Quomodo manuum impositio restringatur?

An, & cur auxilia proxima hominibus aliquando negentur?

De voce Hebraâ Hiphil an in aliis linguis reperiatur?

106 *Petri socrus à Christo miraculosè recuratur.*

SImilia habemus *Lucæ* 4. 36. ibi enim *socrus Simonis erat detenta febri magnâ, & rogaverunt illum* (Iesum) *de eâ. Et adstans super illam* (puto, imponens manus super eam) *imperavit febri, & dimisit illam. Continuò autem surgens ministrabat illis. Occidente autem sole, omnes quotquot habebant infirmos*

infirmos morbis variis (affectos) *ducebant illos ad eum. Verùm uni singulo ipsorum manus imponens, curabat eos.* ECCE PRIMÒ (ut maneamus in lineâ) Christus imponens manus dicebat tacitè, *Ego te curo.* Et hoc modo discipulos suos mederi Ægrotis voluit: nam Marc. 16.17. fideles ab infidelibus per proprios characteres secernens, ait. *Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo Dæmonia eÿcient, linguis loquentur novis; serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt.* ECCE SECUNDÒ, ubi Textus Græcus habet, ἦν συνεχομένη πυρετῷ μεγάλῳ. *Erat detenta febri magnâ*, habet Vulgatus, *erat detenta magnis febribus.* Cùm, quia febris magna accessus & recessus habet, qui etiam vocantur *febres*: tum etiam, quia una vel plures, paucæ vel multæ, coincidunt, si cum summi Numinis omnipotentiâ conferantur. Scitè & piè ad armigerum suum olim Ionathas, *Veni; transeamus ad stationem incircumcisorum horum, si fortè faciat Dominus pro nobis; quia non est Deo difficile salvare, vel in multis, vel in paucis.* ECCE TERTIÒ hîc dubitare aliquis posset, An vnicuique manus imposuerit Dominus noster Iesus-Christus; an verò satis fuerit vel unum tangere, ut universi sanarentur. De Petro habemus Act. 5.15. *Ita ut in plateas eÿcerent infirmos & ponerent in lectulis & grabatis, ut veniente Petro saltem umbra eius obumbraret quemquam illorum [& liberarentur omnes ab infirmitatibus suis.]* Hæc verba ultima, quæ quadrata parenthesis intercipit, non leguntur in Græco, sed tamen subintelligi debent. Ergo, si umbra Petri quando vel unicum tetigerat, sanabat omnes; Christus etiam quando vel uni imponebat manus, curabat universos. Et hoc videtur innuere Textus Græcus dicens, ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τὰς χεῖρας ἐπιθεὶς, ἐθεράπευσεν αὐτούς· *Vni singulo ipsorum manus imponens curabat eos.* Nota bene: *eos* dicit, non *eum.* ECCE QUARTÒ, hinc lucem habere potest Quæstio illa difficilis, quæ inquirit, *Quo modo Christus, quo modo Sancti faciant miracula? An ipsi ut causæ morales, an verò ut connaturales concurrant? An ipsi revera*

De impositione manuum.

Idem est Deo hominem ab uno, ac à multis morbis liberare.

Idem in paucis aut multis hostes prosternere.

An tangendo vnum Christus universos sanaverit?

Quid umbra Petri fecerit?

Ec *faciant*

An Sancti ad miracula concurrant realiter? an moraliter tantùm, impetrando, ut Deus in illu utatur suâ potentiâ absolutâ?

faciant illa prodigia; an verò impetrent à Deo ut illa fiant. Porrò Deum non indigere humano concursu, ut prodigia operetur, certum est. Non est solus, qui facit mirabilia; & tamen mirabilia facit solus. Est Soli similis, qui dicitur quod solus sit, & luceat solus. Omnia sydera lucent, sed lumine à Sole recepto: solus Sol habet lucem propriam, quam à nullo astro recipit. Sic Deus similiter, solus est, qui miracula potest patrare solus. Sancti virtutem habent, ut faciant mirabilia, sed receptam à Deo, nam solus Deus habet propriam virtutem, quam à nullo receperit. Hanc cooperationem adstruit & edisserit Marcus, qui suum claudit Evangelium his verbis. *Illi autem* (Discipuli) *egressi prædicaverunt ubique; Domino cooperante, & sermonem confirmante per subsequentia signa.* Concursum Dei esse realem est certum: de hominum concursu dubitatur, *An videlicet orando, an faciendo ad prodigia concurrant?* PRO VIRTVTE PHYSICA, & operatione reali citatur textus ex Marc. 5. 19. Mulier enim, quæ sanguinis profluvio laborabat, magnâ fide in corde suo dicebat, *Quia si vestimenta eius tetigero, servabor.* Tetigit, & confestim miraculosè sanata est, *Et statim Iesus* (nota bene) *cognoscens in semetipso ex se* (fuisse,) δύναμιν virtutem *profectam conversus in turba dicebat, Quis mea tetigit vestimenta? Et dicebant ei discipuli sui, Aspicis turbam comprimentem te, & dicis, Quis me tetigit?* Et hic persuadet locus egressam fuisse è Christo virtutem realem, quæ fœminam saluti restituit. Et illa Christi verba, *Quis me tetigit?* non intellexerunt discipuli, ut ex eorum responsione colligitur: nam Christus duobus modis poterat tangi; videlicet vel devotionis gratiâ, vel modo communi. Et illa verba, *Quis me tetigit?* per prodigia, quæ fecerat quoties devotè fuerat tactus, contracta, & ad historiam præsentem restricta, æquivalebant his, *Quisnam æger, me devotè tetigit, & curatus est?* Interrogabat hoc, non quod ipse nesciret, sed ut discipulos suos induceret ad indagandum. Qui, cùm viderent eum undique à turbâ comprimi, debuissent supponere, Christi Domini verba intelligi de

Sol unde dicatur?

Bifariam potuit Christus tangi.

de alio contactu. PRO VIRTUTE MORALI in miraculorum exhibitione citatur historia, quam sub initium 107 *Quomodo* ponebamus; quoniam, ut recuraret Socrum Simonis *Christus socrum Petri* Christus, non dicitur emisisse virtutem, sed imperasse *curauerit?* (precibus suis obtinuisse, ut Deus imperaret) febri, quæ illicò obediens reliquit illam. Similes casus in locis diversis leguntur: qui omnes persuadere videntur Christum, & Divos omnes, moraliter concurrisse ad miracula. Sed nos, dum Theologi in sententias dividuntur oppositas, D. Gregorio subscribentes asserimus, esse *D. Gregor* possibile, ut Deus realem patrandi miracula concedat *Resolutio.* δύναμιν; & esse possibile, ut concedat moralem. Addimus aliquibus & aliquando realem, & aliquando moralem indulsisse: & ipsummet Christum aliqua patrasse faciendo, & aliqua orando impetrasse.

Succurrunt multa alia exempla, in quibus ægri solâ manuum impositione curantur: nam *in act.* 18. 8. pater Publij febribus & dysenteriâ laborans à Paulo manuum impositione recuratur. &c.

PRofectò per manuum impositionem, non solùm à 108 morbis corporis, sed & à præjudiciis animæ, quæ *An mens* impediebant, ne piam affectionem haberent, qui ad Or- *manuum impositione* thodoxam, fidem vocati, curabantur. Et de hoc habe- *illumine-* mus celebre argumentum in Paulo, cujus miraculosa *tur?* conversio Act. 9. recensetur. Tota ibi historia legi poterit; nam Ego ea tantùm, quæ mihi necessaria, profero. Ananias cœlitùs monitus sciens ubi esset Paulus, *abiit, & introivit in domum; & imponens in eum manus dixit, Saule* *De baptismo* *frater, Dominus misit me Iesus, visus tibi in viâ, quâ* *Pauli.* *veniebas, ut videas, & implearis Spiritu-sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis ejus tanquam squamæ, & visum recepit statim: & surgens baptizatus est.* Ecce impositio manûs illuminat corporis oculos ut materialia objecta videat: & ecce ex Animæ oculis ceciderunt præjudicia, quæ quasi squamæ illos obtenebrabant: & cognitâ veritate, baptismum postulans, illum recepit.

Gratia Spiritûs Sancti ante baptismum data erat mentis illuminatio.

Sine manuum impositione Deus etiam, quos elegit, illuminat, ut baptismum obtineant, & per orthodoxas virtutes ad vitam æternam festinent. Concionabatur enim in domo Cornelij S. Petrus Act. 11. 44. *Et adhuc eo loquente cecidit Spiritus-Sanctus super omnes audientes verbum* [λόγον dicit Sacer Textus non λόγους; *verbum*, non *verba*.] *Et obstupuerunt, qui ex circumcisione fideles quotquot comitati fuerant Petrum, quia etiam in gentes* δωρεὰ (donum) *gratia Sancti - Spiritûs effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. Tunc respondit Petrus. Numquid aquam prohibere potest quis ad non baptizari hos, qui Spiritum-Sanctum acceperunt sicut & nos? Et tunc jussit eos baptizari in nomine Domini Iesu.* Et hîc obiter nota, aliud esse *baptizari in nomine Domini Iesu à dicente, Ego vos baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus-Sancti*, & aliud toto cœlo diversum *baptizari à dicente. Ego vos baptizo in nomine Iesu.* Sed de hoc agemus libr. III.

De Baptismo in nomine Domini Iesu.

109 POsset præterea manuum impositio, si cœtera necessaria accesserint, ad Confirmationem restringi: Nam Episcopus, cùm chrismate frontem clientis inungit, verè manum imponit. Et sunt non pauci loci, qui hanc subire poterunt interpretationem. Act. 8. 14. hæc habentur. *Cùm audiissent autem Apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem: qui descendentes oraverunt pro ipsis ut acciperent Spiritum-Sanctum: nondum enim erat in quemquam illorum illapsus, sed tantùm baptizati erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos* (addentes cætera, quæ subintelliguntur) *& accipiebant Spiritum sanctum.*

An Confirmationis Sacramentum per manus impositionē conferatur?

An Petrus & Ioannes Samaritanos confirmaverint?

Addam aliam historiam similem præcedenti. Paulus Act. 19. 1. venit Ephesum, & reperit quosdam, qui dici volebant μαθηταὶ, *discipuli*: & interroganti, *An-ne Spiritum-Sanctum accepissent credentes?* responderunt, *Neque, si Spiritus-Sanctus est, audivimus.* Et quia erant in Ioannis baptismo baptizati, illos instruxit, & baptizari curavit juxta doctrinam Christi. *Et cùm* (additis cæteris necessariis)

De Ephesiis.

Nequidem audiverant nomen Spiritus Sācti.

cessariis) *imposuisset illis Paulus manus, venit Spiritus-Sanctus super eos, & loquebantur linguis & prophetabant.* Vide *num.* 89 *f.*

PRæterea manuum impositio, est Diaconorum consecratio, quam ob rem hæc ipsa ceremonia per consignificantes circumstantias restricta æquivalet his verbis; *Ego te consecro in Diaconum; Ego tibi confero talem & talem potestatem.* Proderit hic videre, qua solennitate primi Diaconi consecrati sint. Actuum Apostolicorum sexto hæc lego. *Advocantes autem duodecim multitudinem Discipulorum, dixerunt. Non est placitum nos derelinquere sermonem Dei, &* διακονεῖν (diaconizare) *ministrare mensis. Considerate ergo fratres Viros ex vobis testimonio probatos septem, plenos Spiritu-Sancto & sapientâ, quos constituamus super usu hoc: nos autem Orationi &* διακονίᾳ (diaconismo) *ministerio sermonis perdurabimus. Et placuit sermo coram omni multitudine; & elegerunt Stephanum, virum plenum fide & Spiritu-Sancto, & Philippum, & Prochorum & Nicanorem, & Simonem, & Parmenam, & Nicolaum advenam Antiochenum. Quos statuerunt coram Apostolis: &* (Apostoli) *precati imposuerunt eis manus.* Vide *numer.* 89. *v.* In quibus verbis OCCVRRIT PRIMÒ illa vox *duodecim*, quæ per præcedentes restricta, non significat duodecim arbores, aut duodecim lapides, sed duodecim Apostolos. OCCVRRIT SECVNDÒ illud οὐκ ἀρεστόν ἐστι; *non est placitum:* vertit bene Vulgatus, *non est æquum:* nam vox *placitum* per personas restringitur: quoniam, si hæc verba dicerent improbi, quibus æquitas displicet, aliter deberent intelligi; at, quia à viris Sanctis proferebantur, quibus displicebant iniqua, idem omninò *placitum*, ac *æquum* est. OCCVRRIT TERTIÒ ipsa impositio manuum, quæ per circumstantias præcedentes & concurrentes restricta, significat in Diaconatûs ordine consecrationem. OCCVRRIT QVARTÒ (nam & hæc addere placet, ut Textus medullitùs intelligatur) vox *sermo Dei.* Et cur, quæso, *Ministri verborum Dei* non dicimur, qui concionamur? Nam 110

An Diaconi per manuū impositionē consecrentur?

De primis Ecclesiæ Diaconis quomodo consecrati sint

Vox duodecim quomodo restringatur?

An, & quãdo Placitum & Æquum convertatur?

An Diaconi manuum impositione, ordinentur?

Cur verbū Dei, non autem verba Dei Concionatores prædicare dicantur?

unicum solum verbum debemus universos docere. Omnium Concionatorum Magister Christus Dominus necessaria ad salutem uno verbo comprehendit, & nos docet, ne per plura diffundamur, necessaria propter accessoria omittentes. Matth. 19. 17. concionabatur Christus, εἰ θέλεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωήν, τήρησον τὰς ἐντολάς. ***Si vis ingredi ad vitam, serva mandata.***

An opera bona possint esse mala per accidens?

Illa enim, quæ opera superrogationis dicuntur, & ad devotionem spectant, si fortè impediant, ut obligationi satisfacias, per accidens mala redduntur: nam Iudex, qui tenetur legere testium depositiones, ut justè (secundum allegata & probata) pronunciet, si malit Davidis psalmos legere, peccabit, non quod hi mali sint, sed quod eorumdem lectio est impedimento, ut obligationi suæ (processum enim debebat legere) ille Senator satisfaciat.

De bonâ opinione seu famâ.

OCCVRRIT QVINTÒ illud *testimonio probatos*. Oportet enim, ut minister Dei sit plenus Spiritu-Sancto, & testimonio probatus: hoc est, sit vir probus & etiam à subditis probus judicetur.

Vter aptior regimini, vir bonus qui censetur improbus, an improbus, qui censetur bonus?

Sed quid, si haberi utrumque nequeat? quid, si vel futurus sit probus tantùm, & infamiâ notatus; vel improbus, & opinione communi censeatur probus? Porrò vir optimus, quandiu improbus judicatur à populo, ut sine magnis inconvenientibus, gubernet incapax est: ille autem, qui est publico testimonio probatus, quamdiu imperfectiones, siquas habet, latent, utiliter gubenare potest.

III

An per manuum impositionē concionandi concedatur authoritas?

ETiam manuum impositio significat; ***Ego do tibi authoritatem declamandi & dilucidandi verbum Dei.*** Et quia hæc authoritas debet legitimè Concionatoribus indulgeri, & Novatores ostendere non possint se legitimè missos, etsi alia argumenta deficerent, ex hoc solo capite condemnari deberent. Audiant Heterodoxi hanc Historiam.

Actor. 13. 2.

Concionatores debent mitti legitimè.

Ministrantibus autem illis Domino, & jejunantibus dixit Spiritus-Sanctus; segregate mihi & Barnabam, & Saulum in opus ad quod adsumpsi eos. Tunc, jejunantes, & orantes, & imponentes manus eis (dantes authoritatem & potestatem concionandi)

nandi) *dimiserunt*. Hi quidem missi à Spiritu-Sancto descenderunt in Seleuciam, illincque abnavigarunt in Cyprum. *Et cùm venissent Salaminam*, κατήγγελλον (adnunciabant) *prædicabant verbum Dei in synagogis*. Et hîc jure optimo postulare poterimus, ut ostendant nobis hujus temporis Hæretici, ubi & quando dixerit Spiritus-Sanctus, *segregate mihi & Martinum Lutherum, & Ioannem Calvinum in opus, ad quod adsumpsi eos?* Et quinam fuerint illi Orthodoxi & indubitati Episcopi, qui illos orantes, & manum imponentes miserunt? A nullo, aut à Saxoniæ Duce, Brandenburgico Marchione, aut ab alio Principe excommunicato, & ab Ecclesiæ gremio excorporato hodie Prædicantes mittuntur: sed quis his Proceribus imponendi manus & mittendi Concionatores potestatem concessit?

An ab Spiritu Sancto Lutherus & Calvinus sint missi?

A quibus hodie Prædicantes mittantur?

Manuum etiam impositio in sacerdotis consecratione, si per ea restringantur, quæ debent addi, collationem potestatis consecrandi corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, & pœnitentes absolvendi à peccatis, consignificat. Et, quia inter Græcos Latinosque in huius Sacramenti collatione magna differentia invenitur, opus erit, ut in suo loco uberiùs de hoc ipso argumento disseramus. Interim adducam verba Pauli Tito sic scribentis. *Reliqui te in Cretâ, ut reliqua corrigas, & constituas per civitatem Presbyteros, sicut ego tibi disposui:* videlicet imponens illis manus, & faciens cætera, quæ ante discessum ordinavi. Vide *n.89.* 112

An etiam Sacerdotiū manuū impositione cōferatur?

Sed & Episcoporum consecratio per Impositionem manuum significatur. Profectò Apostolus Timotheo Episcopo inter alia sic scribit. *Rogavi te, ut remaneres Ephesi, proficiscens in Macedoniam*, &c. *Nemo tuam iuventutem contemnat: sed exemplum esto Fidelium in verbo & conversatione; in charitate, in spiritu, in fide, in castitate. Dum venio attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Ne neglige illud in te* χάρισμα *donum* (gratiam) *quod datum est tibi per prophetiam* μετὰ secundum *impositionem manuum Presbyterij*, hoc est, *Episcoporum*

1. ad Tim. 4.14.

An Episcopus à tribus Episcopis manuum impositione consecretur?

porum. Ergo, quando Episcopi præmissis præmittendis imponunt Sacerdoti manus, & consecrant in Episcopum, hæc ipsa manuum impositio per ceremonias præcedentes restricta loquitur, & virtualiter formulam verborum convenientem includit. Vide *n.89.v.*

NOTA VI.

De Restrictionibus, quæ in Sacramentorum Formis veniunt necessariò admittendæ.

113 *Eorum, quæ sunt dicenda cũ præcedentibus connexio.*

EGimus de impositione manuum; illamque, tametsi materialiter unam, iuxta diversitatem circumstantiarum in diversis Sacramentis & præcipuè apud Græcos restringi, quâ potuimus brevitate dilucidavimus. Sed adhuc ulteriùs pergimus: quoniam doctrinæ similitudo postulat, ut videamus, an etiam, & quomodo Formarum Sacramentalium verba, si fortè latè patent, restringantur?

SECTIO I. *De Sacramento Baptismi.*

An pronomen ego in Baptismi formâ necessariò ponatur? An valeat Baptismus, si omittatur?

An, ne quidem implicitè sit necessarium?

VT omnia expresè fiant vult Catholica Ecclesia, & ideò in Baptismo hac formâ utitur, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus-Sancti.* Illud *ego* includitur in verbo *baptizo*; & ideò ad majorem expressionem, non autem ex necessitate profertur. Est sententia communis contra aliquos, quorum Abbas *in cap. siquis, de baptism.* & Aureolus *dist.* 3. *quæst.* 1. meminerunt. Nos illam docent Innocentius III. *in cap.* 1. *de baptism.* & *cap. retulerunt. de consecr. dist.* 4. S. Thomas *quæst.* 66. *art.* 5. & suadet Leander *tract.* 2. *de baptism. disp.* 3. *quæst.* 2. *pag.* 32. *a.* his verbis. [Et clarè probatur etiam exemplo Ecclesiæ Græcæ, quæ sine pronomine illo, baptizat, cùm hâc utatur formâ; *baptizetur*, aut *baptizatur servus Christi,* (Petrus vel Ioannes) *in nomine Patris, & Filij & Spirtus-Sancti, Amen.* Quâ ratione Pesantius *in* 3. *p. quæst.* 66. *disp.* 4. docet; quòd prædicta particula, *ego*, nequidem implicita,

cita, est necessaria. Quod antea docuit D. Thom. quem refert & sequitur Vega *cap.* 13.*casu* 7. *colum. mihi* 211. & post hos Hurtado *disp.* 2. *difficul.* 7. Legantur Vasquez *disput.* 152. *cap.* 3. Archangelus *disp.* 3. Bonacina *loc. cit. num.* 11. Sayrus *lib.* 1. *de Sacramentis in genere cap.* 4. *art.* 4. & alij apud ipsos, quos nouissimè sequitur Dicastillo *loc. cit. num.* 79. ubi probare intentat, quod in verbo *baptizo*, non solùm implicitè, sed ètiam explicitè significetur prima persona.

An pronomen Ego expressè in verbo Baptizo includatur?

114 Recognosco hæc Leandri verba, & pronuncio omnes illos Authores asserere non esse necessarium illud *ego*, at non omnes dicere, nequidem implicitè debere poni: quoniam hoc non contingeret, si quis diceret *Te baptizo in nomine Patris*, &c. quia in verbo *baptizo*, illud *ego* includitur; &, si velis expresse; idem enim est dicere *amo*, ac *ego amo*: haberet autem locum siquis participio, aut gerundio uteretur, & diceret, *Baptizans te in nomine Patris*, &c. aut *Baptizando te in nomine Patris*, &c. in his enim duobus casibus verba ipsa nec expressè, nec implicitè pronomen *ego* important: &, si hæ sunt formæ sufficientes, est verá sententia Pesantij, & aliorum, quibus eam Leander adtribuit. Sed unde in his duabus formis pronomen subintelligetur? Attende. Solet Hispanus quando amicum invisit, dicere cùm ingreditur, *Besando las manos de usted.* subintelligitur, *Yo entro aqui.* Et hoc non dicitur, quia fit, & vidètur, & quæ videntur, intelligi possunt, quin dicantur. Ergo similiter per circumstantias concurrentes, quando quis diceret *Baptizando te*, &c. vel *Baptizans te*, &c. subaudiri & subintelligi posset, *Ego sum*, ut totus sensus esset, *Ego sum baptizans te in nomine Patris*. &c. Et hæc doctrina necessariò habet locum in linguâ Hebræa, cius *Benoni* non est præsens, sed participium præsentis: nam פוקד, *poqed*, est *visitans*, & non *visito*: & אני פוקד, *ani poqed*, est *ego visitans*: quam ob rem formâ Baptismi, dicunt אני טובל לך, *Ani tobel leca. Ego baptizans te.* Ergo sublato pronomine אני. *Ego* non remanet *Baptizo te*, sed *Baptizans te*, & tunc per circumstantiam personæ

An uti possimus participio loco verbi.

An, quando & cur in participio pronomen subintelligatur?

Salutandi amicos apud Hispanos mos.

בינוני

Benoni *Hebraeorū participium est & non verbum.*

De formâ Baptismi in linguâ Hebraâ.

baptizantis illud *Baptizans* ad primam personam restringeretur. Nec multum hinc absunt Syri, Chaldæi, & inter eos Maronitæ præcipuè, qui dicunt אנא מעמדנא לך. *Eno maamedno loc.* &c. ad literam, *Ego baptizans-ego te*, &c. ubi sublato pronomine אנא. Eno. Ego manebit tantummodò מעמד. *maamed*, *baptizans.* Et quia idem est, qui loquitur, & qui facit, quando ego te baptizo & dico, *Baptizans te*, subintelligor dicere, *Ego sum baptizans te.* Et hoc modo Pesantij opinio propugnatur. Sed quia dicebat Leander clarè eam probari ex formâ, quâ Græci utuntur, illam subiicio.

De eâdem formâ iuxta linguam Chaldaicâ, seu Syriacam.

115 Græcorum forma in Baptismo est, Βαπτίζεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ ὁ δεῖνα, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀμήν. *Baptizatur servus Dei* (*talis*) *in nomen Patris, & Filij, & Spiritus-Sancti.* Attende *Baptizatur*, dicunt, & non *Baptizetur*: unde cessat quæstio illa apud Latinos excitata, quæ supponit Optativo, aut Subiunctivo, & non Indicativo Græcos uti; & inquirit; An forma Græca sit sufficiens. Porrò hanc esse illam ipsam formam, quâ utuntur Græci Parrochi, certum est, nam eam exscripsi ex libro, qui inscribitur σύνοψις τῶν θείων καὶ ἱερῶν τῆς Ἐκκλησίας Μυστηρίων. *Compendium Divinorum & Sacrorum Mysteriorum* (*Sacramentorum*) *Ecclesiæ.* Et fuit editus Romæ typis & impensis Sacræ Congregationis de propagandâ Fide. anno 1633. & in ipso *pag.* 18. invenitur hæc forma. Ecce Ego, si jubear uti ritu Græco dicam Βαπτίζεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ. *Baptizatur servus Dei.* Sed à quo? ὑπὸ ἐμοῦ, *à me.* Sed hoc ὑπὸ ἐμοῦ, *à me*; quod non dicitur, & tamen subauditur à quo significatur? non à verbis: nam, si Petrus baptizaret Ioannē, & ego interrogarer, *Quidnam Ioannes faceret?* eisdem verbis, vterer & responderem, Βαπτίζεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ Ἰωάννης ὑπὸ Πέτρου: *Baptizatur servus Dei Ioannes à Petro.* Ergo non habēt verba vim, ut illam actionem, cui correspondet passio, quam significant, ad primam personam restringant: & tamen verba restringuntur: ergo est aliquid, quod restringat. Sed quid hoc? Non actus mentalis baptizantis, nam illum circumstantes non vident, & tamen illud

Quâ formâ Græci in Baptismate vtantur?

Βαπτίζεται non est baptizetur in Subiunctivo, aut Optativo, sed baptizatur in Indicativo.

Cur ὑπὸ ἐμοῦ à me, subaudiatur in Græcorum Baptismo?

Restrictio non à mente, sed à

ὑπὸ

πρὸς ἐμοῦ *à me*, subaudiunt. Quid ergo est, quod has particulas illis significet? Ipsa persona, quæ baptizat; ipsamet baptizandi actio; nam, si ego de facto baptizo Ioannem, & illum baptizando dico, Βαπτίζεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ ἰωάννης. *Baptizatur servus Dei Ioannes*, quia omnes illi vident, quod baptizatur à me, tametsi ego non dicam, omnes subaudient, omnes subintelligent illud πρὸς ἐμοῦ, *à me*. Ergo ibi Restrictio, non à mente, sed à personâ & operatione desumitur.

personâ baptizante, & ab ipsâ operatione desumitur.

N. B.
Manus humano sanguine maculatæ sacra non debent tangere.

HAbuerunt Ethnici sua baptismata, in quibus non solùm reales sordes, sed morales maculæ abluebantur. Virgilius *lib.2.Æneid.*

Tu Genitor cape Sacra manu, patriosque penates:
Me bello è tanto digressum, & cade recenti
Attrectare nefas, donec me flumine vivo
Abluero. Et posteà *libr.4.*

Corpus abluere.

Tunc breviter Barcem nutricem affata Sichai
(Namque suam patriâ antiquâ cinis ater habebat)
Annam, chara mihi nutrix, huc siste sororem:
Dic corpus properet fluviali spargere lymphâ,
Et pecudes secum & monstrata piacula ducat,
Sic veniat, tuque ipsa piâ tege tempora vittâ.

Corpus aquâ spargere.

Et paulò antè dixerat.

Stant aræ circùm: & crines effusa Sacerdos, &c.
Sparserat & latices simulatos fontis Averni.

Et *lib.6.* apud Cyclopum mœnia.

Occupat Æneas aditum, corpusque recenti
Spargit aquâ, ramumque adverso limine figit.

Vide Macrobium *lib.3.cap.1.*

Et quidem *lib.2.Æneid.* se vult abluere in fluvio Æneas, & hæc ablutio profana aut religiosa esse poterat: & in Æneâ à causâ & fine ad Religionem restringebatura: quâ enim mundabatur, ut simulacra Deorum dignè tangeret.

Alter locus etiam Restrictionem dilucidat. Ob multas causas aquam spargimus, sed hæc sparsio per pecudes & piacula, quæ comitabatur, & per Sacerdotalem

N. B.
Omnes ceremoniæ Ecclesiasticæ secundum se cõsideratæ, nec sacræ, nec prophanæ videntur: cæterùm per loci, temporis, & personæ circumstantias restrictæ in civiles, vel religiosas trãseunt.

vittam restricta, ad Religionem pertinebat.

N. B. Aquæ lustralis vsus, vt conspicis, antiquis Gentilibus placuit: & à superstitione emaculatus piè & sanctè ab Ecclesiâ obseruatur.

Vt sciamus, quid illud *sic* importet, oportebit ad Didóa convertere oculos, ejusque gressum, & habitum considerare. Vide *num.66.*

Posteà τὸ spargere latices, per personam spargentem restrictum, est ceremonia religiosa.

Tandem ille ramus aquam prophanè spargeret, nisi per dedicationem restringeretur. Nam Æneas *lib.6.* illum affigens limini consecravit Proserpinæ.

SECTIO. II. *De Sacramento Confirmationis.*

FOrma communis & in Ecclesiâ recepta in Confirmationis Sacramento est, *Signo te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris & Filij & Spiritus-Sancti.* Ita Concilium Florentinum; ita & Catechismus Romanus *pag.* 225. S.Thomas *quæst.*72.*art.*4. quem omnes Doctores sequuntur, asserentes, hanc esse formam à Christo traditam, & ab Apostolis promulgatam. Si interroges, An omnia hæc verba sint necessaria? negabunt doctissimi Viri: quoniam Guillielmus Estius *in* 4. *dist.* 7. §. 10. Basilius *tract. de Confirm. part.* 1. *cap.*7. & alij asserunt illa verba *signo Crucis* non esse necessaria, nam ipsa actione Episcopi, qui confirmandi frontem in formam Crucis inungit, consignificantur. Alij etiam excludunt illa verba, *Chrismate salutis.* Vnde cùm remaneant illa duo *Signo*, & *Confirmo*, quæ videntur coincidere (nam illud prius actionem externam, & posterius internam huius Sacramenti operationem consignificat) putant sufficere alterutrum, ita ut tota forma sit, *Confirmo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*; quam liber qui *Ordo Romanus* inscribitur, in officio Sabbati Sancti præscribit. Et hanc formam probabiliter admitti posse, Henriquez *libr.*3.*cap.*2.*num.*4.*in Gloss. literæ* 1. Diana *part.* 8. *tract.* 4. *resol.* 27. Leander *tract.*3.*de Confirm. disp.*4. *quæst.*16.*pag.*70.*a.* & alij Doctores affirmant.

Quâ formâ in eius collatione utamur?

116 *Quænam in illâ verba sint necessaria & essentialia?*

An, & quomodo differant signo, & confirmo?

An hoc Sacramentum per passivâ,

Hinc progreditur ingeniosa Curiositas, & interrogat, An vertendo in passivam formam ex Ordine Romano desumptam, possit dicere Episcopus, *Confirme-*

ris

tur servus Christi N. in nomine Patris &c ? Asserunt Bellarminus *de Confirm. cap.* 10. Vega *cas.* 4. *tract. de Confirm. part.* 2. *cap.* 7. Henriquez *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 5. Bonacina *disp.* 3. *quæst. ult. punct.* 3. *num.* 9. qui pro se Suarium *disp.* 33. *sect.* 5. & Reginaldum *num.* 33. adlêgat. Et hanc doctrinam esse probabilem docet Leander *loc. cit. quæst.* 18. nam oppositam vocat probabiliorem. Si autem interrogetur, An sit sufficiens forma hæc, *signetur* (aut *signatur*) *servus Christi* N. *signo Crucis*; *& confirmetur* (aut *confirmatur*) *chrismate salutis*, *in nomine Patris*, &c. ipse Leander contra Philippum de Cruce *tract. de Confirm. fol.* 144. qui adhæret negativæ sententiæ, asserentem jubet esse probabiliorem, resolvitque Episcopum sic confirmantem validè quidem procedere, sed peccare mortaliter; quia operaretur contra usum universalis Ecclesiæ, tam Latinæ, quàm Græcæ: & addo, peccare mortaliter: nam subditi habent jus ut petant certam confirmationem ab Episcopo, & ipse deesset suo muneri concedendo illis incertam, & merè probabilem, cùm possit sine ullo damno proprio aut periculo certam conferre. A Leandro sunt Nugnus quæst. 72. art. 1. diff. 1. Diana part. 8. tract. 4. resol. 27. Petrus de Ledesma tract. de Confirm. cap. 3. in fin. Dicastillus dub. 7. num. 75. Henriquez, Suarez, Reginaldus, & alij.

& Subjunctivum possit conferri?

An, qui illud sic conferret, peccaret mortaliter?

An teneatur Episcopus certa & non probabilia suis subditis Sacramenta conferre?

Ego formam per Optativi modum expressam reiicio: nam fundatur in opinatione, quæ asserit Græcos in Baptismatis formâ Optativô uti, & non Indicativo, quæ est evidenter falsa: Græci enim Indicativo utuntur, ut vidimus *sect.* 1. Ergo & nos utendo Indicativo formam hanc, *Confirmatur servus Christi N. in nomine Patris*; &c. vel hanc, *signatur servus Christi N. signo Crucis*, *& confirmatur chrismate salutis*, *in nomine Patris*, &c. consideremus. 117.

Optativus reiicitur.

Forma, per passivam expressa, ad indicativũ reducitur.

Signatur & confirmatur, dicit Episcopus: jam audio. Sed quis? *servus Christi N.* Hoc etiam audio. Sed à quo? Hoc verba non dicunt: & positis eisdem verbis posset persona agens mille modis variari. At in hoc Sa-

Unde in illâ sit petenda Restrictio?

cramento non est significatio indefinita, sed ad personam talem restricta & determinata. Non illam restrinxit mente Episcopus: nam ego Restrictionem percipió, & mentem Episcopi non cognosco, non intueor, sed ex circumstantiis adjacentibus rimor. Ergo; quando Ego video Petrum signari & confirmari de facto ab Episcopo, & audio dicentem, *Signatur, & confirmatur*; quia video à quo id fiat, scio illa verba per ipsammet personam operantem restricta æquivalere his *Signatur & confirmatur à me*. Ergo in casu, quando, *sigantur & confirmatur*, audio; illud *à me* subaudio

Quæ verba audiantur. & quæ subaudiantur?

SECTIO. III.

De Sacramento extremæ Vnctionis.

NEscio, cur Leander Extremam-Vnctionem tertio loco posuerit; cùm Hispanorum Catechismus illam proponat quinto: sed quia parum refert illam hoc vel alio loco exponere, illam in isto edisseramus.

Quæ sit eiusdem forma?

Forma, qua utimur in hoc Sacramento est; *Per istam sanctam unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid deliquisti per visum.* Et repetitur ad singulos sensus illum nominando, qui inungitur.

An, & cur, omittere possimus vocem sanctam?

118 Et petis primò, *An illa vox, sanctam, sit de essentiâ Confirmationis?* Respondent negativè Diana *part.9.tr.4.resol.175.* Nugnus *quæst.29. art.9.concl.2.* Palaus *tract. 26.punct.4.n.4.* Leander *tract. 4. disp. 2. quæst. 22. pag. 80. b.* Reginaldus, Pitigianus, Ægidius, Bonacina, & alij Doctores communiter. Sed cur? Quia illis verbis omissis adhuc sensus manet integer, inquiunt ipsi: Ego autem aliam rationem addo, quia illa vox *sanctam* à circumstantiis adiacentibus consignificatur; sufficit enim dicere *unctionem*, ut nos, qui illud oleum esse benedictum scimus, & gratiam conferre firmiter credimus illam esse *sanctam* subaudiamus & subintelligamus.

An, & cur, subaudiri debeat, si omittatur?

Petis secundò; *An illa verba*, & suam piissimam misericordiam, *illæso Sacramenti valore omitti queant?* Asserunt S. Thomas *in 4.dist.23. quæst.1. art.4. quæstiunc.3.* Suarius *disput.4. sect. 3. num.13.* Dicastillus *disp.1. dub.4. num.68.* Trullen

De illis verbis, & suam piissimam misericodiã.

Trullenchius *lib.* 5. *cap. de Extrem. Vnct. dub.*2. *num.*10. Diana *part.*9. *tract.*4. *resol.*175. & 180. Leander *tract.*4. *disp.*2. *quæst.*19. Angles *de Extr. Vnct. art.*1.*diff.*5. Henriquez *lib.*3.*cap.*8.*num.*3. Nicolaus Plovë *de Extrem. Vnct. pag.*34. Archangelus *dist.*23.*pag.*273. Reginaldus *lib.*28. *num.*56. Filliucius, Ægidius, Layman, Pitigianus, Bonacinâ, Ochagavia, Pesantius, P. Cañedus, & alij. Illorum ratio est: Nam hæc verba non sunt de substantia formæ, cùm adhuc maneat sensus integer, etsi illa omittantur. Hancque ego rationem confirmo. Nam illa verba à circumstantiis significantur. Qui enim imploratur, est Deus. Et, cur imploratur? Quia ex justitiâ peccatori dare gratiam tenetur? minimè: nam peccatis, non gratiæ, sed supplicia debentur. Cur ergo? Quia est clemens, misericorsque: unde dicebat David Psalm. 50. *Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.* Et Psalmo 129. *De profundis clamavi ad te Domine, Domine exaudi vocem meam*; quem versum, quidam vir eruditus, sic transtulit.

An substantialia sint? An, & cur illa ſo Sacramenti valore omitti possint?

119

Peccatis non gratiæ, sed supplicia ex Iustitiâ debentur.

Del profundo de mi error
Te llamè, porque tu eres;
Quien solo puedes y quieres
Ayudar al peccador.

Ergo idem est orare Deum *ut peccatis indulgeat*, quàm orare *ut indulgeat secundum magnam misericordiam suam.* Ergo verbum *indulgeat*, tametsi secundum se variè usurpari possit, per Deum, qui est, qui oratur; & per peccata, quæ indulgentiæ sunt terminus, restringitur, ut *per piissimam misericordiam*, & non per justitiam, aut aliam viam possit effectum obtinere.

Ergo cùm gratias petimus, non Iustitiam, sed Misericordiam implorare debemus.

Petis tertiò; *An nominari necessariò debeat ille sensus, qui ungitur?* Negant Diana *part.*9. *tract.*4.*resol.*175. & *tract.*7. *resol.*46. & *part.*10.*tract.*12.*resol.*32. Dicastillus *disp.*1.*dub.*4. *num.* 68. Aureolus *in* 4. *dist.*23. *art.*1. Reginaldus *libr.* 28. *num.*56. Coronius *in summ. verb. Extr. Vnct. num.*12. Ægidius, Hurtadus, Bonacina, Petrus à Sancto Iosepho

De sensibus, qui inunguntur, an debeant nominari?

Præpo-

Præpositus, & alij quorum sententiam esse probabilem putat Leander *tract.4.disp.2. quæst.21.* nam oppositam, cui adhæret, vocat probabiliorem. Resolutionem habes, &, si rationem petas, respondet Dicastillus, *quia per illa verba, & unctionem factam in illâ parte satis significatur sensus, qui linguâ non dicitur.* Ecce habes totius hujus libri doctrinam paucis verbis expressam. Verba significant, sed æquivocè, & largè: & quia moribundus per omnes sensus peccavit, cùm, *quidquid deliquisti*, dicit Parrochus, & nullum sensum linguâ exprimit, dicit aliquid universale, quod ad singulos sensus debet restringi & contrahi. Et, quia unctiones concomitantes consignificant, quando Parrochus oculos inungit dicendo; *quidquid deliquisti*, hæc illa unctio verba ad visûs peccata restringit; ita, ut sensus integer sit, *quidquid deliquisti per visum:* & quando aures ungit dicendo similiter, *quidquid deliquisti*, hæc verba restringit ad auditûs peccata, ita ut integer sensus sit, *quidquid deliquisti per auditum.* Et idem dicendum est de sensuum aliorum unctione. Ergo quando inunguntur oculi, & dicitur, *quidquid deliquisti*, subauditur *per visum:* & quando inunguntur aures, & dicitur, *quidquid deliquisti*, subauditur, *per auditum*, &c. Ergo, quia semper habemus consignificantes circumstantias, non est cur aliquando ad Restrictiones mentales recurramus.

De actionũ consignificatione.

Vnctio ipsa restringit verba ad illum ipsũ sensum, qui inungitur.

Restrictionibus mentalibus non indigemus.

SECTIO. IV.

De Sacramento Pœnitentiæ.

TRia in Pœnitentiæ Sacramento reperio, Confessionem, Absolutionem, & satisfactionem, & proderit agere de singulis in particulari.

Sanè Pœnitentia, sicut & alia sacramenta, constat materiâ & formâ: nam pro formali dicit absolutionem, pro materiali dolorosam confessionem: & dicit satisfactionem ut partem integrantem & complentem. Scio nonnullos Doctores has hujus Sacramenti partes alio numero claudere: & quia ex diversis fundamentis procedunt, dividi in varias classes. Leander *tract.5.de Pœnit. disp.1. quæst.2.* quinque enumerat, & posset plures, si & illas

Eius partes sunt tres.

Omnia Sacramenta, materiâ & formâ constituuntur.

illas subdistinguere vellet. At Ego, quia non scribo hæc, ut Sacramenta dilucidem (hoc enim præstat liber III. Theologiæ nostræ Fundamentalis,) sed, ut Restrictiones, quæ in illis inveniuntur, exponam, eligo opiniones securas, & quæ habent in Scholis applausum. Quam proposui, nos docet S. Thomas *quæst.* 84. *art.* 1. *&* 2. & *quæst.* 90. *art.* 2. Sotus *dist.* 17. *quæst.* 1. *art.* 2. Bellarminus *lib.* 1. *de Pœnit. cap.* 17. Leander, Granadus, Henriquez, Suarius, Ricardus, Alensis, Guillelmus, D. Antoninus, Valentia, Lugo, Hurtadus, Vasquez, Luysius, Becanus, Ægidius, Nugnus, Bonacina, Candidus, Fagundez, Molfesius, & est hodie communis. 120

De Pœnitentia partibus variæ opiniones in Scholâ traduntur?

IN Confessione (nam ab illâ oportet incipere) varias Restrictiones invenio.

§. De Confessione:

Primò moris est, ut pœnitentes minùs doctos adjuvet Confessarius, & interrogando viam aperiat, ut latebras conscientiæ exponant; & tunc pœnitentis verba, quæ seorsim sumpta determinatè nihil significarent, reddunt integrum sensum per verba Confessarij restricta. v. g. dicit Confessarius, *Omisisti-ne aliquando audire Missam die festo?* & respondet pœnitens, *Ter*; & ajo, illud *Ter* secundum se consideratum patere latissimè, & de millenis rebus dici posse; at per interrogationem restrictum, æquivalere huic integræ propositioni, *Ter omisi audire Missam die festo.* [Et hìc obiter nota, præter Theologos, cæteros pœnitentes multa in confessione dicere, quæ possent tacere: & fœminas interdum cum majori verecundiâ circumstantias peccatorum confiteri, quàm substantiam; cùm tamen illas, quæ non addunt speciem, possent omittere: & ideò etiam juvabuntur Aulici, Jurisperiti, & Medici, si respondere ad interrogationes necessarias, & non diffundi per non necessarias narrationes jubeantur.]

An Confessarium debeat interrogare pœnitentem?

An hujus verba per alterius verba restringantur?

Omitti possunt circumstantiæ, quæ novam non addunt speciem.

Secundò quando pœnitens, quem esse Conjugatum, aut Sacerdotem esse Confessarius cognoscit, se fœminam cognovisse fatetur, in verbis conjugati circumstantiam 121

Restringuntur interdum confessionis

 adulterij;

verba per pœnitentem statum. adulterij; & in verbis Sacerdotis circumstantiam sacrilegij subaudit: quia illa verba, *Cognovi unam fœminam*, quæ generica sunt, ad adulterij speciem per matrimonium, & ad sacrilegij speciem per sacerdotium restringuntur.

Etiam aliquando per vestes. Tertiò, quando Religiosus simile peccatum confitetur, genericam confessionis significationem vestes restringunt, ut speciem significent determinatam. Vide, quæ diximus *num*....

Quartò, in monasterio N. ob causas graves præcipit Abbas, ne in locum A. monachi sine suâ licentiâ ingrediantur. *Et tandem per notitiã ipsiusmet Confessarij.* Fr. Ioannes eiusdem Monasterij Religioso, qui hoc præceptum latum ibi esse scit, confitetur, & ait, *Semel ingressus sum in locum A.* & licèt ore nullum peccatum exprimat, confitetur bene; quia, quod ipse silet, exponunt consignificantes circumstantiæ. Ingredi in locum A. præscindendo à præcepto, est actus indifferens, & non est confessionis materia: interim, huius ingressionis confessio, per præceptum, quod Confessarius esse scit, restricta, est confessio inobedientiæ sacrilegæ, & confessionis necessaria materia. Et simile quid accideret illi, qui *se comedisse carnes die Veneris* confiteretur. Nam etsi cemedere carnes ex se sit actus indifferens, posito præcepto Ecclesiastico, universis notissimo, est peccatum mortale: & hæc malitia tametsi non dicatur expressè, subauditur.

Sufficiat hæc de Confessione dixisse: ad Absolutionem transeamus.

122 §. De Absolutione. *Quâ verborum formulâ conferatur?* FOrma in Pœnitentiæ Sacramento est, *Ego te absolvo ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus-Sancti. Amen.* Quia tametsi aliæ interdum apud Authores antiquos reperiantur, hanc solam approbauit ut legitimam & veram Ecclesiá. Et circa hanc formam

De pronomine Ego. *An ad forma* Quæris primò, *An illud* Ego *sit necessariò pronunciandum?* Respondeo negativè; quoniam includitur in *absolvo*, nec enim

enim plus significat, *Ego te absolvo*, quàm *Te absolvo*; sicut *sect.* 1. §. *Vt omnia*, idem erat dicere, *Ego te baptizo*, quàm *Te baptizo.* Ita D. Thomas 3. *part. quæst.* 84. *art.* 3. tametsi à Llamas 4. *part. method. cap.* 2. §. 1. *pag.* 985. adducatur pro sententiâ contrariâ. Hanc longè probabiliorem censet Leander *tract.* 5. *disp.* 2. *quæst.* 2. Cajetanum, Navarrum, Nugnum, Suarium, Vivaldum, Sà, Vasquez, Lugonem, Ægidium, Candidum, Villalobos, Molfesium, Luysium, Hurtadum, Fagundez, Toletum, Ochagaviam, Henriquez, Sotum, Bonacinam, Granados, Vegam, Reginaldum, Archangelum, & alios, ut illam adfirmet, producens. Scio fuisse, qui oppositam habuerint sententiam: at hodie ita est recepta hæc, ut Moure 3. *part. cap.* 6. §. 7. *num.* 4. asserat, de illa neminem dubitare.

essentiâ & substantiam pertineat?

Si dicas pronomen *Ego*, quod potest in linguâ Latinâ aut Græcâ omitti, non posse in Hebræâ, in quâ loco præsentis temporis utimur participio; & ideò cessaret ibi ratio: quia licèt *Ego* in *absolvo* claudatur, non clauditur in voce *absolvens.* Respondebo illud idem pronomen *Ego* in verbo Βαπτίζεται, *Baptizatur*, quo in Sacramento Baptismi utuntur Græci non includi. Porrò Confessarius in linguâ Hebraica diceret, אני מצדיק לך, Ani mazdiq leca. *Ego absolvens te.* Et subintelligitur *sum.* Et sublato pronomine אני, Ani, *Ego*, manet מצדיק לך, mazdiq leca, *absolvens te:* & deest *Ego sum.* Et, si hæc forma dicatur esse sufficiens, illud participium *absolvens te* per circumstantiam tribunalis, in quo Dei loco Sacerdos præsidet, restrictum, erit *Ego sum absolvens te*: unde, quando Sacerdos diceret, *absolvens te*, subaudiri deberet *Ego sum.* Quod à Sacramentali tribunali, & personâ Iudicis consignificatur. 123

Quid dici deberet, si hebraicè hoc Sacramentum conferretur?

An participium, quod personis caret, per ipsammet operationem ad primam personâ restringatur.

Quæris secundò, *An pronomen* Te *sit de essentiâ & substantiâ Absolutionis?* RESPONDEO PRIMÒ verbum illud absolvo debere ad pœnitentem contrahi & determinari; nam Absolutio est sententia, & hæc non potest pronunciari de re incognitâ, sed de certâ & determinatâ.

De pronomine Te, an sit in absolutione substantiale?

Sententia debet esse de re determinata.

RESPONDEO SECVNDÒ in hac formula *Ego absolvo à peccatis tuis*, subaudiri illud te; posse omitti. Ità Lugo *disp.13.n.24.pag.196.* Et cur? Quia in voce illâ *tuis*, illud *te* clauditur, inquit Lugo. At ego Lugonis conclusionem admitto, sed rationem assero infirmam & debilem esse. Vnde sic arguo. In voce *tuis* semper includitur vox *te*; vel aliquando includitur, & aliquando non includitur. Non primum, ergo secundum. Non semper includi, sic probo. In hac oratione, *Ego me defendo à calumniis tuis*, nec dico, nec insinuo me te defendere: ergo *te* non clauditur in *tuis*. Vera autem ratio est, quia illud in hoc casu *absolvo*, per vocem *tuis*, & alias circumstantias restrictum, æquivalet voci *absolvo te*. Nam cum Deus dixerit, *Anima, quæ peccaverit, ipsa morietur*, & iterum, *Filius non portabit inquitatem patris*. Et cùm Christus instituerit Pœnitentiæ tribunal, ut pœnitens à suis peccatis absolvatur, sequitur ut, si ego absolvo à peccatis tuis, à quibus nullum præter te possum absolvere; sequitur, inquam, ut absolvam te. Ergo illud *te* non includitur in voce *tuis*, nec consignificatur à solâ voce *tuis*. Sed ab hac voce & aliis circumstantiis, quas proposui. RESPONDEO TERTIÒ, Sacramentale Tribunal instar Politici erectum esse. At Romani veteres per duas literas A. & C. ferebant in causarum decisione suffragia. Ergo nobis præferunt facem, ut sciamus, quo debeamus modo in Pœnitentiæ tribunali procedere. Sanè A, variè accipi potest: nam, si sit dictio integra, est *à*, idem ac *ab*, & deducitur à Voce ἀπό. Si initium vocis sit, in Notis erit *Augustus*, vel *ager*, vel *annus*, vel *aliquando*, vel *Aulus*, vel tandem *absolvo*. Et quando inscripta marmori invenitur, ex vocibus aliis constat quomodo restringatur. C in Notis erat *Cajus*, vel *Civis*, vel *Causa*, vel *Comitia*, vel *Centum*, vel etiam *Condemno*; & ex loco, & circumstantiis ad hanc aut ad illam significationem determinabatur: inusta enim servi fronte denotabat *Captivum*. Et picta in nobilium Romanorum calceis *Cives* ab exteris & peregrinis distinguebat. Hæ duæ in Trib[illegible]alibus literæ,

An Vocula Te in vocula Tuis includatur?

Vnde restringatur verbum absolvo, ut debeat subaudiri illud te, etsi non exprimatur?

Prisci dabant suffragia per A, & C.

A Præpositio unde ducatur?

Quid A significet in Notis?

Quid inusta servo?

Quid in Nobilium calceis.

ræ, à loci circumſtantiâ reſtrictæ, erant *Abſolvo*, & *Condemno*. Et ideò litera A, à Cicerone *ſalutaris* vocatur, & C poſſet dici *nociva*. Græci in cauſis capitalibus literis B. & Θ utebantur, ut τ̃ *Βίον*, & τ̃ *Θάνατον* ſignificarent. Et huc adluſit Perſius Satyr. 3.

Litera ſalutaris, & litera nociva, quæ

Quid B, & Θ importent?

Et potis es vitio nigrum præfigere Theta.

Calculum nigrum *Theta* vocat, quia etiam calculis albis & nigris, loco literarum Latinarum A & C, aut Græcarum B & Θ, Iudices utebantur. Hinc *albus* pro viro bono & candido, & *niger* pro vafro & perverſo uſurpatur. Perſius.

Albus *pro bono ſumitur: niger pro malo.*

—— *Per me equidem ſint omnia protinus alba.*

Et *pro Cecin. de teſte Sex. Cledio Phormone* Cicero. *Nec minùs niger, nec minus confidens, quàm ille Terentianus Phormio*: & Horat.

—— *Hic niger eſt: hunc tu Romane caveto.*

His præmiſſis, mecum, Candide Lector, Senatum ingredi, & attende.

Iudex tacitus ob oculos poſuit unum C. Quid hæc litera importat? Tametſi multa & varia ſignificare poſſet, hìc per loci (tribunalis) & perſonæ (Iudicis) circumſtantias reſtricta, ſignificat *Condemno*. Sed quem condemnat? Id verbum *Condemno* non dicit: & tamen ſubauditur; nam reum (illum cujus cauſa agebatur) poteſt condemnare, & non alium. Sed cujus reum condemnat criminis, qui crimen ſubticet? illìus, de quo inquiſitus fuerat, & accuſatus; illius, de quo fuerat convictus. Et ad quam illum pœnam? ad illam quam leges præſcribunt. Vnde in Republicâ, quæ furta & rapinas expiat laqueo; ſi Clodius de furto accuſetur; & Iudex *Condemno* dixerit, ſubintelligitur perſona condemnata, ſubintelligitur cauſa, ſeu crimen commiſſum, & ſubintelligitur pœna, ut vox illa *Condemno*, quæ ſecundùm ſe pateret latiſſimè, per conſignificantes rei, proceſsûs, & legis circumſtantias reſtricta, ſit *Condemno Te, Clodi, laqueo propter furtum commiſſum*. Et eodem modo de Iudice, qui *Abſolvo* diceret, philoſophator. Ecce Iudices Politici abſolvunt & condemnant his duabus vocibus *Abſolvo* & *Condemno*, quin exprimant perſonam rei. Et nunc pro negante ſententiâ

Iudex producens unum C;

Aut dicens Condemno, *An nobis ſufficienter exponat, quem, propter quod crimen, & ad quam pœnam cōdemnaverit?*

Sacramentale Tribunal eſt Politico ſimile. Ergo analogiâ ſervatâ ſicut de Politico, ſic etiam de ſacramentali debebimus philoſophari.

 hoc

hoc argumentum conformo. [Sacramentale Tribunal est Politico simile. Sed Politicus Iudex dicendo *absolvo*, aut *condemno*, sententiam definitivam profert; & nemo caussatur, quòd non expresserit, quem absolverit, condemnaverit-ve. Ergo Confessarius similiter, dicendo *absolvo*, definitivam poterit pronunciare sententiam, nec erit necessarium, ut dicat *Te*, quia etsi illud lingua non exprimat, exponunt consignificantes circumstantiæ.] Et hæc est Soti *in* 4. *dist*. 22. *quæst*. 1. *art*. 1. *vers. postr.* Vivaldi *de Absol. num*. 97. & Henriquez *lib*. 1. *de Pœnitent. cap*. 11. *n*. 3. necnon apud Henriquez & Bonacinam, & Fagundez, D. Thomæ, Petri Soti, Navarri & aliorum opinio; & ex præmisso fundamento pronunciat, pronomen *Te* (quin ad vocem *Tuis* recurratur) non esse de essentiâ Absolutionis. Et testor me Lovanij audivisse D. Paludanum S.Th. Doctorem, virum doctissimum, in publicâ disputatione statuentem hoc unicum verbum, *Absolvo* sufficere, nec fuit qui eius resolutioni obloqueretur. Et hoc specialiter dixero, quia hanc eamdem sententiam Leander non patitur esse probabilem, nam *tract*. 5. *cit. disp*. 2. *quæst*. 4. oppositam, quam sequitur vocat certissimam. Et asserit, male D. Thomam Navarrumque ab Henriquez & Bonacina, male etiam Petrum Sotum ab eodem Bonacina, citari, quibus sublatis solus Sotus relinquitur: contra quem tot sunt Authores, ut Valentia *tom*. 4. *disp*. 7. *quæst*. 1. *punct*. 3. §. *Tertia* opinio asserat, ipsi Soto contradicentem, esse omnium Theologorum sententiam.

An illud Te, probabiliter omitti possit?

P. Paludani sententia.

124 Nolo Ego impræsentiarùm de probabilitate aut improbabilitate harum sententiarum disserere, sed exponere, quomodo posset P. Sotus, aut etiam P. Paludanus suam sententiam defendere, si per Leandrum stet illam esse probabilem. Attende. Verbum *absolvo*, cùm activum sit petit accusatium, Ergo nisi restringatur non habebit accusatiuum determinatum. Sed unde restringetur? Exponam. Dicit pœnitens *Me accuso*, &c. Ergo, si respondeat Confessarius *Absolvo*; hoc verbum *absolvo* per verba

Vnde verbum absolvo, ad Soti & Paludani mentem restringatur?

verba pœnitentis restrictum, erit *absolvo te*. Nam absolutio in tribunali illi conceditur, qui accusatur: illi videlicet, cujus causa fuit examinata, & non aliis de quorum absolutione non fuit actum.

Quæris tertiò; *An illa vox* omnibus *sit necessariò exprimenda?* Leander *dict. tract.* 5. *disp.* 2. *quæst.* 5. longè probabilius, immò certissimum esse respondet illam vocem necessariam non esse: & probat bene, quia nec Florentinum, nec Tridentinum eam apponunt. Citat pro se Suarium, Lugonem, Fagundez, Granadum, Sancium. Villalobos, Coriolanum, Mendum, & posset etiam multos alios. Granadus *tract.* 1. *de pœn. disp.* 6. *sect.* 1. *numer.* 4. *liter. C.* (etsi immeritò adlegetur pro contrariâ opinione) sic ait. *Quia Deus principaliter absolvit per ministerium Sacerdotis, convenienter apponitur aliquid quod pertineat ad authoritatem principaliter absolventis, ut sit*; Ego te absolvo à peccatis tuis in nomine Patris, &c. *Unde videntur illa verba omninò sufficere. & esse congrua.* Ecce non ponit *omnibus*. Et cur vocem istam omisit? respondet. *Cùm dicitur*, Absolvo te à peccatis tuis. *Omnia peccata includuntur, & ab omnibus absolvitur, si non ponit obicem; unum enim peccatum, saltem mortale, sine alio non remittitur.* Ecce dicitur *à peccatis*, & subauditur *ab omnibus*, quia terminus indefinitus in materiâ necessariâ, per necessitatem restrictus æquivalet universali. Quam ob rem, cùm stando institutioni Sacramenti, quidquid de absolutâ potentiâ sit, Confessarius non possit unum mortale, & non aliud absolvere; sed debeat ab omnibus pœnitentem absolvere, vel à nullo: illud *à peccatis* per institutionem Sacramenti restrictum, *ab omnibus peccatis* est.

De voce omnibus, An essentialis sit? An sine illâ sacramentum sit validum?

In tribunali Pœnitentiæ Deus causa principalis, & confessarius instrumentalis est.

Unum peccatum non potest remitti sine alio.

An, & quando indefinitus terminus sit universalis?

Hinc patet, cur Benedictini ad tria vota teneantur, & tria emittere solenniter dicendi sunt? Obedientiam promittunt expresse & in illorum solenni professione nec verbum de Castitate aut Paupertate reperitur. Cur ergo quando Novitius elapso tyrocinij tempore, dicit *Promitto*, &c. *Obedientiam*, &c. Ecclesia, & Ordo Castitatem & paupertatem, quas ipse non nominavit, subaudit & subintelli

NOTA: De solemni Benedictinorum Professione.

Promittunt solam Obedientiam expressè?

Unde-nam votum, quod simplex, & solenne esse potest, ad esse solenne restringatur?

subintelligit? Dicam. Ita professio solennis est comparata, ut illæ tres virtutes (Obedientia, Castitas, & Paupertas) simul vovendæ sint, & una sine cæteris solenniter promitti non possit. Ergo hoc verbum *promitto*, nominet unam, nominet duas, nominet nullam, si solenniter fiat, omnes tres virtutes comprehendit; & ad *esse solenne* per ætatis (sedecim anni requiruntur completi) probationis (annus novitiatûs debet esse integer) & loci
125 (in Religione approbata) circumstantias restringitur. Ecce ab his circumstantiis illud *promitto* restringitur, contrahitur, & determinatur, ut sit votum solenne. Et posteà ab ipsâmet solennitate restringitur, ut simul illas tres virtutes debeat necessariò pertingere. [*Dices*, Votum illud per solennitatem non restringi, sed ampliari: nam una sola Virtus exprimebatur linguâ, & ad tres per solennitatem propagatur. *Respondeo*, latissimè patère Votum simplex, & posse has vel illas, paucas aut multas, &c. virtutes concernere: & per solennitatem in Ordine nostro restringi, ut nec plures, nec pauciores, nec alias attingere possit.]

Unde, quod posset plures vel pauciores attingere ad tres Virtutes restringitur determinatè?

De particulâ Tuis, *an necessaria sit & essentialis?*

Quæris quartò; *An illud* Tuis *exprimi debeat*? Est manifesta: qui enim dicit *Absolvo te à peccatis:* non est censendus te à peccatis Poncij Pilati absolvere, sed à tuis: illa enim confiteris, de illis doles, illis gravaris, & illorum imploras remissionem & veniam.

De voce à peccatis, *An necessaria sit?*

Quæris quintò, *An illud*, à peccatis, *debeat exprimi? an, etsi sileatur, subaudiatur, & subintelligatur?* Absolutionem fore validam, etsi illud non dicatur, resolvo: & addo, subintelligi, quotiescumque omittatur. Et hîc non ita est de Conclusione, quàm de ejus ratione disputandum. Conclusionem nostram longè probabiliorem oppositâ esse asserit Leander *tract. illo* v. *de Pœnit. disp.* 2. *quæst.* 7. *pag.* 105. *b.* Ego autem certam esse dicerem, quia nata est cum Scholasticis, eam enim habuit S. Thomas 3. *part. quæst.* 84. *art.* 3. quem Cajetanus & Thomistæ sequuntur. Et, quia est antiquata jam cum suis Authoribus sententia altera, & plerique omnes, qui post Concilium

a] Ait Leander. *Tridentinũ disputans de formâ hujus Sacramenti,* &c. Est lapsus calami: nam Concilia agunt, decidunt, & definiunt, non disputant.

lium Tridentinum ſcripſerunt, noſtram amplexi ſunt, Ego eam ſic probo. *Ideò fuit coactum Tridentinum, ut neceſſaria, & præcipuè in Sacramentorum materiâ, doceremur. At illud tantummodò præſcribit hæc verba*, Abſolvo te. *Ergo hæc ſufficiunt, & alia non ſunt neceſſaria.* Et hæc eſt ſententia communis; nam à Lugone, Villalobos, Petro de Ledeſmâ, Reginaldo, Llamas, Raynerio, Palao, Vaſquez, Hurtado, Luyſio, Turriano, Fagundez, Nugno, Navarro, Valentiâ, Henriquez, Suario, Granado, Bonacinâ, & aliis propugnatur.

An ſufficiāt hæc verba, Abſolvo te?

126 *P. Soti argumentum.*

Contra illam argumentatur Petrus Soto *lect.4. de Confeſſ.* dicens, non valêre Abſolutionem illam *Abſolvo te*, quia illa verba ſunt indifferentia ut tam Abſolutionem à cenſuris, quàm Abſolutionem à peccatis ſignificent. Ergo neceſſariò indigent ſequentibus verbis, nempe, *à peccatis tuis*, quibus eorum ſignificatio reſtringatur. Ecce Sotus, & Paludanus, Major, Angelus, & Gabriel, quibus adhæret, docent, verba æquivoca & latiùs patentia non per mentem, ſed per verba adjacentia reſtringi. Leander *loc. cit.* ait Palaum *tract.23. punct.5. num.2.* huic bene reſpondere argumento, inquit enim [hæc verba *Abſolvo te*, abſolutè prolata ſtare pro famoſiore ſignificato, quod eſt peccatorum abſolutio. Præterquam quod peccatum confeſſione ſufficienter determinatur.] Duas rationes proponit, ut oſtendat, verba illa *Abſolvo te* prolata à Confeſſario reſtringi: quarum prior inſufficiens videtur, & poſterior à noſtrâ doctrinâ deſumitur. Si *Abſolvo te* abſolutè dictum pro famoſiori ſignificato uſurpetur, & famoſius ſignificatum peccata ſint, in tribunali Civili, ubi Petrus v. gr. de debito centum aureorum conveniebatur. Si dicat Iudex *Abſolvo te*, cenſendus eſt à peccatis abſolvi, & non à debito civili, quod ſine peccato (ex mutui, fidejuſſionis; &c. contractu) paſſim incurritur. Si dicas, aliter in tribunali Civili, & aliter in Sacramentali debere fieri verborum interpretationem; me habere intentum, reſpondebo, jam enim verba illa, *Abſolvo te*, quæ indifferentia ſunt, & latè pa-

Si verbum abſolvo tacito te maneat æquivocum & indifferens, debet reſtringi: & ſi non poſſit aliter, quàm ſi vocula illa te addatur, hæc debet addi.

An æquivocum abſolutè poſitum, ſtet pro famoſiori ſignificato?

An, & quomodo abſolutio per locum reſtringatur?

Tribunaliū Civilis, Criminalis, & Sacramentalis differentia.

tent, per Loci circumstantiam restringis: ut in tribunali humano Civili reus à debitis, in Criminali à criminum pœnis, & in Sacramentali ab ipsismet peccatis absolvatur.

Verbum absolvo debet restringi: non indiget verbis, ut restringatur.

His præmissis ad Soti argumentum respondeo concedendo verba illa *Absolvo te* esse æquivoca, & valde generalia, & de multis rebus posse intelligi; & ideò debere restringi & determinari, etiam concedo. Infert, ergo debent addi illa verba *à peccatis tuis*, ut restringantur: nego consequentiam; quia sine illis restringuntur clarissimè. Primò enim per Loci circumstantiam restringuntur: nam in tribunali sæculari important Absolutionem Civilem, & in Ecclesiastico Ecclesiasticam. Præterea, quia tribunalia sæcularia in Civilia & Criminalia dividuntur, Absolutio in Criminali prolata, non erit de solvendo legato, & pronunciata in Civili non erit de homicidio aut rapinâ: quia singula Loca de rebus diversis pronunciant. Sic etiam aliter aguntur causæ in Episcopali & aliter in Sacramentali tribunali: & ideò aliter in illo, & aliter in hoc restringitur verbum *Absolvo*. Et veniendo ad Pœnitentiæ tribunal, quærit Sotus unde scietur à peccatis, & non à censuris pœnitentem absolvi, nisi illud *à peccatis tuis* subjungatur. Vt respondeam, hunc casum propono. In tribunali Civili (Constantinopolitano, v. g.) agebantur duæ causæ: nam à Titio mille aurei ex fidejussione petebantur: & à Semphronio equus jure mutui. Dicit in primâ causâ Iudex *Absolvo*: dicit in secundâ etiam *Absolvo*, & inquiro, an Semphronium à fidejussione, & Titium à mutui obligatione liberum declaraverit? minimè. Quia illud verbum *Absolvo*, per materiam, de quâ agitur, restringitur; & quia in causâ Titij non agitur de mutuo, & in causâ Semphronij non agitur de fidejussione, ideò à fidejussione & non à mutuo Titius, & à mutuo & non à fidejussione Semphronius liber per illam sententiam declaratur. Dictum puta. Verba *Absolvo te* à Confessario dicta; per materiam Ecclesiæ clavibus subiectam, restringuntur & determinantur. Si pœnitens

A loci circumstantiâ restringitur.

Absolutio, ut de hoc, aut illo sit, restringitur per subjectam materiam.

Eodem verbo Absolvo, aut Condemno potest Iudex uti in diversis materiis & causis.

Verbum Absolvo est ad peccata, & ad cen-

tens se commisisse peccata, & non incurrisse censuras confessus sit; illa (peccata) concernunt, & tunc subauditur & subintelligitur *à peccatis*, ut tota Absolutio sit, *Absolvo te à peccatis*. Et, si confessus sit peccata censuris affecta, illa & has concernent, ut sensus sit *Absolvo te à censuris & à peccatis*. Hanc quæstionem edisserit Leander *tract.* 5. *disp.* 2. *quæst.* 38. *pag.* 112. interrogat enim, *An sacerdos possit his verbis*, Absolvo te, *validè uti, ad absolvendum à peccatis simul & à censuris*. Et in corpore ait. *Negare videtur Sylvester*. Absolutio. 6. num. 2. §. Quartum est. *Et Vega* cap. 6. cas. 50. *Sed probabiliùs respondeo, validè posse; quia nulla est implicantia in hoc, cùm & verificetur forma Sacramentalis, & relaxatio vinculi censuræ. Ergo dicendo*, Ego te absolvo, *si intendat simul absolvere à censuris, & à peccatis, ab utrisque validè absolvet: quia quamvis utraque absolutio sit simul tempore, absolutio tamen censurarum est prior naturâ, quod sufficit ad valorem utriusque*. Et citat Navarrum, Gersonem, Henriquez, Bonacinam; Ægidium, Sotum, Coriolanum, Granadum, Trullenchium. Praxis autem est, ut priùs pœnitens à censuris & posteà peccatis, expressis verbis, absolvatur.

suras indifferens, & ad has, illas, aut utraque; per vim confessionis cotrahitur.

127 *An forma* Absoluaris *à me, sit valida?*

Quæris Sextò, *An valida sit absolutio, si Confessarius dicat*, Absolvaris à me, *aut* Absolvatur Petrus à me, *in modo Imperativo*? Asserunt Suarez *disp.* 18. *sect.* 1. *n.* 24. Fagundez *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 8. Granadus *disp.* 6. *num.* 27. *pag.* 1108. Hurtadus *disp.* 5. *diff.* 3. Bonacina *disp.* 5. *quæst.* 4. *punct.* 2. *num.* 7. Vasquez *quæst.* 84. *art.* 3. *dub.* 4. *num.* 12. Nugnus 3. *part. quæst.* 84. *art.* 3. *dub.* 2. *concl.* 4. *pag.* 28. Lugo *disp.* 13. *num.* 104. Hancque controversiam edisserit Leander *loc. cit. quæst.* 18. *pag.* 108. *b.* & ait, asserentem sententiam esse communem, & æquè probabilem. At ego dico primò, me non percipere esse æquivalentes has duas formas, *Ego te absolvo*, & *Tu absolvaris à me*: nam Indicativus distinguitur ab Optativo. Dico secundò, hanc opinionem fundari arenâ; nam supponit formam, qua utuntur Græci in Baptismo esse, *Baptizetur servus Christi*,

An solà adlucinatione fundetur?

De formâ Absolueris à me. An sit valida? quod est falsum, nam ipsi dicunt Βαπτίζεται, *Baptizatur*, ut vidimus sect. 1. Dico tertiò, A fortiori hos Autores debere admittere hanc formam, *Absolveris à me*, nam hæc ab *Ego te absolvo* non distinguitur. Dico quartò has formas *Ego te baptizo*, non differre essentialiter ab hac *Baptizatur servus Dei N.* nam illâ utitur Ecclesia Latina, hac autem Græca, cùm certum sit formas materiasque Sacramentorum in utrâque non differre quoad substantiam, ut doctè tradunt Ochagavia *quæst.* 4. *n.* 3. Vasquez *disp.* 129. *cap.* 5. *num.* 49. Gaspar Hurtado *disp.* 1. *diff.* 13. Leander *tract.* 1. *disp.* 1. *quæst.* 12. *pag.* 3. *b.* qui ait esse omnium Theologorum sententiam. Infero, Ergo hæ formæ, *Ego te absolvo*, & hæc, *Tu absolveris*, vel *servus Dei N. absolvitur*, non distinguuntur quoad substantiam. Ergo in illis voculæ *à me*, tametsi non dicantur, subaudiuntur & subintelliguntur: & illa indifferentia, & æquivocatio, quam parit personæ agentis omissio, (non enim voce expressâ profertur) à circumstantiis adjacentibus tollitur; voces enim latiùs patentes persona & operatio restringunt, nam, si ego sum Petri Iudex, & sedens pro tribunali dico, *Petrus absolvitur*, tacitè dico, *illum absolvi à me*.

De particulâ à me, quæ non exprimitur. An subaudiatur?

128 VErbis non raro æquivocis præscribitur satisfactio, quæ vocatur *pænitentia*, tametsi pœnitentia non sit, sed pœna temporalis reo imposita in Sacramento Pœnitentiæ. Et tunc ex circumstantiis restringitur, & determinatur. Pono exemplum. Iejunium est quadruplex. Naturale, Anachoreticum, Ecclesiasticum & Regulare, primum est tam rigidum, ut ne haustum quidem aquæ admittat: secundum ab Eremitarum pœnitentiâ severâ nomen habet: & est, quod nos *jejunium panis & aquæ* dicimus: nam illi veteres Anachoretæ hunc vitæ tenorem servarunt: Tertium carnes & lacticinia excludit, & prandium meridie, & vesperi collationem permittit: quartum clementius est; jubet enim ne cœnetur vesperi, at meridie semper ova & lacticinia, & aliquando carnes tolerat. Hac doctrinâ præmissâ Petrus, cui Confessarius unum jejunium

§. De satisfactione. *Vocatur Pœnitentia in Dialecto vulgari.*

Iejunium est quadruplex: Naturale, Anachoreticum, Ecclesiasticum, & Regulare.

Quodnã ex his significet vox jeiu.

jejunium pro pœnitentiâ præscripsit, interrogat, quale sibi jejunium præscripserit? Respondeo nomen jejunij esse æquivocum, & debere restringi per consignificantes circumstantias: & hanc ob rem *dico* (1) Confessarium non jussisse Petro naturale jejunium, nam ex Iuris Regula XLV. *Inspicimus in obscuris, quod est verisimilius, vel quod plerumque fieri consuevit.* At nulli Confessarii pœnitentibus jejunia naturalia præscribunt. Ergo non est verisimile, quòd suus Confessarius Petro tale voluerit jejunium pro satisfactione jubere. Ecce vox *jejunium* per morem & consuetudinem restricta, in illo casu non significat naturale jejunium. An-ne forte Anachoreticum significabit? minimè: quia Confessarii, quando volunt tale jejunium indicere, expresse pœnitenti dicunt *in pane & aquâ jejunabis.* Ergo Naturali & Anachoretico exclusis vox *jejunium* in proposito casu significat Ecclesiasticum vel Regulare. Et ideò *dico* (2) si Petri Confessarius Sacerdos sæcularis fuit, vocem illam *jejunium*, Ecclesiasticum significare. Ostenditur; quia illa vox per personam loquentem restringitur, & sœculares presbyteri nihil sciunt de formâ jejunii regularis. *Dico* (3) si pœnitens sæcularis sit, etsi sit Religiosus Confessarius, illam vocem per personam *cui* restringi & contrahi, & ideò jejunium Ecclesiasticum significare. Et hoc suadetur: nam Confessarius, ut pœnitentem instruat, uti debet linguâ aut dialecto, quam intelligat pœnitens. At pœnitens sœcularis, quid sit jejunium Ecclesiasticum scit; quid autem sit Regulare non scit. Ergo Confessarius Ecclesiasticum illi jejunium, & non Regulare præscribit. Ergo superest, ut dicamus, unde sumenda sit hujus vocis *jejunium* limitatio & restrictio, quando in eodem Ordine, aut in eodem monasterio unus Religiosus confitetur alteri Religioso. *Dico itaque* (4) si diem Confessarius determinet, & illâ die carnes aut lacticinia in Refectorio ministrentur, Confessarium *jejunij* nomine, regulare intellexisse certum est: non enim privatus Religiosus potest indicere, ut pro se alii parentur cibi, quàm parantur

nium, *si absolutè ponatur?*

N. B.
Ex hac Regulâ XLV. nascetur ille Syllogismus Moralis, quem voco PLACIDI. Et infert evidenter dicendo, *Ergo probabilius est, &c.* quoniam propositio probabilis affecta Probabilitatis modo est evidens. Quod expono & persuadeo hoc exemplo. Hæc assertio. *Materia prima existit existentiâ forma*, est probabilis: hæc autem, *Probabile est materiam primam existere existentiâ formæ* est certa & evidens.

rantur pro Communitate. Si diem determinet, in quo comeduntur in Refectorio pisces, cessat quæstio, quia tunc jejunium Ecclesiasticum & Regulare coïncidunt: nec debet contra hoc objectio fieri de Quadragesimæ Dominicis; quoniam nemini prudenter præcipitur, ut die Dominicâ jejunet. [a] Tandem, si Confessarius non determinet diem, & præceptum æquivocum sit, erit odiosum, & *odia debent restringi* ex Regulâ XIV. Ergo tunc *jejunij* nomine intelligemus Regulare.

a] *Summa Dianæ edita Antuerpiæ ann. 1662. verb. Votũ. n. 19.* Qui vovit jeiunare, per mensem v. g. non tenetur ieiunare diebus Dominicis, nisi expressè hos comprehendere intenderit suo voto: idemque est quoties ieiunium ex voto incidit in Dominicam; quia votum illud regulandum est iuxta consuetudinem Ecclesiæ, quæ diebus Dominicis non ieiunat. Ita Diana *part. 9. tract. 8. resol. 10. & part. 10. tract. 16. resol. 50.*

SECTIO V.

De Sacramento Ordinis.

Quid illud sit?

An sint plures Ordines in Ecclesiâ? An prima Tonsura sit Ordo? Enumerantur omnes Ordines in particulari. De Episcopatu, Archiepiscopatu, Patriarchatu, & Pontificatu.

SACRAMENTVM Ordinis est signum quoddam sensibile per quod in ordine ad Eucharistiam (conficiendam vel ministrandam) potestas tribuitur ordinato. Plures esse in Ecclesiâ Ordines de fide est. Synodus Tridentina *sess. 23. can. 2.* expressè. *Siquis dixerit præter Sacer-*
129 *dotium non esse in Ecclesiâ Catholicâ alios Ordines, majores & minores, per quos veluti per gradus quosdam in Sacerdotium tendatur; anathema sit.* Prima Tonsura non est Ordo; sed janua seu dispositio ad Ordines. Hi in minores & maiores dividuntur. Minores quatuor sunt Ostiariatus, Exorcistatus, Lectoratus, & Acolytatus: maiores etiam quatuor sunt, Hypodiaconatus, Diaconatus, Presbyteratus, & Episcopatus. Solemus dicere Ordines maiores esse tres, quia Episcopatum, cùm Ordo summus sit, & possit dici *maximus*, potest cum maioribus non numerari. Archiepiscopatus, Patriarchatus, & Pontificatus non sunt Ordines ab Episcopatu distincti. Qui non est Episcopus, nec Archiepiscopus, nec Patriarcha, nec summus Pontifex est.

Spiritus-Sanctus pro donis eius usurpatur. Hæc multa, & valde varia sunt.

In Episcopi consecratione, inquiunt passim Doctores, materiam esse manuum impositionem, & formam illa verba, *Accipe Spiritum-Sanctum*, &c. Nomen autem *Spiritûs-Sancti* pro donis ejus sumitur: & illa sunt multa & valde varia, ut 1. *Corinth. 12.* Sanctus

Paulus

Paulus ſcribit. *Diviſiones gratiarum ſunt, unus autem Spiritus, & diviſiones miniſtrationum ſunt, unus verò Dominus, & diviſiones operationum ſunt, unus verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifeſtatio Spiritûs ad utilitatem. Alij quidem per Spiritum datur ſermo Sapientia, &c. alij autem ſermo ſcientia, &c. alij autem Fides, &c. alij dona Sanitatum, &c. alij Operationes Virtutum, &c. alij Prophetia, alij diſcretiones ſpirituum, alij genera linguarum, alij autem interpretatio ſermonum, &c.* Ergo in tantâ donorum & gratiarum multitudine erunt valde indeterminata illa verba; *Accipe Spiritum-Sanctum:* ſed nihilominùs in Epiſcopi conſecratione nomen *Spiritus-Sancti*, per circumſtantias adjacentes reſtrictum, ſignificat Epiſcopalem poteſtatem, ita ut idem ſit dicere, *Accipe Spiritum Sanctum*, ac dicere, *Accipe poteſtatem exercendi munus Epiſcopale*, & reſtrictiùs & clariùs, *Accipe poteſtatem chriſma & oleum ſanctum conficiendi; altaria, vaſa, & veſtes ſacras benedicendi; virgines conſecrandi*: &c. nec non *ordinandi, confirmandi, offerendi & baptizandi*, &c. Illud prius colligitur *ex cap. referente, de celebr. Miſſar. cap. pervenit. diſt. 95. capite. Chorepiſcopi, diſt. 17.* &c. hoc poſterius *ex Concil. Trident. ſeſſ. 23. de Ordin. cap. 4.* & *ex cap. 1. diſt. 25.*

Qua, & quotuplex poteſtas Epiſcopo in eius conſecratione confertur?

130

Quomodo conſecretur Presbyteri in Eccleſia Græcâ?

In conſecratione Sacerdotis in Eccleſiâ Græcâ nec panis, nec vinum porrigitur, ſed manus imponuntur, quod ultimum etiam fit in Eccleſia Latina. Et verba Epiſcopi Græci ſunt. *Divina Gratia, qua ſemper infirma ſanat; &, quæ deſunt, ſupplet, creat ſeu promovet N. Venerabilem Diaconum in Presbyterum.* Ergo illa manuum impoſitio per hæc verba reſtricta ſignificat *Accipe poteſtatem Sacerdotalem*, hoc eſt, *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium Deo*, &c. & etiam *Accipe Spiritum-Sanctum* (poteſtatem remittendi peccata) *quorum remiſeris peccata remittuntur eis*, &c. Et ad illam primam clariùs ſignificandam traditur calix cum vino, & patena cum pane in Eccleſia Latina.

Quomodo in Eccleſiâ Latinâ?

De Diaconi conſecratione in Eccleſiâ Græcâ.

In conſecratione Diaconi Epiſcopus Græcus ſicut in conſecratione Sacerdotis imponit manus: at hæc manuum impoſitio per verba illa ad unam ſignificationem,

&

& per verba hæc ad alteram significationem restringitur. Græcus Episcopus quando Diacono ordinando manus imponit ait. *Divina Gratia, quæ semper infirma curat, & imperfecta perficit, creat & promovet Reverendum Hypodiaconum N. in Diaconum.* Et tunc impositio manuum per hæc verba restricta significat, *Accipe potestatem Diaconalem:* hoc est, *ritè exercendi munus Diaconi.* Et clariùs *Accipe potestatem ministrandi Sacerdoti, & dispensandi Eucharistiam, saltem in necessitate*, &c. nec non *legendi Evangelium*, &c. Et, ut hæc ipsa authoritas clariùs cognoscatur, eidem liber Evangeliorum traditur in Ecclesiâ Latinâ.

Ceremonia explicatur.

Quomodo consecretur Diaconus in Ecclesiâ Latinâ?

Quomodo Subdiaconus, & alij.

In consecratione Hypodiaconi omnia expresse in Ecclesiâ Latinâ dicuntur.

Tandem in minoribus Ordinibus formæ distinctè & clarè eam, quæ datur, potestatem exponunt.

SECTIO VI.

De Sacramento Eucharistiæ.

An Sacerdotis, an Christi nomine verba Consecrationis dicantur?

VErba, quibus fit consecratio, secundum se considerata sunt æquivoca: nam illa verba, *Hoc est corpus meum*, & *Hic est calix sanguinis mei*, aut de Sacerdote, aut de Christo possent intelligi, ita ut sint corpus & sanguis, vel Sacerdotis Missam celebrantis, vel Christi. Ergo, ut *corpus meum*, & *sanguis meus* intelligantur de Christo, & non de Sacerdote, qui Missam legit, indigent restrictione: & hoc certum & indubitatum est. Sed unde sumetur Restrictio?

131 Scotus *dist.* 8. *quæst.* 2. Angelus *verb. Eucharistia* 1. *numer.* 24. existimant illa verba à præcedentibus restringi; & ideò asserunt ex prioribus illa esse necessaria, quæ sufficiant ostendere Sacerdotem non suo, sed Christi nomine verba Consecrationis pronunciare. Attende. Non dicit Scotus verba illa præcedentia esse partem formæ consecrativæ, sed esse conditionem, sine quâ non haberent debitam significationem verba Consecrationis: & per consequens non possent consecrare. Et hanc ob rem ab illis verbis *Qui pridie*, vel saltem ab illis *Accipite*, omnia putant ad consecrationem necessariò requiri. Hæc Scoti sententia communiter reprobatur: esse enim

An debeat necessariò restringi?

De opinione Scoti.

enim improbabilem asserit Suarius *disp.59.sect.1.* consonat Leander *tract.5. de Eucharist.disp.9.quæst.2.pag.142.b.* nam oppositam, cui adhæret, dicit esse certissimam. Eamdem Scoti sententiam esse hæreticam inquit Ochagavia *quæst.* 31. Et ego præscindendo à censuris, (multa enim requiruntur, ut una doctrina sit hæretica, quæ non poterit probare Ochagavia in sententiâ Scoti reperiri) duo dicam: alterum, Scotum (erat enim subtili ingenio præditus) percepisse restringi debere verba consecrationis, ut dicantur, non nomine Sacerdotis, sed Christi: alterum erravisse putando à solis præcedentibus verbis restringi. Consultò *à solis* dixi: quia in hoc casu dantur multæ Restrictiones totales, quarum quæcumque sufficit. PRIMÒ enim illa verba præcedentia nempe, *Qui pridie*,&c. formam Consecrationis restringunt. SECVNDÒ, restringunt etiam vestes Sacerdotales, quibus qui Missam legit, non tanquam Titius, sed tanquam Minister Christi induitur. TERTIÒ restringit Sacerdotium, & Sacerdotalis character, vi cuius est Christi Minister ad consecrandum destinatus. Ergo, cùm non possit Sacerdotium deficere, hoc erit causa restrictiva primaria, quæ etsi præcedentia verba, & vestes Sacerdotales deficiant, sufficienter restringet Consecrationis verba, ut Christi, & non nomine Sacerdotis dicantur.

An sit improbabilis?

An hæretica?

An dentur, & quænam illa sint Restrictiones totales?

In consecrationis verbis tres Restrictiones reperiuntur: prima à verbis præcedentibus, secunda à vestibus, & tertia à persona dignitate desumpta.

132 Petis, *An particula* enim, *quæ in consecratione ponitur, sit de eius necessitate & essentiâ.* Ante huius Dubij resolutionem Leander *tract.7.disp.9. quæst. 3.pag.* 143. *a.* sic inquit. [Affirmativam sententiam docuisse Scotum *in* 4. *dist.* 9. & Angelum ait Moure 5.*part.cap.4.§.6. num.1.pag. mihi* 246. Sed male profectò: quia nullus horum, nec alius id docuit.] *Sed bene profectò*, inquam ego; doctrinæ enim consequentia postulat, ut eam habeant sententiam, quam Moure illis accensuit. Quod sic persuadeo. Sanè verba præcedentia restringere Consecrationis formam, docuerunt Scotus & Angelus: at non possunt illam restringere, si particula *enim* omittatur. Ergo ad mentem

De particulâ enim. An substantialis sit?

Ex opinione, quæ docet verba, quæ ante Consecrationem dicuntur, esse necessaria ad Consecrationis valorem se-

quitur illud *enim*, quod Consecrationem & verba præcedētia cōjungit, esse necessariò exprimendum.

illorum erit necessariò dicenda. Probatur minor. Duæ positiones disparatæ, & quæ inter se connexionem non habent, non se possunt illustrare aut restringere. At priora verba *Qui pridie*, &c. formam consecrationis, Scoti & Angeli opinione, restringunt. Ergo sunt cum illâ connexæ. Si sunt connexæ, habent profectò connexionem; & hac sublatâ, nec essent connexæ, nec restringerent. At illa conjunctio rationalis (*enim*) est formæ & verborum præcedentium connexio; ergo ad Scoti & Angeli mentem debet necessariò proferri. Ergo Moure bene intellexit Scoti & Angeli sententiam, & bene illos citavit.

Infertur tamen contrarium ex cōtratiâ.

Nos autem, cùm paulò antè dixerimus Restrictionem, quæ à verbis præcedentibus sumitur, necessariam non esse, unde & præcedentia verba negavimus ad valorem consecrationis requiri, consequenter dicturi sumus, non esse necessarium illud *enim*. Ita S. Thomas *quæst*.78.*art*.2.*ad* 5. quem omnes Doctores sequuntur. Sed præ cæteris hanc difficultatem explicatiùs edisserunt Bellarminus *de Euch lib*.4.*cap*.14. Dicastillus *disp*.3. *dub*.5. Henriquez *lib*.8.*c*.16. Lugo *disp*.11. *sect*.3. Suarez *disp*.59. *sect*.1. Bonacina *disp*.4. *quæst*.3. *punct*.1. *num*.3.

SECTIO VII. De Sponsalibus.

SPonsalia sunt nuptiarum futurarum promissio: & ideò nonnihil de illis dicemus, antequam de Matrimonio disseramus.

Quid ipsa sint?

Interrogas. *An sola subarratio annulli sit sufficiens signum sponsalium, etiamsi nulla interveniant verba?*

133 *An aliquid significet annulū dare?*

Tradere annulum, si nihil addatur, nihil determinatè significat; nam aureus annulus ex merâ liberalitate potest famulo vel amico donari. Cicero 5. Verr. *Sæpè enim nostri Imperatores, superatis hostibus, optimè Republicâ gestâ, Scribas suos annulis aureis in concione donarunt.* In Doctorali laureâ promovendo Doctori annulum imponit Promotor. Nec ex naturâ rei inter personas differentis sexûs donatio annuli sponsalia significat: Comœdiæ enim, quæ mores communes repræsentant, passim exhibent.

Diversi mores donandi annulos.

hibent famulos à sui domini amasiâ, ancillas à suæ dominæ amasio donatas annulo. Calderon in suâ, *Tambien ay duelo en las Damas*, scen.1. Simoni Felicis sui famulo Violantia sic ait:

An annulus, an verò, annulus dicēdus sit?

Calepinus, Anulus pro digitorum ornamento à circuitu vocatus est, sive à rotūditate quasi annus. *Ergo per duplex nn, scribi debet.*

An que son locuras tuyas,
Las que por suyas me vendes,
No me ha pessado de oirlas,
Toma esa sortÿa, y vete.

Solebant Romani suis amicis dare annulos, in quorum gemmis erat nomen vel imago donantis. Plautus Cur. scen.2. act.2. *expressam in cerâ Rex annulo suam imaginem*, & in Pseud. scen.1. act.1. [In annulis Prisci gestabant imagines amicorum. Ovidius *eleg.6. lib.1. Trist.*] Moribundi olim, sicut per testamentum hodie constituebant hæredem. *Pater moriens annulum mihi dedit, tanquam suo, ut æquum erat, filio.* Plautus Curc. scen.2. act.5. Et Imperator per traditionem annuli Cancellarium (sic hodie dicitur) denominabat. Iustinus libr. hist. *Trogus dicit patrem suum sub Cajo Cæsare militasse, epistolarumque, & largitionum, simul & annuli curam habuisse.* Possem & alia adducere, si vellem hîc diutiùs hærere. Ergo in tantâ significationum varietate dicendum est, *donationem annuli præcisè sumptam, si nihil addatur, quod significationem restringat, nihil dicere determinatè.* Et hinc patet non esse audiendum Lublinum, qui *verb.sponsalia,num.*5.ex Daniele Venatorio sic ait [Sponsalia, non uno, sed variis modis contrahuntur, ut puta, re, verbis, literis. Re contrahuntur, per nudam subarrationem, vel annuli missionem, &c.] At nuda annulli missio non sufficit, nisi aliæ succurrant circumstantiæ, quæ illam restringant & determinent: Ergo.

Hæredem constituere per annulum.

Creabatur Cancellarius per annulum.

An traditio annuli sponsalia significet?

Quot modis contrahantur sponsalia.

Ego autem ad Quæstionem respondeo homines, sicut verbis sic etiam actionibus loqui: & sicut illa, sic etiam has naturaliter & ad placitum significare, & per mores patrios & consuetudinem restringi debere. Vnde addo Leandrum *tract. 9. de Matrim. disp.* 1. *quæst.*43.*pag.* 211. ex Becani *quæst.* 11. & Sanchez *disp.* 12. prudenter dixisse 134

Verba & operationes præter naturalē habere possunt significationē ad placitū.

[*Si consuetudo loci sit, ut annuli traditio significet sponsalia, vel matrimonium, verè præsumitur talia* (in nostro casu significare) *iuxta loci consuetudinem: si autem verba unius præcesserint, tunc immissio annuli & receptio* (quia per verba præcedentia restringitur) *operatur verbum expressum & consensum alterius. Vnde, si verbum Matrimonij præcessit, ut* ego te accipio in meam, *operatur Matrimonium: si verò sponsalium, sponsalia. Quia tacet consentit, ipse facto, dum annulum recipit.* In quibus verbis uberioris eruditionis gratiâ hæc pauca adnoto.

An Leander certa incertu confundat?

Primò enim occurrit illud verbum *præsumitur*; & posset alicui displicere: quia ubi est certitudo, nullum habet locum præsumptio; & ubi *imponere annulum*, ex patriæ more, est dicere, *accipio te in meam*, per annuli impositionem contrahi sponsalia certum est. Sed quæ certa sunt, non præsumuntur. Ergo Leander *præsumitur* dixit, cùm *cognoscitur* aut *scitur* deberet. Et ego ante responsionem volo de Præsumptione aliquid dicere, ut scias, quid, & quotuplex sit? Alexander Scotus *in Vocabulario utriusque Iuris.* [Sunt tres species Præsumptionis. Vna est temeraria, quæ consurgit à malis hominibus; & ex causis pluribus, aliàs puerilibus, & suspicionibus levibus: & hæc repellitur, & reprobabilis est, *ut 2. quæst. 1. cap. 16. quæst. 1. oves, de sent. excommunic. inquisitioni.* Alia & probabilis vel verisimilis, quæ consurgit ex multis causis & suspicionibus, & hæc admittitur ad informationem semiplenam, *ut de præsumpt. in multis capitulis:* & *in cap. solicitè de rest. spol.* Vnde coadjuvat ad probationem, si sint alia coadminicula. *cap. à nobis, qui mat. accus. poss.* ubi Glossa admittitur, etiam ad purgationem indicendam. *cap. siquis, de Purg. cap. 12. quæst. 4. presbyter.* Tertia est violenta, quæ ad pronunciandum vel condemnandum sufficiens deputatur, 32. *quæst. 1. dixit dominus, ff. de his, qui sui vel alien. Iur. sunt. leg. Filium.* & *cap. literis. de Præsumptione.*] Modò Præsumptionis divisione, & explicatione præmissâ, sic discurro. Tres significationes habet illud *præsumitur*, ut Alexander Scotus eruditè nos docuit.

Tres sunt Præsumptionis species.

Temeraria.

Probabilis, & prudens.

Certa, & Violenta. Nescio cur *Violentam* eam dixerint Iurisconsulti, quam meliùs *Efficacem*, aut *Indubitatã*, vocavissent.

Ergo

Ergo debet restringi, ut ad sensum debitum reducatur. Sed unde sumetur Restrictio? A personâ loquente, & à sequente Regulâ. *Quotiescumque aliqua Propositio, à Viro docto dicta aut scripta, plures patitur sensus, in quorum unó est vera, & in cæteris falsa; in illo in quo est vera usurpabitur à Viro probo & pio; & qui in eo, in quo est falsa, usurpare eam voluerit, improbus & invidus est iudicandus.* Ergo quia probi sumus, & caremus invidiâ, & Leander est Vir eximiè doctus, & omni laude dignus, debemus eum opportunè explicare. Ergo, ubi dixit *præsumitur*, egit de præsumptione violentâ, quæ adhæret certitudini. Patet consequentia: quia in hoc sensu eius verba sunt vera: & essent falsa, si ibi pro temeraria aut probabili sumeretur præsumptio.

Quo oculo, & animo, Virorũ Doctorũ Scripta, legenda sint, & interpretanda?

Secundò, ubi dicit, *operatur verbum expressum alterius*, 135
dixissem ego, *operatur, quantum operaretur verbum expressum alterius:* non enim annuli immissio & receptio operatur, ut alter verbis expressis consentiat, nam tacere supponitur: sed operatur, ut loquatur virtualiter, hoc est, ut ita se habeat, ac si realiter consensum verbis expressis præberet.

Quid sit loqui virtualiter?

Tertiò, illa etiam verba *Accipio te in meam* restringuntur: nam in illo pronomine possessivo *meam* Ellipsis committitur & substantivum desideratur. Sed quale subintelligendum est? A Restrictione præscindendo posset quis *amicam*, *dominam*, *ancillam*, vel aliquid simile subintelligere: verùm enim verò illud *meam* per præcedentia sponsalia, per chartam dotis, per præsentem solennitatem & alias circumstantias restrictum, uxorem afficit, ut idem sit dicere *in meam*, ac dicere *in uxorem meam.*

Vox meam latissimè patet, & per circumstantias restringitur.

Quartò, illa verba, *Tacens consentit ipso facto*, non vi- 136
deretur admissurus, qui Iuris Regulâ XLIV. *Is, qui tacet, non fatetur, sed nec utique negare videtur.* Sed tu inter consensum expressum & implicitum, realem & virtualem distingue. Et dic illam XLIV. Iuris Regulam de externo reali & expresso quæ verbis fit, intelligi, at si

Simul tacet & loquitur, qui tacet quidem realiter, & loquitur virtualiter.

agamus de implicito, tacito & virtuali consensu, *Qui tacet consentire videtur*, juxta Regulam XLIII. de cuius intelligentia fusè in Logic. Moral. disserui.

SECTIO VIII. De Sacramento Matrimonij.

Quid consensus conditionatus sit?

VEnio ad Matrimonium: &, quia verba cotrahentium adjectæ conditiones restringunt, de Conditionato Matrimonio aliqua breviter dicturus sum. Est autem consensus conditionatus, qui aliquâ conditione fundatur, qui transibit in absolutum cùm primùm illa verificetur & purificetur conditio.

Particula si differt à quando.

Petis primò, *Quid de hac formulâ*, contraho tecum, si cras Sol oriatur, *dicendum sit*? scio diversas esse hominum apprehensiones, & aliter sentire nonnullos. *Interim respondeo* (1) illud *si* differre à *quando*, & esse conditionem de futuritione, & æquivalere huic, *si cras Sol orietur*, hoc est, *si certum nunc sit, Solem esse cras oriturum*, illum autem esse cras oriturum, nunc certum est. *Respondeo* (2) omnem contractum conditionatum, esse ambiguum & indifferentem secundum se; erit enim validus, si purificetur conditio; invalidus, si non purificetur. Illum ergo ad esse & non esse validum purificatio & non purificatio conditionis restringit. *Respondeo* (3) conditionem de futuro in rebus contingentibus suspendere suum effectum quousque ponatur & existat à parte rei: scimus enim illam exstituram fuisse, non autem exstituram esse. Vbi autem causæ sunt necessariæ, sicut necessariò erit cras existentia, sic est nunc necessariò futuritio. Et veniendo ad Solem, dico illam conditionem; *Si Sol orietur cras*, æquivalere huic, *Si verum est, Solem, cras esse oriturum:* Et ideò dico hanc jam conditionem fuisse impletam; quia nunc certum est quòd Sol orietur cras, nam hoc est determinatum in suis causis, & oppositum naturaliter est impossibile. Ita Basilius *libr.* 3. *cap.* 1. *n.* 8. Valentia *tom.* 4. *disp.* 10. *quæst.* 3. *punct.* 3. Bonacina *quæst.* 2. *punct.* 10. *num.* 6. Rebellus 2. *part. lib.* 2. *quæst.* 10. *sect.* 2. *num.* 11. & Paulus qui *disp.* 2. *punct.* 11. §. 2. *num.* 1. dicit esse communem. Et Sanchez qui *libr.* 5. *disput.* 1. *num.* 2. viginti septem Doctor. pro illâ adducit.

Conditionatus consensus de futuro, si conditio est necessaria, censetur absolutus.

Petis

Petis secundò, *An-ne hæc formula*, Contraho tecum si Antichristus nascatur, *præcedenti similis sit*? Ecce diversas Leander *tract.9. disp.8. quæst.4.* judicat: nam sub illâ matrimonium esse certò validum asserit, & sub hac vult esse validum probabiliùs. Ego autem intar illas nullam prorsus differentiam reperio: nam, si particula *si* sit *quando*, matrimonium in utroque casu non erit validum, quousque impleatur conditio: &, si sit conditio de futuro, cùm nunc in utroque casu certa sit futuritio, jam est impleta conditio: nam hæc formula æquipollet huic, *Contraho tecum, si futurum est, quod nascetur Antichristus.* Et hunc esse nasciturum de fide est. Ita Palaus *disput.2. punct.11. §.2. num.2.* Sanchez *libr.5. disp.2. num.7.* Rebellus *lib.2. quæst.10. sect.2. num.14.* Bonacina *quæst.2. punct.10. num.7.* Luysius *in summ. 1.part. cap.101. dub.2.* & mihi videtur certissima.

Rei futura cùm existentia, tum futuritio debet considerari: nam existentia erit, & tamen futuritio nunc est.

137 Petis tertio. *An matrimonium validum sit, si conditio impossibilis, aut turpis apponatur?* puta, *si Petrus dicat*, Contraho tecum, si digito cœlum tetigeris, aut si furtum commiseris?

De conditione turpi, vel impossibili.

Respondeo duplicem esse vocum suppositionem: materialem, formalem: nam interdum sumuntur pro seipsis, aliquando vero pro re significata. Materialiter sumitur vox *homo* in his propositionibus; *Homo est nomen*, *Homo est vox dissyllaba*, &c. in his autem formaliter, *Homo est risibilis*, *Homo est animal rationale*, &c. Nulla est vox, quæ non possit materialiter sumi: at multæ sumi nequeunt formaliter, & tales sunt *Blittri*, *Syndapsus*, & aliæ, quas dicunt Logici nihil significare. Et quid est, quæso, nihil significare? Antonius Guzzius in Agrophilo pagin.112.

Suppositio est, vel materialis, vel formalis.

Quid sit nihil significare?

Significare nihil clamas, Dialectice, Blittri;
Sed quæro hoc nihil significare quid est?
Est aliquid nihilum, quod non est; quis neget ergo,
Blittri, quod nihil est, significare aliquid.

De voce Blittri, *apud logicos notâ?*

Sed aliter vox *Blittri*, & aliter vox *Nihilum* dicuntur *nihil significare*: vox enim *Nihilum* significat ipsummet

An voces nihil *&* nihilum *nihil significent?*

met *nihil:* & vox *Blittri* nihil significat, hoc est, nullam formalem significationem habet. Quam ob rem voces *Nihil* & *Nihilum*, tametsi ipsum *nihil* significent, non dicuntur nihil significare. Et, ut altiùs Materialis & Formalis suppositionis distinctionem intelligas, hanc cogitatam Historiolam propono.

De Cadavere, quod interroganti respondit, Nihil.

E Cruce pendebat scelerata Claudius, ille,
Quem Iuli plecti Cæsaris ira jubet.
Quid miser egisti? pendentem interrogat Ancus:
Olli respondet Claudius ipse nihil.
Ast ego Theologos; an-ne hîc miracula subsint?
An sine prodigio dixerit ille nihil.

An id potuerit naturaliter fieri?

Audivi iterum, iterumque, hanc historiam proponi, & Auditores asserere, Claudium esse innocentem; non enim hoc accidisset miraculum, si ille ob crimen admissum penderet, quoniam sine miraculo non potuisset respondere, *Nihil*, hoc est, *Nihil se egisse:* nam illud *nihil* per interrogationem contrahitur. At fallacia in suppositione consistit: quia Poëta sumpsit vocem *nihil* formaliter, & Auditores, qui ad prodigium recurrunt materialiter. Nam, si cadaver illud *respondit*, *Nihil*, hoc est, *dixit hanc vocem*, *Nihil*, intervênit stupendum miraculum, ex quo centenæ consequentiæ inferantur: Cæterùm, *si respondit nihil*, hoc est, *non respondit*, non est, cur ad prodigium recurras.

Vox nihil *potest materialiter & formaliter sumi.*

De verbis quæ habentur pro non positis.

Hac doctrinâ præmissâ interrogas, An quando in Iure verba aliqua haberi pro non positis statuitur, jubeatur illa materialiter sumi? Respondeo, juberi saltem, sumi materialiter negativè, hoc est, non sumi formaliter positivè: nam voces, quæ pro non adjectis habendæ, tametsi significativæ sint, & sint dictæ, aut scriptæ; ex legis imperio ita se habent, ac si essent expertes significationis, ac si à nullo fuissent dictæ, aut nusquam scriptæ.

Conditio *interdum usurpatur pro* onere.

Addo *Caput*, *Quicumque de condit. appos.* præcipere ut conditiones turpes & impossibiles & turpes habeantur pro non adjectis. Et ut textum intelligas, adnotato non omnes esse conditionatas propositiones, quæ videntur: scire

ſcire enim debes *conditionem* pro *onere* interdum ſumi, ita ut idem ſit, *Do tibi cum conditione, quod rem talem facias*, ac *Do tibi cum onere, quod rem talem facias*. Et hoc ſenſu in omni humano pacto ſtat contractus validus & illæſus, illa autem turpis conditio aut impoſſibilis habebitur pro non adjecta: quia contractum illa ſequitur, & antequam de ejus adimpletione diſputetur, debet contractus eſſe validus. Pono exemplum in caſu quem Alexander III. *cap. verum. de condition. appoſ.* proponit. Attende. Quando quis init contractum per hæc verba, *Dono Eccleſiæ* (aut etiam cuicumque perſonæ) *aliquid* (v. g. prædium) *cum conditione*, (cum onere) *vt aliquid faciat, vel donet*, ſi illa non facit, vel donat, donatio ſtat, & donator illam revocare non poteſt: ſed poteſt urgere ut impleatur conditio, ſi talis ea ſit, ut impleri poſſit, nam impoſſibiles & turpes impleri non poſſunt. Ergo quando quis contrahit matrimonium his verbis, *Contraho tecum cum conditione* (cum onere) *ut cælum digito tangas*, aut *furtum committas*. Si illa poſteà hoc non facit, matrimonium ſtat: & maritus illud revocare non poteſt, ſed poſſet urgere, ut impleretur conditio, ſi ea talis eſſet, ut impleri poſſet; ſed quia altera eſt impoſſibilis, & altera turpis, impleri non poterunt, & ideò haberi debebunt pro non adjectis.

Si ſumatur pro onere & impoſſibilis aut turpis ſit, habebitur pro non adjectâ in omni contractu etiã matrimoniali.

Subiungo. Si conditio verè conditio ſit, contractum præcedet; &, ſi conſenſus reverà fuerit conditionatus, ille non erit validus, quouſque purificetur conditio: ergo in caſu non erit illud matrimonium validum, niſi illa digito cœlum tetigerit, aut commiſerit furtum: nec illæ conditiones debent haberi pro non poſitis; tametſi enim fecerint ſummi Pontifices, ut non omnes, qui volunt, poſſint matrimonium contrahere: non tamen poſſunt facere, ut validè contrahant matrimonium, qui non volunt. Sic Palaus *diſp.* 2. *punct.* 11. §. 3. *n.* 1. Sanchez *lib.* 5. *diſp.* 3. Baſilius *lib.* 3. *cap.* 3. *à num.* 2. Bonacina *quæſt.* 2. *punct.* 10. *à num.* 17. Ægidius *diſp.* 2. *num.* 4. Covarruvias 4. *Decret.* 2. *part. cap.* 3. Leſſius *lib.* 2. *de Iuſt. cap.* 18. *num* 122. & alij. 138

Conditio valorẽ contractûs præcedit, onus ſequitur.

Non poteſt facere Pontifex ut duo nolẽtes validè contrahant matrimonium.

Ad meliorem intelligentiam præcedentium adnotato esse res, de quibus potest Respublica disponere independenter à voluntate inferiorum, & esse res, quæ essentialiter dicunt liberum inferioris consensum. Pono hæc exempla. *Ego te ducam in uxorem cras, si hodie te mihi prostituas. Ego constituo Franciscum meum hæredem, si meum inimicum occidat. Ego lego Ioannæ mille aureos, si cum tali Sacerdote peccaverit*, &c. *Ego lego Florentio centum, si in cœlum transvolet.*

Aliquæ turpes & impossibiles conditiones proponuntur.

139 Primum contractum valere dico, si purificetur conditio; si non purificetur, non valere: quia nulla est humana potestas, quæ possit facere, ut matrimonium contrahatur validè ab invitis. Et, si Titius non purificatâ turpi illâ conditione, non vult matrimonium inire, illud coactus non celebrabit validè. Vnde tametsi illa verba, *Si hodie te mihi prostituas*, sumi possint bifariam, materialiter, & formaliter: in casu, quia per voluntatem contrahentis, (cuius operationes, ut in hoc genere validæ sint, à superiorum dispositione non dependent) ad acceptionem formalem restringuntur, habebunt formalem significationem; & non poterunt censeri non adiectæ.

Non quæritur in matrimonio, cur Titius nolit; si enim non vult, etsi iniquè procedat, matrimoniū non fiet.

Notum est illud tritum Axioma *De occultis non judicat Ecclesia.* Humana enim authoritas non substantiam Animæ, non mentis, non voluntatis actus, sed corpus, & actus externos concernit. Quoniam in bona temporalia particularium habet potestatem Respublica, quæ potest ob bonum publicum præscribere conditionem contractibus, etiam si inviti sint, qui contrahunt. Nam, si ratio id postulet, poterit cogi Pater, ut filium emancipet; dominus, ut servum vendat, vel manumittat; civis, ut talem domum vendat, talem emat, &c. Cùm ergo conditiones impossibiles, videantur superiores obludere, & turpes Reipublicæ honestati se opponant, sanctissimè institutum est, ut turpes & impossibiles conditiones pro non adiectis reputentur. Et hæc lex, ut ab aliis secerni queat, vocetur Pia.

Nec anima, nec intellectus, nec voluntas subsūt Reipublicæ: sed subsunt tēporalia bona: si interfit boni publici de illis alto imperio dispoṅit, dominia transfert, & imponit tributa.

Hinc illam Testamenti conditionem, *si meum inimicum occidat*,

occidat, meditor, & expendo. Eſt æquivoca: materialiter & formaliter accipi poteſt. Ergo ſupervenîre aliquid debet, quod eam ad alteram acceptionem reſtringat. Illam ad ſenſum formalem reſtringeret ultima Teſtatoris voluntas, ſi maneret illæſa. At hæc reſcinditur à potentiore agente; nempe à Principe, à Republicâ; quæ per Legem Piam illam eamdem conditionem ad ſenſum materialem reſtringit. Illa ad ſenſum materialem reſtricta nihil prorſus ſignificat, & in illo loco ita ſe habet, ac ſi non eſſet. Habetur igitur pro non adjectâ.

In teſtamentis conditiones & circumſtantia turpes, aut impoſſibiles pro nõ adjectis reputantur.

Idem dicito de legatis Ioannæ & Florentio relictis; illæ enim conditiones, *ſi cum tali Sacerdote peccet*, & *ſi in cælum tranſvolet*, poſſunt ſimiliter bifariam ſumi: nempe formaliter, & materialiter, & tametſi illas Teſtator velit ad formalem acceptionem reſtringere, per Legem Piam Eliſæ, nihil obtinent; & ideò illas eaſdem Lex hæc ad acceptionem materialem reſtringit. Sic reſtrictæ, hoc eſt, materialiter ſumptæ nîl omninò ſignificant; & ita ſe habent, ac ſi nunquam dictatæ fuiſſent, aut ſcriptæ.

Meritò conditionẽ turpem cũ impoſſibili cõjunxi, quia turpia reſpectu probi hominis impoſſibilia judicantur.

NOTA VII.

De Oculis. *Aliqua præmittuntur.*

OCVLVS eſt nobiliſſima corporis pars: & dicitur 140
ab occulendo, quod ſupercilij tegumine, Dei favore, occulatur. עין Hain, Fons & Oculus nominatur Hebraicè: nam ſcientiarum omnium fontes oculi ſunt (Marſilius Ficinus *in lib. Dionyſij Areopagitæ de Divin. nomin.*) ipſæ enim ab experimentis dependent, quæ oculis diſcutiuntur.

Vocis Oculus etymon.

Scientia ab experimentis naſcuntur.

Sicut in aliorum organorum & ſenſuum perfectione, ſic in oculorum præſtantiâ homines differunt. Marſ. Ficinus, *in Platon. conjur. Or. 7. cap. 4.* Tiberio Imperatori viſum tam vehementem adtribuit, ut noctu in tenebris ad breve tempus videret: quod de felibus aliqui

Noctu videt Imperator Tiberius.

An etiam feles?

S. Augustinus splendorem emittebat ex oculis. Naturales affirmant. Sed & S. Augustinum idem Ficinus asserit, tanto fulgore oculos habuisse præditos, ut qui illos acriùs intuerentur, quasi perculsi Solis radiis vultum cogerentur demittere. Vnde, quia asserente Demosthene, oculi sunt indices morum, Viro, cuius mores universos dirigerent, oculi, qui universos componerent, summâ providentiâ divinitùs concessi sunt.



ARTICVLVS VII.

De Oculis, & eorumdem motu.

Vide Artic. II. Concl. VI. *Quid sit ὀφθαλμολογία? An aliqui loquantur, aut etiam mentiantur & decipiant oculis? An & illorum motu verba ambigua, & latiùs patentia restringant?*

141 *Ars loquendi per oculos.* Ὀφθαλμολογία nova vox est: & quia ὀφθαλμὸς est *oculus*, & λογία *loquela*, erit *Ophthalmologia* Ars, quæ docet per oculos loqui. An-ne per oculos sicut per linguam loquuntur homines? Plotinus *de regno libr.9. cap.20.* respondet dicens. *Oculi sunt animi indices, per quos homines Clementiam, Misericordiam, Amorem, Odium, Iram, Lætitiam, Tristitiam & hujusmodi affectus ostendunt, & magis eos augent.* Consonat Cicer. qui *lib. 2. de Orat.* sic inquit. *Imago Animi est vultus: indices oculi: nam hæc sunt una pars corporis, quæ quot animi motus sunt, tot significationes possunt efficere.* An-ne hanc Artem intellexit Virgilius? Videretur, quod non: si enim eam scivisset, accensuisset Polymniæ, & in Epigrammate de Musarum inventis cecinisset,

Signat cuncta oculis, loquiturque Polymnia visu.

An cognoverit illam Virgilius? Assero tamen hanc Artem cognovisse Virgilium, illamque

que voce *geſtu*, quæ patet latiſſimè, ſignificaſſe: quoniam in aliis ipſe locis, homines per oculos loqui fatetur. Virgilius *Æneid.lib.4.*

> *Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis:*
> *Monſtrum horrendum ingens; cui quot ſunt corpore plumæ,*
> *Tot vigiles oculi ſubſunt (mirabile dictu!)*
> *Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures.*

Quæ verba, quia olim Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo D.D. Angelo Manrique, noſtri Ciſtertienſis Ordinis Generali, Sacræ Theologiæ Primario Profeſſori Salmanticæ, & tandem digniſſimo Epiſcopo Pacis Iuliæ, vulgò *de Badaxós*, adpropriavi, ex Panegyrico, ad ejus gloriam ſcripto, hæc Scholia ſubſcribo. *Quis, qualis, & quantus fuerit D. Angelus Manrique?*

Progenuit Heroem tantum Familia Manriquæa, inter Hiſpanas nobiliſſima, quæ ducit ab Imperatoribus, Regibuſque Auguſtam & Cæſaream originem: ut videlicet conſequeretur Famam *pedibus celerem, & pernicibus alis*, quæ non ſolùm Eeuropam univerſam percurreret, ſed Atlanticis ſuperatis Oceanis in Americam ipſam transvolaret, & Peruvianis & Mexicanis Vniverſitatibus, quæ in altero Hemiſphærio hodie florent, cum laude & imperio jus diceret. Erat, ſi corpus ſpectes, *Monſtrum horrendum*; ſi animum, *ingens*, quoniam Natura rerum parens, dum ſe totam ornando & decorando ingenti animo jmpendit, corpus videtur neglexiſſe; unde ſic olim cecini. *De excellentiſſimâ Mãriquæorum familiâ.* *Sunt hodie florentiſſimæ Vniverſitates in Americâ.*

> *Angelus ipſe fuit, non vultu, mente ſed atri,*
> *Eloquio, calamo, moribus, & genio.*

Præſtantia ingenij non pendet à faciei pulchritudine.

Scientiæ illi ſingulæ (nam excelluit in omnibus) ſuas dederunt pennas, ut ſcriberet; ſuas plumas, ut volando ad arces ſublimium Facultatum adſcenderet. Et tam circumſpectè in univerſis Vir oculatiſſimus docendo, dictando, ſcribendo volavit, ut *quot ſunt corpore plumæ, Tot Vigiles oculi fuerint*: &, quia quandoque bonus dormitat Homerus, & ille in tantâ rerum copiâ & varietate ſem- *Quantâ circumſpectione loquendũ, & ſcribendum ſit?*

per fuit vigil, *mirabile dictu est*, quanto applausu & consensu ipsius manuscripta Syntagmata, & impressa Volumina Orbis Literarius susceperit. In ejus singulis oculis tot circumspectus resident, in singulis circumspectibus *Tot linguæ, tot ora sonant*; quoniam linguosis oculis, & oculatis linguis præditus, dixit scripsitque in linguâ Latinâ & Hispanicâ, quæ virorum Eximiorum industriâ translata in alias, jam hodie Gallicè, Italicè, Belgicè, Germanicè, &c. cum utilitate leguntur. Et quia sic comparatæ sunt scientiæ, ut Invidia nunquam Viros Magnos deficiat, *tot subrigit aures*, oculosas & providas, quot æmulorum retundendæ præsumptioni sufficiant. *Subrigit*, inquam, nam ex sui Ingenij firmamento sublimi in eos qui serpunt, & tamen audent in Olympum expuere, rationum insolubilium nimbos fulminat.]

Linguæ oculata esse debent.

An etiam aures?

Nota sunt, quæ in ipso libri XII. initio apud eumdemmet Virgilium leguntur, videlicet,

An oculis designari possimus?

> *Turnus ut infractos adverso Marte Latinos,*
> *Defecisse videt, sua nunc promissa reposci,*
> *Se signari oculis; ultrò implacabilis ardet*, &c.

Lugere, & pectus tundere pœnitentiæ sunt signa.

Ergo sicut manibus & digitis alij, Turnus oculis indicabatur: Vim igitur loquendi habent oculi: & quæ universim dicta, suo ipsi interdum motu ad unum particularem contrahunt, sunt digni aliquo scholio etiam hi versus.

An sæpe oculis priùs quàm manibus adquiratur victoria?

> *Vix ea cùm lachrymas oculis Iuturna profudit;*
> *Terque, quaterque manu pectus percussit honestum.*

In quibus lugendo & percutiendo pectus videbatur inclamare Iuturna,

> *Non pugnam adspicere hanc oculis, non fœdera possum.*

Et vellem etiam discere quid sit *Fortunam sortiri oculis*, & quid etiam *oculis haurire* sit: non enim sine conceptu gravi, aut mysterio recondito sub ejusdem libri finem hæc habentur.

> *Cunctanti telum Æneas fatale coruscat*
> *Sortitus fortunam oculis, & corpore toto*

Eminùs

Eminùs intorquet, &c.

Ille oculis postquam sævi monimenta doloris

Exuviasque hausit, furiis accensus & irâ, &c.

An-ne *oculis fortunam sortitus* Æneas dicitur, quod torvis adspectando, hostem turbaverit, & perterruerit; & quia turbatum perterritumque vicisse non est gloria, oculorum potentiæ victoria accenseri debuerit? An-ne *oculi haurire* dicuntur, ut decidatur Quæstio, quæ interrogat, *utrum emissione radiorum, an potiùs specierum susceptione visio fiat*? Illud prius asseruit Plato, quem Academici universi sequuntur. Eis subscribit Hippocrates, huic Galenus, cui Medici juniores adhærent. Aristoteles, & Peripatetici oppositam amplectuntur sententiam, jubentque oculis species ab objectis haurire: & hîc, ut video, illis assentitur Virgilius. Putabant Veteres tertiæ sententiæ nullum locum relinqui: at P. Lalemandetus *in Physic. disp.* 14. *partit.* 9. *columm.* 521. *n.* 39. sic inquit. *Neque per receptionem, neque per emissionem, sed per sympathiam potentiæ cum objecto, in legitimâ posito distantiâ, fit visio.*

An emissione, an verò intromissione radiorũ visio fiat? Galenus *lib.* 7. *de Placitis Hippocr.*

Circumstantiæ, quas *libr.* 1. Virgilius retulit sunt mysteriorum plenæ. Illum ausculta.

Intereà ad templum non æquæ Palladis ibant

Crinibus Iliades passis, peplumque ferebant

Suppliciter [a] *tristes, & tunsæ pectora palmis.*

Diva solo fixos oculos aversa tenebat.

Etiam illæ, quæ libr. 2. recensentur.

At Pater Anchises oculos ad sydera lætus

Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit.

Quâ ipsum corporis compositione præparat, ut ritè Deum oret, & dicat,

Iuppiter Omnipotens, precibus si flecteris ullis,

Aspice nos hoc tantùm, & si pietate meremur,

Da deinde auxilium Pater, atque hæc omnia firma.

Et se adnuere, oculis Iuppiter *libr.* 4. testatur.

Talibus orantem dictis, arasque tenentem

Audiit Omnipotens, oculosque ad mœnia torsit

Regia, & oblitos famæ melioris amantes.

[a] Adverbia universis sunt nota: sed Adnomina, quale est illud *suppliciter*, crebrò apud Hispanos, apud Latinos raró occurrunt.

Ergo

Quid sit oculos ad aliquã personam, aut locum convertere?

ergo *torquere*, *aut convertere oculos ad aliquam personam locum-ve*, est ignoscere, misereri, & adnuere; & hinc lucem habere potest illud Lucæ 22. 61. *Conversus Dominus, respexit Petrum.* Et quod quotidie ad Deiparæ pedes provoluti concinimus, *Illos tuos misericordes oculos ad nos converte.*

In eodem posteà Virgilij libro Regina Dido Æneam

Talia dicentem. jam dudum aversa tuetur
Luminibus tacitis, & sic accensa profatur, &c.
Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Num lachrymas victus dedit? aut miseratus amantem?
Quæ quibus ante feram? jam jam nec Maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis Pater adspicit æquis, &c.

Quid sit tacere oculis? Quid illos flectere? Quid oculis æquis respicere?

Tres occurrunt phrases, quæ brevi commentario indigere videntur. (1) *Oculos tacitos* dicitur habuisse Dido, nam tametsi illi in fœminâ, & amante, sint garruli, tanto erat mœrore oppressa Dido, ut oculis non loqueretur. (2) Sicut oculos flectere, est commiserationis indicium: sic illos nolle flectere animi duri & contumacis signum est. (3) Dicuntur *æqui oculi*, qui rem ipsam nullius præjudicij inspicillo præventi aut præoccupati adspectant.

Dido in rabidam desperationem acta sibi mortem consciscit: & Virgilius.

An superstites possint animas defunctorum ebibere?

—— *Vulnera lymphis*
Abluam, & extremus si quis super halitus errat,
Ore legam. Sic fata gradus evaserat altos,
Semianimémque sinu germanam amplexa fovebat
Cum gemitu, atque atros siccabat veste cruores,
Illa graves oculos conata attollere, rursus
Deficit: infixumque stridet sub pectore vulnus,
Ter sese attollens, cubitoque innixa levavit,
Ter revoluta toro est, oculisque errantibus alto
Quæsivit cælo lucem, ingemuitque repertam.

Oculi graves.

Oculis errantes.

De animarum μετεμψύχωσει,

Erat communis Romæ illo ævo, quo Virgilius scripsit, Pythagoræorum opinatio, quæ humanam animam ex corpore

corpore in corpus transmittit: & sororem admonet, ut animam Didûs ore legat.

somniatâ & dictatâ à Pythagorâ.

Vt quo Regina modo corporis & mentis viribus destituebatur exprimeret, oculis gravitatem & errorem accensuit: illam, ut Didoa carere viribus, quibus illos subrigeret: illum, & eamdem carere arbitrio, quo illos gubernaret, ostenderet.

Διδὼ, & similia nomina sic declinantur, ἡ, δὼ, δοῦς, τῇ δοῖ, δοῖ, τὴν, δὼ, δῶ.

Si liceat vel sibilum vel literulam addere, pulchri sunt versus, quos ex *lib.* 6. subscribo.

Est Dorycli conjux: Divini signa decôris
Ardentesque notate oculos, qui spiritus illis,
Qui vultus, vocisque sonus, vel gressus euntis, &c.

Ecce, si Diis placet, habebat Virago illa, *ardentes oculos*, videlicet, emittentes radios: & Hispanicè significantiùs, *tenia ojos, que fulminaban rayos.* Et in singulis specialem spiritum. Habebant varios vultus hi oculi: & Proteo similes mutabantur circumstantiis mutatis. Et quoniam vocis sono erant præditi, gradiendo & discurrendo huc illuc conceptus animi manifestabant.

An in oculis fiat radij, vox, gressus, &c.

Et ibidem Æneas Didoa per campos lugentes oberran- 142
tem alloquebatur dicens,

Oculi animi commotionē & indignationem ostēdunt.

Siste gradum; teque adspectu ne subtrahe nostro, &c.
Talibus Æneas ardentem & torva tuentem
Lenibbat dictis animum lachrymasque ciebat.
Illa solo fixos oculos aversa tenebat, &c.

Et Æneam Dido respicit indignabunda: quoniam torvè tuetur; hæret aversa, & terræ oculos figit.

In oculis, an quis sit distractus, an verò sit attentus percipitur.

Transeamus ad librum sequentem. Ibi:

Talibus Ilionei dictis defixa Latinus
Obtutu tenet ora, soloque immobilis hæret
Intentos volvens oculos, &c.

Libr. 8. hæc leguntur.

Oculi loquentes.

Dixerat Æneas. Ille os, oculosque loquentis
Iam dudum & totum lustrabat lumine corpus.
Tunc sic pauca refert, &c.

Et quidem ubi *oculosque loquentis*, Poëta dixit, si Hispa-

nus esset, *oculosque loquentes* dixisset.

Posteà *libr.* 12. cædem Turni describens, ait.

Ille humilis, supplexque oculos dextramque precantem
Protendens. Equidem merui, nec deprecor, inquit,
Vtere sorte tuâ: miseri te siqua parentis
Tangere cura potest, &c. *Dauni miserere senecta*, &c.

Oculos & dexteram protendere, *quid sit?*

Clariùs; &, ut puto, feliciùs de oculorum Rhetoricâ lusêre Hispani. Hieronymus de Villaizan, in Comœdiâ, quæ inscribitur, *Offender con las finezas*, act. 1. sic inquit.

Cond. *No es possible divertirme*
Porque de tus ojos salen
Ay Blanca! Blanc. *Pesse a mis ojos!*
Quando mi honor persuade
Vivamente mi peligro,
Ellos con violencia facil
Le divierten, o le informan
Menos seguras verdades.
Vuesa Alteza no los crea
Gran Señor mientras yo hable:
Haga esto por mi, o sino
Vive Dios, que me los saque
Cond. *Bueno esta Blanca.* Blanc. *Señor,*
Ni os enoje, ni os espante,
Quando mis ojos me offenden,
Que airada los amenaze.
Porque, si la tyrannia
De unos ojos puede y haze,
Occasionando un deseo,
Que se deshonre un linaje,
Aunque ciegue mi hermosura,
Mucho mas vendrá à importarme,
Vn rigor, que me assegure,
Que unos ojos, que me infamen.

Quàm multa & varia præstent oculi?

An informent?

An oculis credendum sit?

An oculi offendant?

An possint integrã familiam dehonorare?

An, & quãdo præstet illũ carere?

Et in ejudem Comediæ act. 3. eidem conceptui insistens ait Blancæ Comes.

Razon tienes,

Blanca,

Blanca, en las culpas, que ami Amor previenes
Pero estando contigo,
Aunque á callar me obligo,
Publican mis enojos
Las lenguas de los ojos:
Sino puedes contigo no enojarte,
Yo no puedo conmigo no mirarte.

Non minori gratiâ & eloquentiâ Petrus Calderon de la Barca in Comœdia, cui titulus *Los hijos de la Fortuna.* Act. 2. in quâ sic loquitur Theagenes agens de Charicleâ.

A Delphos, donde (ay de mi!)
Vi la Divina belleza
De aquella Sacerdotissa, [a]
Que me dio la vez primera
La antorcha, y despues la palma
Que en la Olympica palestra
Gané a quantos Gladiatores [b]
La agilidad y la fuerça
Quisieron probar conmigo. &c.
Dió occasion a que pudiera
Entrando y sallendo al templo
A todas horas tenêr la,
Para poder explicar
Mi bien hallada dolencia,
Interpretando los ojos
Los idiomas de la lengua.
Entendióme agradecida;
No por dezirmelo ella,
Sino por que una hermosura
Tan altamente suprema
Favorece, Livio, todo
Aquello, que no desprecia. [c]

Linguæ idiomata interpretari oculos asserit: nam verba generalia, & quæ intra urbanitatis & modestiæ terminos se continebant, oculi restringebant & determinabant, & tandem reddebant lasciva: & quæ universìm dicta,

An linguas, quibus loquãtur, habeant?

a] Vt fungerẽtur sacerdotio pulcherrimæ Virgines deligebantur.

Christianus Mathias in theatro Historico pag. 350. a. *Castus fuit* (Antigonus) *nam, cùm Dianæ Antistitem vidisset excellẽter formosam, statim Ephesō cum suis discessit, ne inuitus incestum perpetraret.* Plutarchus *in Apopht. pag.* 338. Sed cur inuitus? &, cur incestum?

b] Ego dixissem *Gladiadores*, nam *Senadores, Emperadores*, &c. per *d*, & nõ per *t* pronunciamus.

c] *An, & quando sit furor positivus non contemni?*

An oculi verba restringant?

dicta, nullam tangerent, ad Cariclææ reciprocum amorem oculi dirigebant. Vt Linguæ Idiomata interpretarentur Oculi, habere deberent ſpecialem Grammaticam: & tamen, ut video, neſcire aliqui volunt Ocularis Idiomatis Inſtitutiones. Et inter ipſos recenſeri poterit D. Hyacinthus de Cardenas, cui has literas Caſſandra ſcripſit.

In quânam ſcholâ tradatur Oculorum Grãmatica?

Si vos, ſeñor Don Iacintho, huvierades aprendido en las Eſcuelas de Amor la Grammatica de los Ojos, entenderiades por los mios, a menos coſta de mi atre vimiento, lo que tantas vezes os he dicho, y vos aſſa agora ignorais.

N. B. *Cigarrales* apud Toletum sũt palatia ruſtica, ad quæ cives gratiâ recreationis concurrunt: & ideò M. Tirſus (ſic voluit vocari) librum, quẽ honeſtæ recreationis cauſa legeremus; *Cigarrales* inſcripſit.

Et habetur apud M. Tirſum de Molina *cigarr.* 3. *lib.* 1. *pag.* 136. *a. b.* Has Grammaticas Inſtitutiones didicerant D. Manriquus de Lara & Armiſinda: nam *in Cigarr.* 4. *lib.* 1. *fol.* 155. *col.* 4. hæc lego.

Roſcella. *A inſtancia de D. Gaston*
Viene. Armeſ. *Y no de la affición,*
Con quẽ quando me miraba,
Por los ojos me enſeñaba
El alma y el coraçon?
No lo creas. Roſcell. *Si el criado*
No miente aqueſto es verdad. &c.

Oculorum pupillæ ſunt loquaces.

Et poſt pauca eadem Roſcella & Armiſinda.

Roſcell. *Pues has le hablado de veras?*
Armeſ. *Contado me han los enojos*
De ſus ardientes chimeras,
Las dos niñas de ſus ojos,
Que en ſer niñas ſon parleras.

Et *in Cigarr.* 5. *fol.* 195. *a.* monemur, hac eâdem Grammaticâ Albertum & Leonoram uſos fuiſſe, ut intimos cordis conceptus ſibi communicarent: ſic enim ibi Bohemiæ Regem, patrem ſuum, ille adloquebatur.

An oculi colloquantur?

Yo, Padre charo, que a Leonora adoro,
Y en ſus ojos reciprocos colliio
Correſpondiente guſto, en lazos de oro
De ſus cabellos mi priſſion Elijo:
Sigiſmundo no la ama: ſi el decoro

De

De mi vida te mueve el sêr tu hijo,
Y no me quieres presto llorar muerto,
Agrada à Sigismundo , obliga a Alberto.

Et jam priùs Magdalena in Comœdiâ , quæ inscribitur , *El Vergonçoso en Palacio* , & legitur in eodem libro, sic discurrit. [Vide *fol.*48.4.& 49.1.]

Callaré , pues que presumo
Cubrir mi desassosiego,
Si puede cubrirse el fuego,
Sin manifestalle el humo.
Mas bien podré , si consumo
El tiempo en palabras vanas:
Pero las llamas tiranas
Del Amor , es cosa cierta,
Que en cerrandolas la puerta,
Se salen por las ventanas.
Quando les cierren la boca,
Por los ojos se saldran,
Mas no las conoceran,
Callando la lengua loca.
Que , si ella a Amor no provoca,
Nunca amorosos despojos
Dan atrevimiento a enojos,
Sino es en cosas pequeñas,
Porque al fin hablan por señas,
Quando hablan solos los ojos. &c.

Amor est simillimus igni. Sæpe fumus nos in latentis ignis cognitionē perducit.

Anima porta, per quā se insinuat, est os ; fenestra oculi. Quæ amore æstuat, si non potest per os, egredietur per oculos.

Sed omittamus Poëtas, qui verbis frequenter obludunt; graviumque Authorum , qui solidæ studuerunt doctrinæ , nonnulla testimonia adducamus.

Eruditæ devotionis gratiâ Melliflui mei Bernardi Opera libenter lego ; & quia hodie *in Epist.*314. *quæ ad Eskilum* , incidi , & nonnullas subduxi lineas , quæ de hoc argumento agere visæ , illas exscribo. *Vtinam mihi datum esset desuper* , ait Sanctus Pater , *hæc dicere* , *non dictare*, *ut me potiùs loquens* , *quam scribens* , *aperire valerem. Prò certò* (Hisp. *Porcierto*) *acceptior esset sermo vivus* , *quàm scriptus* , *efficacior lingua quàm litera. Oculi quippe loquentis* 143

An oculi verbis fidē faciant?

 fidem,

fidem facerent dictis, & meliùs affectum vultus exprimeret, quàm digitus. Sed quia illud absens, per me non possum; per literas, quæ secundum in hujusmodi locum obtinent, satisfacio quantum possum. Ecce asserente Bernardo, tam veraces & potentes sunt oculi, ut de veritate testimonium perhibeant: nec enim contingere solet, ut coram Iudice mentiatur testis oculo imperturbato. Putabant Prisci ad respiciendum homini oculos concessos esse, sed ad loquendum indultos dixit Cicero, sic Quinto fratri scribens. *Oculos Natura nobis, ut equo & leoni setas, & caudam, & aures, ad motus animorum declarandos dedit.* Adde & canes, qui caudæ motu abblandiuntur suo Domino; & lætitiam, quam concipiunt ostendunt. Est pisci homo similis sicut enim non judicatur bonus & recens piscis; qui habet oculos putridos, sic nec homo censetur verum dicere, quem (Hisp. *desmienten*) oculi, quem incriminantur mendacii. Ecce omnes linguæ Assertiones motibus oculorum restrictæ, fiunt Modales: nam hæc, *Ego vidi à Petro homicidium committi*, sereno vultu, sedato animo, & oculis tranquillis dicta; æquivalet huic. *Verum dico, cùm assero me vidisse hominem à Petro occidi:* & eadem decolorato vultu, inquieto animo, & perturbatis oculis pronunciata, æquivalebit huic. *Mentior prorsus, cùm assero, me vidisse hominem à Petro occidi.* Et hanc ob rem Iurisperiti in Tractatu de Testibus, monent Iudices, ut vultum oculosque deponentium considerent, ut rescire & indagare possint, an mentiantur. Hac doctrinâ præventus incepi in memoriam reducere aliqua testimonia, quæ huc conducerent.

An oculi prodant mendacem?

Cur homo pisci similis?

An verba per oculos modificentur?

Quomodo possit falsus testis cognosci?

Hominis nequâm character.

Succurrunt primò numeri à quodam decantati Philosopho, qui plurimos possunt instruere. Sunt illi

Audi. Sermo anceps, oculus vagus, instabilis pes;
Hæc sunt signa hominis, de quo mihi nulla boni spes.

144 Quando aliquis tibi, seu promittat, seu asserat, loquitur æquivocè, & semper sibi reservat alicujus ambiguæ vocis expositionem, qui vocibus bicoloribus utitur, quæ significationem alterutram habere possint, per homonymiam

An vir sincerus vocibus utatur ambiguis?

miam ipſam, *Ego ſum homo vafer*, pronunciat: non enim niſi Tyrannus ſub æquivoco præcipit, & non niſi fallax, ſub æquivoco aliquid aſſeverat. [Cognovi Principem, qui tali arte, aut veriùs fraude, exhibebat præcepta (Hiſpanus vocat *ordenes*) ut crepuſculinis verbis concepta, in lucem alterutram prodire poſſent: ut, ſi res bene ſuccederet, commendaretur præcipientis prudentia: ſi male, ſe ſubtraheret, & omnia ſuper ſubditi humeros exoneraret, quod tam fuerit ſtupidus, ut non intellexerit, quæ ſibi juſſa. Fortè præter hunc fuerunt olim alij Principes, qui præceptis ambiguis ſubditos irretiebant; nam, ut, vel eos compeſceret, vel ſubditorum innocentiæ proſpiceret, tulit Eccleſia hunc Canonem. *Contra eum* (Principem) *qui legem dicere* (præceptum imponere) *potuit, apertius eſt interpretatio facienda.*] Oculi inconſtantes & vagi, cordis irrequieti ſunt indices, & per illos loquitur homo, & ait, *Mutabilis ſum & inconſtans:* &, ſi inconſtantia comes ſit ſtultitiæ, juxta illud, *ſtultus ſicut Luna mutatur*, oculos oſcillando, *Sum ſtultus*, inclamat. Similia dici poterunt de Pede inſtabili, nam etiam pedum inconſtantia, etſi videatur tacita, vociferatur.

An tyrannicū ſit imponere præcepta æquivoca?

Obviam it Eccleſia huic tyrannidi.

Regul. 57.

Quid ſignificent oculi vagi?

Habent oculi profectò ſuos ſenſus, ſuas potentias, ſuas linguas, ſua idiomata: vident, audiunt, intelligunt, orant, dicunt, declamant. Plautus Capt. ſcen. 4. act. 3. *Herile imperium ediſcat; ut, quod frons velit, oculi ſciant.* Et in Mil. ſcen. 3. act. 2. *Oculus mihi ſignum dedit, ne ſe adſpicerem.* Et quidem Oculorum idioma exactè videtur cognoviſſe Auguſtinus: quoniam in Regulâ, quam pro Monachis & Monialibus ſcripſit, ait, *Impudicus oculus, impudici cordis eſt nuncius.* Ergo immunditias & ſordes, quas mens concipit, prodit immundus & ſordidus oculus. Quoniam, ut ait Eccleſiaſt. 26. 2. *Fornicatio mulieris in extollentiâ oculorum, & in palpebris eius agnoſcenda*, illi enim & hæ, qualis mulier ſit, vociferantur. Hinc patet, quid intenderit Moyſes, Numer. 15. 39. cùm vittas hyacinthinas in palliorum fimbriis poni præcipit; fuit enim ceremonialis illius legis forma & finis, *ut cùm eas viderint* (Hebræi) 145

An potentias, ſenſus, & linguas diverſas habeant oculi?

An oculi ſint cordis nuncij?

Quid ſignificent vitta hyacinthina?

(Hebræi) *recordentur mandatorum Domini, nec sequantur cogitationes suas & oculos per res varias fornicantes.* Ecce (1) fimbriæ chlamydum indicunt, *Dei præcepta servate.* Ecce (2) vocem hanc oculis audiunt Hebræi, & per oculos in mentem transmittunt. Ecce (3) oculi, qui vocem fimbriarum audire renuunt fornicantur: nam, *qui viderit fœminam ad concupiscendum illam, iam est mœchatus in corde suo.*

An chlamydum fimbriæ loquantur?

An oculis audiri possint?

Superbi, cæteros esse viles pronunciant oculis: oculis minantur crudeles, mitesque oculis abblandiuntur. Hoc sensu *superbus oculus.* Psalm. 100. 5. *oculi sublimes.* Proverb. 6. 17. & iterum 30. 13. *generatio, cuius excelsi sunt oculi*, & in aliis locis auditur. In oculis etiam innotescit Humilitas: unde Iob. 22. 29. *Qui inclinaverit oculos, ipse salvabitur; qui fuerit humiliatus, erit in gloriâ.* Et, quia internos animi affectus produnt oculi, illa dicuntur fieri bono oculo, quæ bono animo. Ecclef. 35. 12. *Da Altissimo secundum datum eius, & in bono oculo adinventionem facito manuum tuarum.*

Oculi despiciunt, minantur, abblandiũtur, &c.

In oculis relucet humilitas.

Ibid. vers. 17. *Oculus, qui subsannat patrem, & qui despicit partum* (dolores, quos pariendo sustinuit) *matris suæ.* Verbum *subsannare* est irridere; & sicut verbis sic etiam oculorum motibus irridere solemus.

Quid subsannare sit

146 Inter alias Hebraicæ linguæ phrases, hæc sæpe succurrit in Bibliis: *Illi non parcet oculus tuus*, hoc est, *Occides illum.* Oculi igitur linguam habent, quæ Satellitibus imperet, arma quibus utantur, gladios, quibus inimicos confodiant. Deuteron. 7. 16. *Devorabis omnes populos, quos Dominus Deus daturus est tibi: non parcet eis oculus tuus.* Et eiusd. lib. 13. 6. *Si tibi voluerit persuadere frater tuus, Eamus, & serviamus Diis alienis, &c. non adquiescas ei, nec audias: neque parcat ei oculus tuus, sed statim interficies.* [Verbum illud ultimum *interficies*, malo in Hiphil legere, ut sit *facies pro curabis, ut interficiatur*, ne dicatur privatim fieri, quod non nisi publicè posset.] Sicut inflexibilem Iustitiam significat *Oculus, qui non parcit*: sic contrà, *Oculus, qui parcit*, clementiam & misericordiam. Patet ex

De illo præcepto, Non parcet oculus tuus. Quid importet?

An idololatræ sint ultimâ sententiâ condemnandi?

Oculorum clementia.

1. Reg.

1.Reg.14.11. Latitabat enim David in ſpeluncâ Engaddi; & ingredientem Saulem occidere potuit, & noluit: & poſteà exclamat, *Cogitavi, ut interficerem te, ſed pepercit tibi oculus meus.*

147 Adoramus & oramus Deum oculis, unde *elevare oculos* ſæpe ſumitur pro *orare*. Dabo aliqua è multis, quæ ſuccurrunt, exempla. Iudæ Rex Ioſaphat, impar ut Moabitis, & Ammonitis in ſe moventibus arma, reſiſteret, ſe totum Deo concredidit, & exclamavit, *In nobis quidem non eſt tanta fortitudo, ut poſſimus, huic multitudini reſiſtere, quæ ſuper nos irruit: ſed cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc ſolùm reſidui habemus, ut oculos noſtros dirigamus ad te.* Et multò breviùs Septuaginta. *Non eſt nobis tanta fortitudo ſed in te oculi noſtri* (ſpes & ſecuritas noſtra) *&c.* Sara Raguelis filia, quæ nupſit juniori Tobiæ, per triduum in hac oratione permanſit, *Benedictum eſt nomen tuum, Deus Patrum noſtrorum, qui cùm iratus fueris, miſericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his, qui invocant te: Ad te Domine, faciem meam converto: ad te oculos meos dirigo.* Ergo Saræ judicio *invocare Deum*, & *oculos dirigere ad Deum*, erat idem. Habet Græcus, *Oculos meos & faciem meam ad te dedi.* Quæ verba ponderare poſſet Eccleſiaſtes, ut probet pias adoleſcentes faciem & oculos daturas (conſecraturas) eſſe Deo. Orabat Deum oculis David Pſalm.24.15.& canebat. *Oculi mei ſemper ad Dominum, quoniam ipſe evellet de laqueo pedes meos.* Pſalm.120.1. *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi. Auxilium meum à Domino,* &c. Et Pſalm.122.1. *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cœlis.* Et mox. *Oculi mei ſemper ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.* Et iterum Pſalm. 140.8. *Ad te, Domine, Domine, oculi mei, in te ſperavi, non auferas animam meam.* Sic Danielis 4. 31. Nabuchodonoſor expleto pœnitentiæ tempore, quo inter beſtias vixerat, & fœnum comederat, ait. *Ego oculos meos ad cœlum levavi, & ſenſus meus redditus eſt mihi, & Altiſſimo benedixi.* Sic etiam Suſanna à falſis accuſata presbyteris, Daniel.13. 35. *flens, ſuſpexit in cœlum: erat enim cor*

1. Paralip. 20.
An oremus oculis?
Dirigere oculos, quid ſit? & quid habere in Deo oculos?
Tob.3.12.
Quid ſit faciem Deo dare? *An facies fœmina, datura & conſecratura ſint Deo?*
Quid ſit oculos elevare?
Sibi reſtituitur Nabuchodonoſor.
Suſanna à falsâ accuſatione liberatur.

Mm *eius*

eius fiduciam habens in Domino. Cuius opem nemo imploravit frustrà. Orandi hunc morem etiam invenies apud Ethnicos: inquit enim Suetonius in Caligulâ, cap. 35. *Oculos intendere in cælum. &c.*

Cur publicanus nõ audebat oculos in cælũ elevare. Sicut fiducia oculos subrigit, sic humilitas illos dimittit; unde *Luc.* 18. Publicanus cœlum non audebat respicere. Et cur? Theophylactus, *Verebatur oculos levare in cælum, censens indignos visione supernâ, qui terrena spectare maluerunt.*

148 *Quantas tentationes passus fuerit in suâ senectute Hieronymus?* Orabat oculis S. Hieronymus in ætate provectâ, & quam fuerit utilis eius oratio exponit Epist. 22. his verbis. *In frigido corpore, & ante hominem suâ iam carne præmortuum, Sola libidinum incendia bulliebant. Itaque omni auxilio destitutus ad* IESV *jacebam pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam, & repugnantem carnem hebdomadarum inediâ subiugabam. Memini me clamantem, diem crebrò junxisse cum nocte; nec priùs à pectoris cessasse verberibus, quàm rediret Domino increpante tranquillitas, & (ut ipse testis est Dominus) post multas lachrymas, post cælo inhærentes oculos, nonnunquam videbar mihi interesse agminibus Angelorum.* Et quis quæso hæc legat, & audeat credere Sacerdotes, qui in Principum aulis saginantur, tentationibus gravibus & periculosis carere? Profectò, quando scribebat illa verba, *rediret Domino increpante tranquillitas.* S. Hieronymus, habebat ob Mentis oculos Historiam illam, quam Evangelistæ recensent. Matth. 8. 26. *Imperavit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna.* Et Luc. 8. 24. *Increpavit ventum & tempestatem, & cessavit.* Et Marc. 4. 39. *Comminatus est vento, & dixit Mari, Obmutesce.* Nec mirum, si Mare loquatur, & jubeatur tacere, quoniam & *Cæli enarrant gloriam, & opera manuum eius adnunciat Firmamentum, Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.* Psalm. 18.

Quid sentiendum sit de Ecclesiasticis, qui potitant & comessantur?

An mare loquatur, & jubeatur tacere? An & Cæli loquantur?

149 Esai. 38. 14. a] *Plautus* in Asin. scen. 3. act. 2. *Lũbi sedesdo, oculique spectando dolent.*

Oculi [a] orant lugendo; attenuanturque magno emisso lachrymarum effluvio: quoniam perennis dolor, & assidua effusio lachrymarum excœcat. Et hanc ob rem orantium oculi dicuntur *attenuari* & *deficere*, ut lachrymarum

chrymarum copia significetur. Hinc lux aliquibus testimoniis, quæ subjungo. Agellius libr. 9. cap. 4. *Exhausti oculi fletibus*. Seneca cap. 2. de consol. ad Polyb. & cap. 5. *Conturbat & exhaurit oculos*. Et cap. 1. de consf. ad Mart. *Defessos & exhaustos oculos*. Item cap. 39. Aliquos etiam locos ex Sacrâ Scripturâ subscribo. Ezechias his à Deo verbis veniam & auxilium implorat. *Attenuati sunt*, inquit, *oculi mei, suspicientes in excelsum. Domine vim patior*, &c. Sic etiam David Psalm. 68.4. *Defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum?* Et Psalm. 118. 123. *Oculi mei defecerunt in salutare tuum, & in eloquium Iustitiæ tuæ. Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam*, &c. Scripserat vers. 82. *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes, Quando consolaberis me?* Ecce in ipso deliquio, cùm oculorum lux lacrymarum nubibus eclipsari videtur, loquuntur, & audiuntur oculi. Porrò Prophetam imitabor, & convertens ad Angelorum Imperatricem oculos, oculis ipsis illi loquar & dicam, *Quando consolaberis me?* hoc est, *Quando illos tuos misericordes oculos ad me convertes?* Gravissimè peccarat Petrus: & quia eum respexit Iesus, flevit amarè. Peccavi & ego, Virgo-Mater, & ut amarè fleam, ut attenuer, ut deficiam, ut mea tandem peccata deleantur & deficiant, oculis misericordiæ tuæ me respice.

Quid sit oculos attenuari, aut deficere?

Ad Virginem-Matrem Oratio.

De conversione & lachrymis Petri sed: bis sermo 9. *Pulchra.*

150 Summè est efficax oculorum lachrymantium oratio, multum enim loquitur, multum dicit, multum suadet, multum significat, multum exponit, & tandem multum impetrat ille, qui luget. Considera locos sequentes.

Quanta sit lachrymarum potentia?

Lachrymæ interdum testes sunt, & muti esse testes non solent. *Ptolemaus Philadelphus, missos ad se LXXII. Interpretes cum Sacris Bibliis honorificentissimè excepit; & lachrymis etiam obortis suum gaudium testatus est.* Verba Iosephi sunt *ex lib. 12. c. 2.* desumpta. Ergo loquuntur lachrymæ: alias esse testes non possent. Progrediamur. *Lachrymæ infantium testes sunt nostræ miseriæ*, ait August *hom.* 10. Porrò, qui testimonium perhibet, loquitur: & lachrymæ, si aliquid

 testifican-

testificantur, ipsæ loquuntur. Quid autem dicunt? Infans, ubi primùm in lucem emittitur, lugendo miseriam humani generis testificatur; & non loquendo, sed lugendo exclamat, & inculcat, *Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Psalm. 50. [Liceat hîc mihi, nam de infantibus loquimur, *yr, y quedarme; y con quedar partirme*, sine digressione ullâ digredi: & Orationem adducere, quam ad innocentum Infantum honorem recitamus: in eâ enim ipsammet mortem loqui & audiri conspiciemus: dicimus enim, *Deus, cuius præconium innocentes Martyres, non loquendo, sed moriendo confessi sunt*, &c. Ergo præter lachrymas etiam sanguis loquitur, & causam ob quam funditur, confitetur. Innocens erat Abel, & eius sanguinis vox clamabat ad Deum ex terrâ. *Genes.* 4. 10. Ergo à fortiori tot innocentum iniustè fusi sanguinis vox clamabit, & Iesum, etiam infantem, esse verum Deum confitebitur.] Hinc redeamus ad lineam, & ut lachrymas audiamus novâ curâ attentionem præstemus.

Quid lachymæ suis protestentur infantes.

An homines moriendo loquantur?

An habeat sanguis vocem?

Lucæ 22.61. Pulchra sunt illa verba, quæ in Historiâ Domini nostri Iesu Christi leguntur, videlicet. *Conversus Dominus, respexit Petrum*: &c. *Et egressus foràs Petrus, flevit amarè.* Et ad hunc textum S. Ambrosius *lib.9. super Luc.* hanc notam marginalem adjêcit. *Lachrymas Petri lego, satisfactionem non lego; sed quod defendi non potest, ablui potest. Lavant lachrymæ delictum, quod voce pudor est dicere, vel confiteri. Lachrymæ veniam non postulant, sed obtinent.* Qui sciat quantam connexionem habeant inter se verba Dei & Ecclesiæ, ex *Salve Regina* dilucidabit illa, *conversus Dominus, respexit Petrum*, ut æquivaleant his, *Dominus illos suos misericordes oculos ad eum convertit.* Oculis loquutus fuit Petro Dominus, oculis exprobravit incredulitatem ejus, & duritiam cordis, &c. Dicebat illi oculis, O stulte, & tarde corde ad credendum in omnibus, quæ loquuti sunt Prophetæ. Non-ne hæc oportuit pati Christum, & sic intrare in gloriam suam? At fidem tenes animo, quam labio negas: sed hæc ipsa excusatio debet excusari (non proponi)

Quàm fuerint efficaces Christi oculi?

Quid Petro oculis dixerit Christus?

proponi) in peccato, *Corde enim creditur ad justitiam: ore autem confessio fit ad salutem.* Prætereà illud *conversus* lego in *Hiphil*, (quæ tametsi Hebræorum verborum sit vox, si non realiter, saltem virtualiter in aliis linguis invenitur) sic inquam, *Converti fecit eum Dominus, ubi respexit Petrum.* Sicut enim aqua in nuptiis, ut obediret Christi linguæ, fuit in vinum conversa, sic Petrus, ut obediret Christi oculis, in novum hominem conversus est. Et quid fecit Petrus? Christo loquenti oculis, etiam oculis loquutus est. *Flevit amare*, hoc est, oculis in lachrymas fusis exclamavit & dixit.

Ad Roman. 10.10.

Christo loquenti oculis, etiam oculis respondet Petrus.

Te Deus imploro, qui blandè crimina tractas:
Culpa mea est ingens, sed tua larga manus.

Hìc ingreditur S. Ambrosius. *Lachrymas Petri lego*, ait: addere potuisset, *etiam audio*, nam lachrymæ suo modo & suâ linguâ loquuntur: *satisfactionem non lego*, nulla enim erat tunc necessaria præter lachrymas. *Sed, quod defendi* verborum eloquentiâ *non potest*, lachrymarum profluvio *ablui potest*. Pudore pressus Petrus fatetur lachrymis, & lugendo *abluit crimen, quod voce erat pudor dicere vel confiteri.* Quoniàm *lachrymæ* realiter carent voce, & ideò realiter *veniam non postulant*: at quia vocem virtualem habent, & veniam virtualiter postulant, *illam obtinent.* Non est opus, ut loquatur, qui luget; quæ enim subticet lingua, illæ exponunt. D. Didacus apud Calderonem.

An, & quid tandè loquantur lachrymæ?

Cur impetrent?

Secreta detegunt.

Oid, esperad D. Iuan,
Y mirad, que enternecido,
Mas que vos me haveis callado,
Vuestras lagrimas me han dicho.

Vide Comœdiam, quæ inscribitur, *El Maestro de danzar.* Act. 3. pag. 41. b. Et in aliâ (nimirùm, *Tambien hay duelo en las Damas.*) act. 3. pag. 264. 4. Violantia consulit Leonoræ hisce verbis.

Si: llorale tu desdicha,
Lamentale tu innocencia;
Y dexale a tu verdad,

Sunt efficaces, etiam ficta.

Que ella misma por si vnelva.
Que si lagrimas mentidas
Suelen tener mucha fuerza;
Lagrimas sobre verdades,
Que pecho avrá que no venzan?

Habent specialem dialectum. Mirabilis est lachrymarum dialectus: dolent, vituperant, dilaudant, & mutatis modulis exponunt universos affectus. Concionantur hodie in Europâ multi: & plerique omnes laudem quærunt: nec tamen omnes scire volunt,
151 in quo legitimus consistat applausus. Hieronymus in quâdam Epistolâ. *Docente te in Ecclesiâ non clamor* (non applausus) *populi, sed gemitus suscitetur: lacrymæ Auditorum laudes tuæ sint. Petrum ter negantem, amaræ in locum suum* (in locum pristinum) *restituerunt lachrymæ.* Attende.

In quonam sita sint laudes optimi Concionatoris?

Quid sit laus? Laus est sermo virtutis excellentiam elucidans. Ergo, si Auditorum lachrymæ sunt Concionatis laus, sunt etiam sermo, qui illius Virtutem exponit & illustrat.

Quomodo sit exorandus Deus? Efficaciorem; & ad impetrandum Divini Numinis gratiam aptiorem esse lachrymarum gemitum, quàm labii disertissimi vocem, S. Augustinus ad Probam verbis istis scribit. *Absit ab oratione multa precatio, sed fervens perseveret intentio. Nam multum loqui est in orando rem necessariam superfluis agere rebus. Multum autem precari, est eum, qui precatur, diuturnâ cordis oratione pulsare: nam plerumque hoc negotium plus gemitibus, quàm sermonibus agitur; plus fletu, quàm affatu.* Consonat S. Benedictus, qui lachymas voce non carere supponens, ait, *Non in multiloquio, sed in puritate cordis & compunctione lachrymarum nos exaudiri sciamus.* Et ego infero. Ad Deum igitur tametsi tacitæ succlamant lachrymæ: aliàs enim divinitùs non audirentur.

S. Benedictus in Regul. cap. 20.

An lachrymæ vociferentur?

Omnia hæc cò tendunt, ut ostendant sicut verbis hominem, sic etiam interdum loqui lachrymis. Doctrinam adfirmant, notam & admissam à priscis; nam *lib. 3. de Pont. Elegia* 1. inquit Ovidius.

Habent lachrymæ vocem.

Interdum lachrymæ pondera vocis habent,
Vnde Cloris aliquando dicebat.

Di

De que me sirve negar
Con la lengua mi pessar,
Si con llanto le confiesso?

Quæ occultat lingua, oculi produnt.

Vide Calderonem tom. 3. in Comœdiâ, quæ inscribitur, *Mañanas de Abril y Mayo*, act. 3. & in illa, cui Titulus, *Ni Amor se libra de Amor.* act.2.fol.175.col.3. hæc lego.

Por todo el camino vas,
Entre calladas tristezas,
Tanto sintiendo y llorando,
Como si por dicha fuera,
O por desdicha possible,
Dar tan mañosa cautela,
Que finja el dolor: que como
Son christalinas vidrieras
Del Alma los ojos, quanto
Parece, que occultan, muestran.
Mil vezes quieres hablarme,
Y las palabras suspensas
Ninguna razon acaban,
Por mas razones que empiezan.
La pronunciacion sospecho
Que se te ha perdido, y della
Solo han quedado las ruinas
Del suspiro como en prendas.

Tacita, Tristitia multum loquitur.

Anima fenestra sunt oculi.

Discursus fracti.

Suspirij ruina.

Et posteà fol.180. col.1.

Cupido. *Obliguete mi ruego;*
Mi llanto te assegure;
Muevate mi fineza.
Sichis. *En vano lo presumes.*

An lachrymæ prabeãt securitatẽ

Et tandem fol.184. a

Sichis. *Hermosa Selenissa,*
Divina Astrea, bien sin ella avisa
De mi gusto mi llanto;
Que la voz no supiera dezir tanto.
Vengais felizmente
A esta Isla, de quien Reyna eminente

An plus dicere, quàm lingua sciant?

Me

Me applaude mi decoro,
Y donde me conoscan hoy Lidoro
Y Arsidas por su esclava, no su hermana.

De oculorum & aurium veracitate Violantia & Felix differunt: & sic inquiunt.

An Visus, Auditusque mentiri possint?

Felix. *Yo no he dado.* Violant. *Està muy bien.*
Fel. *Causas, que tu agravio apoyen.*
Viol. *Mis oidos, que lo oyen;*
Y mis ojos, que lo vên,
Mienten; vos solò dezis
Verdad. Fel. *Al Cielo plugiera,*
Que aun aquessa no lo fuera.

Vide Comœd. *Tambien hay duelo en las Damas*, act. 2. pagin. 262. 2.

An lingua oculis, & hi possint contradicere linguæ?

Reges Virgines privatas non ducunt.

Sicut in Philisco, lingua olim contradicebat comæ, sic oculi linguæ in Astreâ. Amabatur à Nimiâ Nini & Semiramidos Chaldæorum Regum filio: & in ejus coronatione luget, gaudet: congratulatur enim sibi, suum Nimiam ad summam Fortunæ absidem promoveri considerans: & sibi condolet, præcludi connubio viam sentiscens; Reges enim dedignantur inferioris ordinis Virgines in uxores adsumere: & hanc ob rem jam mœstis, & jm lætis lachrymis suffusa sic inquit.

Hos versus in Historiâ, ex magnâ parte cogitatâ, quam in Comœdiâ, quæ inscribitur, *La hija del Ayre*, exhibuit Petrus Calderon, *part. 2. act. 2. pag. 153. b.* poteris invenire.

El haver lagrimas hoy
De Placer y de Pessar,
En mi lo he llegado a vêr
Todo, pues quando te adoro
Como Rey y Amante, lloro.
De Pessar, y de Placer.
De Placer, señor, por vêrte
Dueño del mayor tropheo:
De Pessar, porque me veo
Indigna de merecerte:
Y assi entre gustos y enojos
Doy a lisonjas y aggravios,
El parabien con los labios.
Y el pessame con los ojos.

Ecce oculi à linguâ dissentiunt: unde, si Astræa sit hilaris, mentiuntur oculi: si illa sit tristis, mentitur lingua: &, si neutrum sit illa (hoc est, si nec gaudeat, nec tristetur) ambo, tametsi modo differenti, mentiuntur. *An mentiatur oculi?*

Risus animi læti & hilaris indicium est: & ideò ex lætitiâ & hilaritate ad risum non fuerit longus, nec difficilis transitus. Risus enim frequenter loquitur; & amorem universim insinuat: & varias amoris passiones & effectus prodit per succurentes circumstantias restrictus. Virgilius *Eclog.* 4. *in fin.* *An risus loquatur?*

Incipe parve puer risu cognoscere matrem [a]
Matri longa decem tulerunt fastidia menses.
Incipe parve puer: cui non risere parentes,
Nec Deus hunc mensâ, Dea nec dignata cubili.

Et posteà libr. 4. Æneid.

Hic Hymeneus erit. Non adversata petenti
Adnuit, atque dolis risit Cytherea repertis.

Et libr. 5.

—— *Risit pater optimus olli.* [b]
Et clypeum efferri jussit, Didymaonis artes,
Neptuni Sacro Danais de poste refixum.

[a] Alij dicunt *cognoscere matrē ex risu*: at verus sensus est, *Incipe ridendo & adridendo ostendere te cognoscere matrem.*

[b] Ibi *risit*, est *adnuit, & concessit.*

Et apud Calderonem Chariclea, à matre exposita, adhuc infans, risu discrimina sua Idaspi, qui eam in monte invenerat, significabat. Quod fatetur ipsemet Idaspes his verbis.

A estas dudas pues, y a essotras,
Que sin querer las he dicho,
Me pareció que ella misma
En los no bien entendidos
Idiomas de los gorgeos
Me havia alegra respondido,
Pues con una dulce risa,
De cuyo amoroso estilo,
Solo fué interprete el Alma,
Iuraria, que me dixo, &c.

Vide Comœdiam, cui titulus, *Los hijos de la Fortuna.* act. 1. fol. 70. col. 3.

Plinius lib. 11. *Semestris loquutus est Crœsi filius in crepundiis, quo prodigio totum id regnum concidit.* E, si, ut hic Chariclea, loquutus fuit, non erat cur turbaretur illud regnū.

Esse in lachrymis artem & fraudem *lib. de Amoris remed.* testatur Ouid.

Mentiuntur, & interdum decipiunt.

Neve puellarum lachrymis moveare, caveto,
Vt flerent oculos erudiere suos.

Et *in Epist. ad Demophoonta* multò clariùs: nam & sunt fœminæ, quæ lachrymis mentiri solent.

Vidi etiam lachrymas; an & est pars fraudis in illis;
Hæ quoque habent artes, quóque [a] jubentur, eunt.

a] *Quóque* non est *etiã*, nam habere deberet primam brevẽ: at habet longam; est igitur idem *ac & quò.*

**An mentiãtur oculi?*

Protrahit ad multos fraudem hanc Seneca, qui *lib. de Animi tranquillitate*, sic inquit. *Plerique lachrymas fundunt, ut ostendant: & toties siccos oculos habent, quoties spectator defuit: turpe iudicantes non flere, cùm omnes faciant. Adeò penitùs hoc se malum fixit, ex alienâ opinione pendère, ut in simulationem etiam simplicissima res, dolor, veniat.*

Mendacia non possunt decipere, nisi veri speciem præseferant.

Consonat C. Paschalis *lib. de virt. & vitiis cap.* 11. dicens. *Nec verò sola lingua mendacium circumfert. Sæpissimè mendaces sunt oculi, gestus, color; vultus, habitus; mores. E malis Artibus nulla prorsus est, quæ non aliquam mendacio operam præbeat ad illa patranda; quæ suscipit. Mendacium frequenter adhibet ea, quæ dicuntur verisimilia. Hæc, illa sunt, quæ aliquam veri speciem secum afferunt, etsi sunt inimica vero. Hæc oculos quamlibet acres & acutos effascinant: & ipso vero sunt placentiora.*

An mendacia oculis videri possint?

Mentiuntur profectò oculi: jam hoc legimus: & etiam non rarò experimur. Sed quæritur, An mendacia Humano sensui subjaceant? an aliqua visibilia sint, aliqua palpabilia?

Quantâ aliqui insolentiâ mentiãtur?

Sunt, qui tam insolenter mentiuntur, ut se mentiri videant, & nos hoc ipsum videre & notare cognoscant. Tales erant illi Prophetæ, de quibus Ezech. 13. 8. inquit Dominus. *Loquuti estis vana, & vidistis* (in Hiphil, *videri fecistis*) *mendacium.* Et de quibus Zachar. 10. 2. *Simulachra loquuta sunt inutile, & Divini viderunt mendacium, & somniatores loquuti sunt frustra.* Et eorum talia fuerunt mendacia, ut omnes eos mentiri viderent; & neminem, nisi scientem & volentem deciperent.

NOTA

NOTA I.

De oculis lascivis.

OCulis se mutuò alloquuntur amantes, & cordis impuras apprehensiones adnunciant. S. Augustinus in Regulâ. *Oculi vestri etsi iaciantur in aliquam fæminarum*, inquit, *in nullam figantur: Neque enim quando proceditis, fæminas videre prohibemini; sed appetere vel ab ipsis appeti velle criminosum est: Nec solo tacito affectu, sed aspectu appetitur & appetit concupiscentia fæminarum: Nec dicatis vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos; quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius, Et cùm se inuicem sibimet (etiam tacente linguâ) conspectu mutuo corda nuntiant impudica, & secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore, etiam intactis ab immunda violatione corporibus fugit castitas de moribus: Nec putare debet qui in fæminam figit oculum, aut illius in seipsum diligit fixum, ab aliis se non videri, cùm hoc facit: videtur omninò, & à quibus se videri non arbitratur: Sed etsi lateat, & à nemine hominum videatur, quid faciet de illo desuper inspectore quem latêre nihil potest? An ideò putandus est non videre, quia tantò videt patientiùs, quanto sapientiùs.* 152

Aliud est oculos iacere, & aliud figere.

An pudicus animus possit habere oculos impudicos?

Oculi colloquuntur.

Et circumstantes etiã eorum collocutionẽ intelligunt.

Amantes oculis loqui, & cùm se à nullo videri aut intelligi putant, à multis notari & intelligi: & rationem Ioannes Perez Montalvan exponit, in Comœdiâ, cui Titulus, *El Seneca de España* act. 3.

Diego. *Si Señor porque en palacio*
Nadie sabe hablar despacio,
Como hay una alma en los dos,
Y el Amor tiene de Dios
El remediar su poder,
Sin lengua pudo entender
Por mis ojos mis antojos,
Que tienen phrases los ojos
Muy faciles de entender.

Cur intelligant omnes, quæ Amantes oculis inter se colloquuntur.

Ecce periclitatur in Amore secretum; nam Oculorum phrases sunt facillimæ, & intelliguntur ob omnibus.

NOTA II.

De Insensibilitate Virtuali.

Quid Insensibilitas Virtualis sit? An Visu, Auditu, & aliis sensibus possimus sponte destitui? An illis Mercatores, an Amasij, an Aulici sponte destituantur de facto?

De sensuum carentiâ virtuali. Quotuplex illa sit.

Caret sensu virtualiter, qui tametsi illo præditus sit, ita tamen se habet, ac si illo fuisset destitutus. Et quia sensus sunt quinque, etiam sunt quinque carentiæ illis correspondentes. Carent auribus, qui audiunt, quæ vellent non dici, & se non audiisse simulant; nam ita se habent, ac si non audivissent. Quicumque ex his dicitur ab Hispanis, *que haze orejas de mercader:* nam solent mercatores ære gravari alieno, & cùm creditores accurrunt & vociferantur, ipsi sponte cœcutiunt, ne illos videant; & sponte sunt surdi, ne illos audiant. Sicut Avaritia aures mercatorum obturat, sic etiam prudentum aures Pietas; injurias enim, quæ evomuntur ab improbis, viri probi & prudentes non audiunt.

An Mercatores sponte careant auribus?

De patientiâ & injuriarum tolerantiâ.

Sicut de auribus, sic etiam de oculis philosophandum est. Illis homines loqui, illis arcana mentis sensa prodere, jam demonstravimus: addimus modò aliquos externâ operatione mentiri, nam se oculis carere asserunt, & tamen illos oculis non carere videmus. Talis erat Quinctus, de quo Martialis *lib.* 3. *Epigramm.* 8.

An possit reperiri mēdacium objectivum in oculis.

> *Thaïda Quinctus amat. Quam Thaïda? Thaïda luscam.*
> *Vnum oculum Thaïs non habet, ille duos.*

N. B. Iube Thaïda esse lippam, & excusa Quinctum dicēdo Hispanicè; *que*

Qui, si proprio loqueretur idiomate, diceret,

> *Quinto ama à Thaïs, Y qual vos*

Dezis

Dezis? La del ojo tuerto,
Que á Thaìs falta un ojo es cierto,
Pero á Quinto ambos a dos.

tenia ojos de enamorar, iuxta illud, Hay ojos, que de laganas se enamoran.

Amor enim, & omnes eximiæ operationes (Hisp. *y todas las finezas*) quibus Thäïda Quinctus prosequebatur, illam esse pulcherrimam profitebantur; at erat deformis, nam lusca: ergo illæ operationes mentiebantur. At pulchritudo gratias duorum oculorum requirit, & tamen Thäïs carebat altero. Illæ igitur iterum mentiebantur.

An Quincti actiones loquantur & mentiantur?

Et meritò Aulicis & Palatinis illud *Psalm.* 134. 15. olim accommodabamus. Cecinit Rex. *Simulacra gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt: aures habent, & non audient; nèque enim est spiritus in ore ipsorum. Similes ipsis fiant, qui faciunt ea; & omnes, qui confidunt in eis.* Porrò Aulici sunt Idola Politica, Simulachra Gentilia: auro & argento splendent: & sunt in loca altiora hominum operâ & industriâ promoti. Os habent; & tamen, ut parcant Veritati, tacent. Habent oculos, ut inutilia videant; &, si Veritas allucescat, sunt cæci. Habent aures, quibus nænias auscultent; &, si Veritas concionetur, sunt surdi. Sunt corporei & terreni: & carent spiritu qui in eorum cor Veritatem inspiret. Et similes illis profectò sunt Principes, qui crearunt & promoverunt eos; & clientes, qui confidunt in eis.

Qualia sint Ethnicorum Idola?

Quales hodie Ministri Principum?

Quales Principes, qui illis utuntur?

Et quales clientes, qui ab eis depédent?



Vide Articuli II. Cóclus. VI.

ARTICVLVS VIII.

De Pede, & ejus motu. *Quid sit* ποδολογία? *An sint homines, qui loquantur, immò & mentiantur pedibus? An pedis motu restringere verba possimus?*

153 *Quid sit Ποδολογία: & quis sit Λογόπους?*



VOCIBUS ὁ πούς, πόδος. *Pes*, & λογία, *loquela* deducitur ποδολογία, Quo nomine Artem loquendi pedibus intelligimus: unde ille, qui pedibus loquitur, λογόπους poterit appellari? Et Virgilius, si hanc ipsam Artem cognovisset, his clausisset numeris Epigramma de Musarum Inventis.

Signat cuncta pede, eloquiturque Polymnia plantis.

Sed quomodo pedibus Philomusus: Et quomodo plantis potest eloqui?

Amussis Ferdinandea: laudata.

Augustissimus Imperator Ferdinandus III. Princeps eruditissimus, cujus Amussim venerabitur sera Posteritas, quandiu Musæ & bonæ literæ fuerint in pretio, modo occulto loquendi utebatur, quem suis intimis communicaret: tam alienum ab usu communi, ut internis conceptibus potius illos colloqui crederes, quàm signis externis & artificialibus. Audi hanc Historiam. Aderat in familiari colloquio Cæsari Legatus Regis N. qui ex occasione Principem Titium, Cæsaris discipulum collaudaverat: & Oratori Cæsar: Cave ab illo, nam mentis secretissima noscit per Astrologiam novam, quam habet: & ut hoc experiaris vocetur Princeps Titius. Non longè aberat ille, & citò adest. Vade ad illum aulæ angulum Titi, inquit Cæsar, & dic, quid in aurem mihi mussset Legatus. Erat distantia satis longa, & Legato imperator. Ne oneremur multis, ut experimentum sumatur,

Eiusdem Cæsaris Podologia.

dic

dic mihi in aurem unum verbum, cujuſcumque linguæ tibi placeat. Subridet ille, & ait Cæſari *a drame.* Eſt autem in linguâ Anglicâ *a drame*, idem, quod *ſomnium*: qua voce innuebat ille, ſomnium eſſe, quod à Cæſare promittebatur. Interim Cæſar eamdem vocem pede exprimit, quin Legatus aliquid ſimile ſuſpicaretur. Jubetur accedere Titius: quid in aurem dictum fuerit, rogatur: & reſpondet, *a drame.* Et Orator exclamat, *Spiritum habet familiarem*! Ridet Imperator: ridet Titius: & Orator plenus admiratione, non vult ſibi ſuadeti, per naturalem artem fieri poſſe, ut Titius ſciat, quæ ſuppreſſâ voce, & in tantâ diſtantiâ dicuntur. Oratorem nos in ſuâ Opinatione relinquamus, & ποδολογίαν, quâ utebatur Cæſar, ediſſeramus.

Imperator Ferdinandus III. ſcientibus artem pedibus loquebatur.

ERit fortè qui dicat, hîc tractari Theologica, nec debere ſublimem & Divinam hanc ſcientiam implicari Grammaticis. Et ego eidem reſpondeo duo: alterum ad Theologos pertinere diſcutere, An Titius arte Diabolicâ, an naturali fuerit uſus? quod ſine Podologiæ cogntione non fiet: alterum, me nulli invito ſcribere, & hanc ſectionem intermittere poſſe, cui curioſa non placeant. Interim ſic diſcurro, 154.

An hæc ars Theologis ſit neceſſaria?

An invitis ſcripta?

ποδολογία, ſicut omnes aliæ Stegnographicæ Methodi, poſtulat ut pauciſſimis characteribus utamur.

Sufficiunt quinque, ſunto, *a. s. r. d. l.* nimirùm, ſi bini characteres pro ſingulis literis ſumantur. Conſidera ſequentes characteres.

Fruſtra per plura ſiunt, quæ per pauciora poſſunt. De Pentagraphiâ.

Charact.	aa.	as.	ar.	ad.	al.
Valor.	A	B	C	D	E
Charact.	sa.	ſs.	sr.	sd.	sl.
Valor.	F	G	H	I	L
Charact.	ra,	rs.	rr.	rd.	rl.
Valor.	M	N	O	P	Q

An, & quomodo poſſit Abecedarius formari, in quo ad omnes literas exprimendas quinque ſoli characteres ſufficiãt.

Charact.

Charact.	da,	ds,	dr.	dd.	dl.
Valor.	R	S	T	V	X

Charact.	la.	ls.	lr.	ld.	ll.
Valor.	Y	Z	*&.*	*tur.*	*con.*

Praxis Pe-tagraphica. Iuxta hanc autem Clavim, ſiquis dicere velit amico, *Cave à Carolo*, ſequentes Characteres ſcribet.

araaddal aa araadarrslrr.

Illoſque Amicus per eamdem Clavim aperiens reperiet, *Cave à Carolo.*

Reducitur ad Pedographiam. Illos quinque characteres *a. s. r. d. l.* Imperator quinque pedis dexteri motibus ſignificabat. Habebat pedem ſiniſtrum firmum: & exprimebat,

Quinque diversis dexteri pedis motibus quinque characteres significantur.

a. *Dexterum* antrorſum *tantiſper protrudendo*
s. *Eumdem* ſimul *apud ſiniſtrum componendo.*
r. *Eumdem* retrorsùm *tantiſper retrahendo.*
d. *Pedem etiam dexterum* dextrorſum, *in latus movendo.*
l. *Item dexterum pedem* levorſum *proÿciendo.*

Et primæ literæ earum vocum, quæ rotundo charactere notantur, reſpondent characteribus ſignificatis.

Quomodo vox a drame manu & calamo, & quomodò pede significetur?

Ergo Imperator ut exprimeret vocem *a drame*, ſi uteretur calamo, ſcripſiſet, *aa addaaaraal.* Cæterùm, quia loquebatur pede, ut hos eoſdem characteres *σε-δηλόλειν, pedem dexterum ter protruſit: bis dextrorſum movit: ter protruſit: retraxit: bis protruſit: & levorſum admovit.* Quid facilius? & quid mirabilius neſcienti artem.

155 *An possint pedes aliquid naturaliter significare?*

SIne tanto molimine loquuntur pedibus, qui naturam ſequuntur: multa enim nobis pedibus vivi ſignificare ſolent homines, multa ſtatuæ.

Exponitur Fortunæ imago.

Pingebatur Fortuna globo inſiſtens: in quâ tabulâ, tam pedes, qui orbem premunt, quàm orbis preſſus pedibus tacitè, *Inſtabilis eſt Fortuna* ſucclamat. Ovidius *lib. de Pont.*

Hæc Dea non ſtabili quàm ſit levis orbe fatetur
Quæ ſummum dubio ſub pede ſemper habet.

Pede

Pede igitur ſtatua loquitur: poſſumus ergo pede loqui. An etiam pede pejerare, & mentiri? Ante reſponſionem hanc hiſtoriam ab Homero cogitatam præmitto.

[Philoctета (vel ut Græcè [a] ſcribitur Φιλοκτήτης) Pæantis filius, Herculiſque laborum & itinerum ſocius, eidem in Oetâ morienti adſtitit, & à moribundo juſſus, ne cui ſepulchri locum indicaret, juravit obſervantiam ſecreti, & pro munere pharetram & ſagittas Hydræ felle intinctas obtinuit. Adveniente autem tempore, cùm Delphico oraculo eſſent moniti Græci, non poſſe everti Trojam, niſi ſagittis Herculis oppeteretur; inventus fuit tandem Philoctета, & de Hercule interrogatus, negavit primus quidquam ſcire: ſed demum mortuum eſſe confeſſus eſt. Sed quia ad indicandum Sepulchri locum graviter urgebatur, ne jusjurandum violaret, ictu pedis locum oſtendit.]

a] Virgilius *lib. 13. Æneid.* Parva Philoctetæ ſubnixa Petilia muro, *eſt autē* Petilia *Calabriæ urbs ab ipſo erecta.*

An pes loquatur?

Et hac narratione prælectâ quæritur, (1) An pede fuerit Philoctета loquutus? (2) An & pede mentitus? An pede verum dixerit? (3) An pede juramentum violaverit? (4) An pede aliquam propoſitionem ambiguam & latiùs patentem reſtrinxerit?

Incidentes Quæſtiones.

Reſpondeo ad primum pede fuiſſe loquutum Philoctetam: nam Græci intellexerunt, quid dicebat, & loqui nihil aliud eſt, quàm mentis ſenſa ſignificare.

Quid loqui ſit?

Dico ad ſecundum, vel Herculem ibi (nempe, in loco, quem pede percuſſit) ſepultum fuiſſe, aut non, ſi fuit ibi ſepultus, pede verum Pæantiades confeſſus eſt: ſi ſepultus fuit alibi, pede mentitus eſt. At videtur voluiſſe adjuvare ſuam gentem, & verum locum oſtendiſſe. Et hinc

An pes fuerit mentitus?

Ad tertium ajo, Philoctetam violaſſe juramentum, & crimen incurriſſe perjurij: quod ipſum ſupponere videtur Ovidius, qui *lib. 13. Transformationum* hanc hiſtoriam, quam [b] cogitatam dixi, enarrans, notat eum divinitùs punitum fuiſſe; nam cùm ad Trojanum bellum deduceretur, & tamen aliàs eſſet invulnerabilis, unius

An pejeraverit?

b] Duo genera Hiſtoriarũ ſunt; aliæ enim enarrant ea, quæ ſucceſſerunt,

Herculeæ, quas gerebat sagittæ casu in pede, quo Herculis tumulum indicaverat, vulnere immedicabili infectus est; è quo sanies tam fœtida emanabat, ut à Græcis ferri non posset, & ideò in Lemno relictus fuerit. Et hîc obiter vide non bene ab Ethnicis Iurisjurandi religionem intelligi.

aliæ autem ea, quæ cogitantur.

156 Transeo ad quartum, & assero, in illo pedis ictu de quo agimus, restrictionem manifestè inveniri. Et hoc ostendo. Fuerat confessus Philoctetа Herculem mortuum, & alicubi sepultum fuisse. Et, quia instabant armati precibus & minis Græci, & rescire volebant, ubinam esset tumulatus, hæc latè patens propositio, *Hercules jacet alicubi*, pedis ictu restricta, versa est in hanc, *Hercules iacet hîc.*

An pede positiones ambigua restringantur?

Addam considerationem, quam innuit Augustinus *lib. 3. de doctrinâ Christianâ, cap. 17.* Nam siquis Archichoragus (Hisp. *Maestro de danzar*) unam periodum (Hisp. *una mudanza*) docere adolescentem velit, dicatque tot vel tot nervos esse in tibiâ, tot ossa, tot articulos, &c. illos tantâ intensione esse trahendos, tali ista modo esse movenda, hos tali arte oscillandos, &c. vera quidem dicet, nec enim aliter tripudiare quis poterit: sed faciliùs artem doceret tripudiando & dicendo, *Pedes movete sic.* Tunc enim illud *sic*, quod latissimæ & abstractissimæ significationis est, per motum pedum à Chorago contractum & restrictum particularem determinatamque significationem sortiretur.

De Archichorago. Quomodo tripudiandi artem docere debeat?

NOTA I.

157 RETrogredi (Hispanus clariùs, *el andar acia atrás*) Politicæ adorationis signum est. Turcarum Imperatori hic honos exhibetur: nam reverentia aulica postulat, ut Magnus Dominus) sic enim dicitur, nullîus famuli occiput, nullîus ministri dorsum videat. Et eodem cultu suos

Est cultûs & reverêtia ritus, non vertere tergus Principi, cùm ab illo discedimus.

suos olim Reges venerabantur Persæ: & Oratores Mahometani nostrum Imperatorem. Id Iustus Lipsius narrat ad Nicolaum Biesium scribens. [Nos quoque, mi Biesi, ait, Legatum Budensem vidimus. Magna pompa, multi comites: vestis & mores nobis exteris mira, *&c.* Sed & honoris habendi ritum, quem Cæsari retrogradiens exhibuit (sollenne id genti) odoramur esse à Persis. Ammianus suggerit lib. 18. de Antonio quodam, qui transfuga ad eos, eorumque mores. *Simul hoc dicens è medio prospectu abscessit, non adversus, sed dum evanesceret, verecundè retrogradiens, & pectus ostendens.* &c.] At illa ipsa verba, *nobis exteris mira*, mihi sunt mira: quoniam ubique terrarum fit, quod ut rarum recenset: Romæ enim, Pragæ, Madriti, Neapoli, &c. qui ad summi Pontificis, Imperatoris, Regis, immò & Proregis, est audientiam admissus *verecundè retrogreditur pectus Principi ostendens.*

Lipsius Cent. I. Epist. 30.

Illum more Turcicus Orator coram Imperatore observat.

Et olim Persæ coram suo Rege observarunt.

An hic ritus ubique etiamnum observetur?

N O T A II.

HAbet significationem specialem: *Ianuam pulsare pedibus.* Semper enim illam pulsamus manu, nisi hæc sit impedita; nam tunc, quod manus non possunt, præstant pedes. Cùm igitur famulus, quando fercula defert & impeditas habet manus, pulset pede: hinc probabilis oritur significatio, quoniam *inspicimus in incertis, quod est verisimilius:* & illud verisimilius esse dicimus, *quod plerumque fieri consuevit.* Erit igitur bona consequentia. *Ioannis famulus pede pulsat tuam portam: defert igitur ferculum, & habet impeditas manus.* Hanc doctrinam esse veram sciebat & supponebat Arcæus, qui cùm pelvim rebus condîtis sacchro plenam importaret, pedeque portam tunderet, & non aperiri videret, exclamabat impatiens.

158

Quid significet portam pulsare pedibus?

A rebus, quæ plerumque fiunt, an, & quale argumentum ducatur?

Tanto tardan en abrir
A quien llama con los pies,
Que es señal, que trahe algo

An, & cur illicò aperienda sit porta pulsanti pede?

En las manos? Viue diez
Que queda saqueada toda
La tienda del Portuguez.

Ita in Comœdia, quæ inscribitur, *Las mañanas de Abril y Mayo*. act. 2. pag. 59. b.



ARTICVLVS IX.

De Osculo. *Quid illud significet? Mores diversi proponuntur. An, & cur Prisci faciem, manum, genu, pedem, vestigium, limen, &c. osculis honoraverint? An oscula loquantur? An mentiantur? An verba restringant?*

159 *Præcedentium & sequentium Articulorũ connexio.*

VT ille Virgilij versus, *Signat cuncta manu, loquiturque Polymnia gestu*, bene intelligeretur, Articuli præcedentes sunt positi; &, ut in ipsis dicta, meliùs intelligamus, hunc addemus, in quo *de Osculo* disputaturi sumus.

Quomodo Osculum, Basium, & Suavium *differant inter se?*

Osculari est actus Amoris & Honoris. Donatus Amorem ab Honore sejungit & distinguit hæc tria, *Osculum, Basium*, & *Suavium*: nam, ut existimat, *Osculum* Officij & Vrbanitatis est, ut cùm è longinquo redeuntes salutamus atque osculamur: *Basium* sinceri amoris est, ut cùm matres filiolis suis mutua basia propinant: *Suavium* à suavitate dictum, voluptatem concernit. At hæc differentia videtur cogitata à Donato; illam enim nec Catullus, nec alij Authores eloquentes observant. Immò, ut video, omnes tres acceptiones reperiuntur in *Osculo*. Prima: nam *libr.* 1. *Tristium*, *Eleg.* 13. ait Ovidius. *Et quasi discedens oscula summa dedi.* Secunda: nam *ad Attic.* Cicero scribit,

scribit, *Atque utinam continuò ad complexum mea Tulliæ, & ad osculum Atticæ possem currere.* & *lib.* 3. *ad Appium Pulchrum*, ait, *Filium mater osculata est.* Plautus *in Asin. scen.* 2. *act.* 5. eodem sensu *Nauteam bibere malim, si necessum sit, quàm uxorem oscularier*, &c. Tertia, quoniam Cicero *Lentulo libr.* 1. dicebat, *Eam se vidisse cum alieno osculari er:* & Plautus *in Asin. scen.* 3. *act.* 3. consonat dicens, Nisi *est osculando impudicitior*, & *in Curcul. scen.* 1. *act.* 1. etiam, *Vidit eos osculantes.* [*]

[*] Suaviū, fere est osculum ob voluptatem dat ū. Hisp. *beso de enamorados.* Horatius Epod. 3. *Manum puella Suavio opponat tuo.* Sed & solet *Suavium* dici ipsa amasia. Terentius in Eunuch. *Thau meum Suavium.*

Porrò in Osculo Amorem contineri, nomen ipsum insinuat; nam Græcè φίλημα vocatur. Contineri & Honorem usus & consuetudo ostendit. Cicero *Appio Pulchro, lib.* 3. ait: *Complexus igitur sum cogitatione te absentem, Epistolam verò osculatus.* Quæ verba legisse videtur Iustus Lipsius, nam *Centur.* 1. *Epist.* 9. Victori Giselino sic scribit. *Legi tuas: ad os appressi, & ad pectus. O quæ penna tibi me sistat. Ego ille constanter deijcior unâ cogitationis hac plagâ*, &c.

Cur Osculū φίλημα vocetur?

Osculari sumitur pro *adorare*: non enim *adoro* provenit ab *oro*. Sed est verbum deductum à cultu, quo *ad ora* apprimimus, quæ veneramur. Capite Exodi XX. ubi Hebræus habet לא תשתחוה, interpretatus est Vulgatus; *Non adorabis ea*, Græcusque Interpres posuit ὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς. *Non exosculaberis ea.* Et proderit audire Hugonem Grotium, qui in hujus loci expositione hanc vocem dilucidat his verbis.

Adoro *unde dicatur?*

An sit osculari adorare?

[Vox Hebræa שחה satis est generalis: neque verò animi actum designat, sed corporis; siue is fiat caput inclinando, sive inclinando corpus totum, sive curvandis genibus, sive subsidendo in poplites, sive qui maximus est honos, procumbendo. Græci Interpretes per προσκυνεῖν hanc vocem solent vertere, non sine causa. Nam sicut apud Orientis populos veneratio ostendebatur variis flectendi corporis formis, ita apud Græcos manum ad os admovendo, quod propriè est προσκυνεῖν, à κύω, & inde κυνέω, quod est *osculor*. Nec aliud significat Latinum *adorare*, non ab *orare*, id est, *precari*, factum, ut imperiti

De significatione verbi שחה.

προσκυνεῖν

Quæ apud Hebræos & Græcos venerationis signa fuerint?

Κύω, & Κυνέω.

 homines

Προσκύνησις, *Adoratio.*

homines existimant, sed ab eo quòd *manus admoveatur ori.* In Glossis, *Adorat*, προσκυνεῖ. Alibi προσκύνησις, *adoratio, adveneratio. Manum ori admovere* dixerunt Plinius, Tertullianus, Apuleius φιλῆσαι δεξιάν, *manum osculari.* Lucianus περὶ θυσιῶν. Idem περὶ ὀρχήσεως libro κύσαι χεῖρα, *manum osculans.* [a] Idem in Demosthenis encomio apertè quod dixerat *osculari manum*, mox dixit προσκυνεῖν. Eustathius ad 5. Od. προσκυνεῖν παρὰ τὸ κύειν, ὅ ἐστι φιλεῖν, *ab osculando.* Quod in epigrammate veteri est,

a] Hispanus cùm dicit, *Beso à v. m. las manos*, manum ad suū os admovet, non autem alterius manum osculatur.

Ingressus scenam populum saltator adorat.

Iacere basia *in tesseram venerationis.*

Idem est quod apud Phædrum, *jactat basia tibicen.* Mos hic venerationis quàm sit antiquus ex Iobo apparet 31. 26. Sed quod in plerisque vocibus evenit, ut non maneant in sensu originis suæ, quin imò ut adoptivus sensus prævaleat, idem huic Græcæ voci προσκυνεῖν accidit: cœpit enim usurpari de quovis gestu reverentiam quandam testante. Itaque id quod προσκυνεῖν *adorare* dixit Matthæi interpres 8.2. idem est πεσεῖν ἐπὶ τὸ πρόσωπον, *procidere in faciem.* Lucæ 5.12. si quod apud eundem Matthæi interpretem est προσκυνεῖν *adorare*, 9.18. id Marcus dixit πίπτειν πρὸς τοὺς πόδας, *procidere ad pedes*, 5.22. interdum apertioris significatûs causâ alterum altero addito explicatur: ut πεσόντες προσεκύνησαν, *procidentes adoraverunt*, Matth. 2. 11. ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι, *si cadens adoraveris me*, Matth. 4. 9. πεσὼν ἐπὶ τοὺς πόδας προσεκύνησεν, *procidens ad pedes ejus adoravit*, Act. 10. 25. πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον προσκυνήσει τῷ Θεῷ *cadens in faciem adorabit Deum*, 1. Cor. 14. 25. Chrysostomus ad Ephes. 5. προσκυνεῖν exponit per κάμπτειν ἑαυτὸν, *se flectere.* Sic in historiâ honorati ab Iacobo Esaui, ubi est in Hebræo וישתחו Iosephus & Græci ponunt προσκύνησε. Idemque faciunt in historiâ umbræ Samuelis, quam honore afficiebat Saul. Atque inde factum, re externâ ad internam relatâ, ut interdum, sed rariùs animi actum ea vox significaret, ut voces θυσία *Sacrificium*, προσφορὰ *oblatio*, aliæque similes. Vide Iob Evang. 4.23. Hoc verò loco haud dubiè significatur omnis actus, quo honos habitus demonstrari solet.

Adorare est in faciem procidere.

Adorare est ad pedes provolvi.

Interdum refertur actio, & additur significatio.

κάμπτειν ἑαυτόν.

וישתחו

Saul Samuelis umbram veneratur.

Θυσία.

Προσφορά.

In

Osculorum Divisio.

IN varias classes oscula possunt dividi: alia enim sunt Religiosa, alia filialia, alia familiaria, alia servilia, alia libidinosa: & fere tota differentia à parte, quam quis osculatur desumitur. Sumo pro fundamento verba Ariani, qui *Differt. lib. 2. cap. 20. sic ait*: ἠξίωται δημαρχίας; πάντες οἱ ἀπαντῶντες συνήδονται· ἄλλος τοὺς ὀφθαλμοὺς καταφιλεῖ, ἄλλος τὸν τράχηλον, οἱ δοῦλοι τὰς χεῖρας. *Tribunatum adeptus est? Ecce obvij omnes gratulantur, alius oculos osculatur, alius collum, servi manus.* Ecce osculum, quod benevolentiæ signum est, per locum, qui suaviatur, restringitur, ita ut amicitiam Veteres osculando faciem; servitutem osculando manus significarent. Et hinc intelligetur, cur Homerus Eumeum heri sui Telemachi manus & non faciem exosculantem introducat. *Odiß.* 16. sic infit.

Quid faciei, & quid manibus impressa significent?

Cur Eumaus domini sui manus sit osculatus?

Κύσε δέ μιν κεφαλήντε καὶ ἄμφω φάεα καλὰ,

χεῖρας τὲ ἀμφοτέρας.

Progredior & ad verbi *Adoro* derivationem recurro. 160
Ador genus frumenti est, quo in Sacris Veteres utebantur. Hinc verbum *adoro*. Priscianus, cui Nonius assentitur dicens. *Ador frumenti genus, quod epulis & immolationibus sacris pium putabatur; unde & adorare, propitiare religiones, potest dictum videri.* Alij ducunt ab *oro*, ita ut compositum sit ex verbo oro & præpositione ad, ita ut idem *adoro* sit, ac *oro ad*. Hanc derivationem admisit Servius, nam exponens illud Virgilij. *Æneid.* 10.

Unde Adoro proveniat?

Quid Ador sit?

An adoro à præpositione ad, & verbo oro ducatur?

—— *Volens vos Turnus adoro.*

ait. *Illud* ad *vacat, & est metri causâ additum.* Ergo putabat Servius ibi idem esse *orare* & *adorare*. At contra Servium militat ipsa Censura; non enim sine dedecore Virgilij diceretur esse in illius numeris verba sine pondere: nam tales Hispani voces; quæ, ut cõpleant pedes interseruntur, quin sint ad conceptum dilucidandum necessariæ, *ripio* dicimus; & hunc Poëticũ nævum vix in tyrone toleramus. Accedit orationẽ nón necessario in adoratione inveniri; interdum enim fit sine ullâ oratione adoratio, unde Elephas, Phœnix (si ulla est) & alia animalia Solem adorare dicuntur, non orare: nam oratio aut supplicatio solis hominibus competit.

Ripio *in versibus quid?*

An adoratio sine oratione possit fieri?

competit. Ego autem sic vocem *adorare* intelligo, ut putem *ad ora movere* illâ significari. Nec caret exemplo hæc deductio: nam ex vocibus *ad alterum*, aut *ad alteram* prodiit verbum *adultero*: quod, ut bene monet Calepinus *componi videtur ex* ad, *&* alter, *seu* altera, *quod ille* (adulter) *ad alteram, & hæc* (adultera) *ad alterum se conferat.* Sic etiam *adpectoro* est ad pectus moveo; *adplumbo*, ad plumbum (ad perpendiculum, Hisp. *a plomo*) erigo: *adplano*, ad planum reduco: *admœnio*, ad mœnia hostes promoveo, obsideo: *adaggero*, ad aggerem adiicio, &c. nec non *adjuro te*, ad juramentum te cogo, &c. Ergo *adoro*, erit *rem ad ora admoveo*: hoc est, osculor, exosculor, &c. Græcè προσκυνέω, quod etiam huc pertinere videtur. Firmat me in hac vocis derivatione Iustus Lipsius, qui *Elector. lib. 2. c. 6.* Sic statuit: *Ego Latinis ipsis hinc censeo formatum* adorandi *verbum: quia manus* ad ora *admovebant; non ab* ador (*frumenti id genus*) *quod censet Grammaticorum acumen.*

An soli homines orent, & non soli adorent?

Vnde adulter dicatur?

Vnde adpectoro? adplumbo? adplano? adaggero? admœnio? adjuro?

Vnde adoro preveniat?

προσκυνέω.

Adorare igitur aut osulari ut sic, cultum significat, &
161 per modum & terminum restringitur, & determinatur. Primò enim Oculum dividitur, in dictum, insinuatum, commutatum & datum. Osculum porrò dicit aut scribit, qui ait lingua vel calamo, *Tuas manus*, aut *tuos pedes exosculor.* Osculum insinuat, qui suam propriam manum osculatur. Commutat, qui loco osculi amplexum exhibet. Dat, qui reverà alterum osculatur. Secundò Osculum dividitur ratione materiæ seu termini; aliàs enim in fronte, in ore, in collo, &c. aliàs in manu, &c. aliásque in pede recipiuntur vel dantur. Faciem osculantur amici, manum servi, pedem creatura. Ergo ipsummet osculari, loqui est: adeoque, idem est faciem osculari, ac dicere, *Te veneror & colo ut amicum:* & osculari manum, erit dicere, *Te suspicio & honoro ut debet servus dominum.* Et tandem osculari pedem erit dicere, *Te adoro ut verum Deum.* Et si circumstantiæ restringentes accedant. *In te adoro Deum, & te suspecto ut Dei Vicarium*, &c.

Quid significet Osculum, & quomodo dividatur?

De modo osculandi.

De re, quam osculamur.

An osculis loqui possimus?

Quid illa significent?

162 *Quid sint εὐλογίαι?*

Manuum oscula Hispanicè *bessamanas* dicimus: an Græcè

Græcè εὐλογία? Sic putarunt non pauci è nostratibus, qui Regulæ S. Benedicti Lemma illud. *Quod non debeat Monachus literas vel Eulogia accipere sine jussu Abbatis.* Vertunt, *Que el Monje no puede recibir cartas, ni bessamanos, sin licencia de su Abbad.* At εὐλογίον aliud diversum est; dicitur enim ἀπὸ τῆ εὐλέγω, quod sonat *benedictionem*, *bonum verbum*, &c. Bona profectò verba donis interdum præstare vel æquivalere asserit S. Benedictus Cellerarij qualitates & virtutes describens, inquit enim: *Humilitatem ante omnia habeat: & cui substantia non est, quæ tribuatur, sermo responsionis porrigatur bonus, ut scriptum est: sermo bonus super datum optimum.* Et quidem publicæ benedictiones & gratulationes vocari *bona verba*, constat ex illo Disticho: S. Benedictus in Regul. c. 54. Quid sint bona verba. S. Benedictus in Regul. c. 31.

Propera lux oritur, linguisque animisque favete:
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.

Salus etiam dicitur: unde in Romanorum Epistolis, S. P. D. hoc est, *salutem plurimam dicit*, legimus. Et hanc ob rem Hispani Epistolis exteriùs inscribimus *A Fulano salud.* Cùm autem τύπτω sit aliorum apud Græcos Grammaticos verborum παράδειγμα, notandum est in Activæ Infinitivo habere præter alia hæc tempora. Præs. τύπτειν. *verberare*: Aorist. II. & Futur. II. τυπεῖν. *verberasse*, seu *verberaturum esse.* Ex quibus patet, quid εὐπράττειν, & εὐλογεῖν sint. Priori illâ voce in Epistolarum superscriptionibus utebatur frequenter Epicurus, & eius etiam loco majoris claritatis gratiâ substituisse, σπουδαίως ζῆν ἄειστον. pro quo passim scribitur χαίρειν. Quas à priscis usurpatas, & jam iterum à Iunioribus resumptas, salutandi formulas dilucide ut solet, Petrus Gassendus exponit tom. 6. *pag.* 26. *b.* in Epistolâ ad Eryciū Puteanum. Sanè ipse Gassendus in literis ad Ludovicum Vallesium Principem Optimum *pag.* 95. *a.* 102. *a.* 107. *b.* 108. *b.* 117. *a.* 118. *b.* 122. *b.* 127. *a.* 132. *b.* 134. *b.* 143. *a.* 156. *a.* 163. *a.* 166. *a.* 167. *a* 168. *a.* 169. *a.* 170. *a.* 171. *a.* 174. *a.* 175. *a.* 179. *b.* 181. *b.* 184. *a.* 187. *b.* 191. *a.* 194. *b.* 199. *b.* 202. *b.* 206. *b.* 209. *b.* 212. *a.* 214. *a.* 218. *a.* 219. *a.* 221. *a.* *b.* 223. *b.* 224. *b.* 226. *b.* 236. *a.* 240. *a.* 245. *b.* 249. *b.* 251. *a.* 254. *a.* 257. *a.* De τύπτω aliorū verborum paradigmate. Quid εὐπράττειν sit? Quid εὐλογεῖν. Σπουδαίως ζῆν ἄειστον. Χαίρειν. Quomodo ad Principem Valesium Gassendus scripserit

259. *a*. 261. *a*. 263. *b*. 264. *b*. 266. *a*. 278. *a*. 280. *a*. 292. *b*. 295. *a*. 296. *b*. 305. *a*. 311. *a*. 313. *b*. 315. *b*. 316. *b*. 319. *b*. 321. *b*. 324. εὐπράττειν expreſsè ſcribit: & in cæteris literis, quæ in libro *eidem* inſciptæ proſtant, etiam εὐπράττειν ſubintelligo. Cùm autem *à pagin* 338. *ad* 390. literæ Principis Valleſij ad Gaſſendum ponantur, & in ipſis non εὐπράττειν, ſed in unâ aut alterâ εὐλογίζειν, & in cæteris εὐλογεῖν, colligo hanc eſſe differentiam, ut inferior Superiori εὐπράττειν, ſed εὐλογεῖν dicat inferiori Superior. Firmant hanc differentiam Epiſtolæ Chriſtinæ Suecorum Reginæ Sereniſſ. Potentiſſ. Sapientiſſ. quæ *pagin.* 317. 321. 329. 331. *&c.* leguntur: & una Ioſepho Mariæ Suareſio, Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Vaſionenſium Epiſcopo, quæ ponitur *pag.* 328. nam etiam in his εὐπράττειν Gaſſendus ſcribit. Hanc autem differentiam Samuel Sorberius ignoraſſe, aut ſaltem neglexiſſe videtur, quoniam εὐπράττειν *pag.* 499. *b.* & χαίρειν *pag.* 508. *b.* imò etiam χαίρειν, καὶ εὐπράττειν, *pag.* 526. *a.* 528. *a.* ipſi Gaſſendo inſcribit: cui *pag.* 409. *b.* Conſtantinus χαίρειν: & *pag.* 393. Erycius Puteanus Σπουδαίως ζῆν ἄριστον. Et Gottifredus Wendelinus ὑγιαίνειν καὶ ζῆν. Forte ὑγιαίνειν καὶ ζῆν.

Quomodo ad Gaſſendum Valeſius?

Quomodo ſuperior inferiorem: & quomodo inferior ſuperiorem ſalutet.

Petendi & dandi benedictionem mos.

S. Benedictus in Regul. cap. 63. & 71.

Habemus in Sanctâ Regulâ. *Vbicumque autem ſibi obviant Fratres, junior à priore* (ſeniore) *benedictionem petat, &c.* iterumque. *Siquis autem Frater, pro quâvis minimâ causâ, ab Abbate, vel à quocumque priore* (ſeniore) *ſuo corripiatur, &c. mox ſine mora tandiu proſtratus in terrâ ante pedes ejus jaceat ſatisfaciens uſque dum benedictione ſanetur illa commotio.* Et ideò in dialecto Regulari, quâ utimur, cùm junior dicit ſeniori *benedicite*, vel more Græco, *benedicere* [a] diceret, ſi Græcè loqueretur εὐπράττειν: & ſenior reſponderet, εὐλογεῖν.

a] Græci frequenter infinitivo abſoluto utuntur.

163 *An Hercules fuerit Gentilium Deus?*

Osculabantur, ut diximus, amicorum faciem: & hinc collige, quòd Hercules ab illis fuerit poſitus inter Heroas aut Semideos; nam ſi Deum credidiſſent, ſuaviis ejus pedes aut genua honoraſſent. Cicero in Verrem libr. 5. *Ibi ex ore ſimulachrum ipſius Herculis, quo non facile*

Cur eius faciē oscularentur Veteres?

facile dixerim me quidquam vidisse pulchrius; usque eò, judices, ut rictum ejus ac mentum paulò sit attritius; quod in precibus, ac gratulationibus (veriùs *gratationibus*, ut Lipsius *Elector. lib.2. cap.6. pag.634. b.* bene correxit) *non solùm id venerari, sed etiam osculari solent.* Observavit insolentiam venerationis Lipsius, & ait. [Quod tamen rariùs factum, ut Cicero ipse indicat, &c.] At ego putarem nunquam factum, nisi eo tantùm casu, quo Viros illustres colerent. Hinc patet in illo ad suam Amicam Disticho,

Ovidius correctus.

Tange manu mensam, tangunt quo more precantes,
Optabis merito cum mala multa viro:

Mentum tangere, quid?

non *mensam*, sed *mentum* Ovidium dixisse: quoniam illa tangendo amici mentum eidem abblandiebatur, & tangendo proprium, Deorum implorabat auxilium: *nam antiquis Græciæ*, monente Plinio, *in supplicando mentum attingere moris fuit.*

Oscula tolerata: aucta: interdicta.

Principes, qui osculis dignati sunt alios, aut sibi dari permiserunt, ab humanitate laudati. Crevit hic usus sub Augusto. Oscula quotidiana Tiberius, asserente Suetonio, interdixit edicto: sed tamen repulsam à Romanis passo, nam ita invaluit consuetudo, ut ex illâ Martialis occasionem habuerit suos numeros condiendi multis salibus. Plinius dilaudat his verbis Trajanum. *Gratum erat cunctis, quod Senatum osculo exciperes, sicut dimissus osculo fueras.* Et ex Suetonio constat, Neronem odia populi fuisse promeritum, *quòd neque adveniens, neque proficiscens, quemquam osculo impertiret.* Galba voluit videri humanior: ait enim idem Author. *Manè Galbam* (Otho) *salutavit; utque consuerat, oscula exceptus, etiam sacrificanti interfuit.* Et apud Latinum Pacatum Theodosius, *ille, cohonestatus affatu, ille mensâ beatus, ille osculo consecratus est.* Et eò venerunt oscula, ut non jam amoris, sed urbani cujusdam cultûs, sicut etiamnum in Galliâ, exhiberentur. 164

Data amicitiam conciliant, odia ingerunt negata.

Oscula ex urbanitate data.

Apte Philo Iudæus. φίλημα δὲ διαφέρει τοῦ φιλεῖν, τὸ μὲν γὰρ ψυχῶν εὕρεσιν ἁρμοζομένων ἐννοίᾳ, τὸ δὲ ψιλὴν καὶ ἐπιπόλαιον δεξίωσιν χειρὸς πρὸς ἐς ταυτὸν συναγούσης ἔοικεν ἐμφαίνειν. Hæc osculandi con-

259. *a.* 261. *a.* 263. *b.* 264. *b.* 266. *a.* 278. *a.* 280. *a.* 292. *b.* 295. *a.* 296. *b.* 305. *a.* 311. *a.* 313. *b.* 315. *b.* 316. *b.* 319. *b.* 321. *b.* 324. εὐπράττειν expresse scribit: & in cæteris literis, quæ in libro *eidem* insciptæ prostant, etiam εὐπράττειν subintelligo. Cùm autem *à pagin* 338. *ad* 390. literæ Principis Vallesij ad Gassendum ponantur, & in ipsis non εὐπράττειν, sed in unâ aut alterâ εὐλογίζειν, & in cæteris εὐλογεῖν, colligo hanc esse differentiam, ut inferior Superiori εὐπράττειν, sed εὐλογεῖν dicat inferiori Superior. Firmant hanc differentiam Epistolæ Christinæ Suecorum Reginæ Sereniss. Potentiss. Sapientiss. quæ *pagin.* 317. 321. 329. 331. *&c.* leguntur: & una Iosepho Mariæ Suaresio, Illustriss. & Reverendiss. Vasionensium Episcopo, quæ ponitur *pag.* 328. nam etiam in his εὐπράττειν Gassendus scribit. Hanc autem differentiam Samuel Sorberius ignorasse, aut saltem neglexisse videtur, quoniam εὐπράττειν *pag.* 499. *b.* & χαίρειν *pag.* 508. *b.* imò etiam χαίρειν, καὶ εὐπράττειν, *pag.* 526. *a.* 528. *a.* ipsi Gassendo inscribit: cui *pag.* 409. *b.* Constantinus χαίρειν: & *pag.* 393. Erycius Puteanus Σπουδαίως ζῆν ἄριστον. Et Gottifredus Wendelinus ὑγιαίνειν καὶ ζῆν. Fortè ὑγιαίνειν καὶ ζῆν.

Quomodo ad Gassendum Valesius?

Quomodo superior inferiorem: & quomodo inferior superiorem salutet.

Petendi & dandi benedictionem mos.

Habemus in Sanctâ Regulâ. *Vbicumque autem sibi obviant Fratres, junior à priore* (seniore) *benedictionem petat, &c.* iterumque. *Siquis autem Frater, pro quâvis minimâ causâ, ab Abbate, vel à quocumque priore* (seniore) *suo corripiatur, &c. mox sine mora tandiu prostratus in terrâ ante pedes ejus jaceat satisfaciens usque dum benedictione sanetur illa commotio.* Et ideò in dialecto Regulari, quâ utimur, cùm junior dicit seniori *benedicite*, vel more Græco, *benedicere* [a] diceret, si Græcè loqueretur εὐπράττειν: & senior responderet, εὐλογεῖν.

S. Benedictus in Regul. cap. 63. & 71.

a] Græci frequenter infinitivo absoluto vtuntur.

163 Osculabantur, ut diximus, amicorum faciem: & hinc collige, quòd Hercules ab illis fuerit positus inter Heroas aut Semideos; nam si Deum credidissent, suaviis ejus pedes aut genua honorassent. Cicero in Verrem libr. 5. *Ibi ex ore simulachrum ipsius Herculis, quo non facile*

An Hercules fuerit Gentilium Deus?

facile dixerim me quidquam vidisse pulchrius; usque eò, judices, ut rictum ejus ac mentum paulò sit attritius; quod in precibus, ac gratulationibus (veriùs *gratationibus*, ut Lipsius *Elector. lib.2. cap.6. pag.634. b.* bene correxit) *non solùm id venerari, sed etiam osculari solent.* Observavit insolentiam venerationis Lipsius, & ait. [Quod tamen rariùs factum, ut Cicero ipse indicat, &c.] At ego putarem nunquam factum, nisi eo tantùm casu, quo Viros illustres colerent. Hinc patet in illo ad suam Amicam Disticho,

Cur ejus faciê oscularentur Veteres?

Tange manu mensam, tangunt quo more precantes,
Optabis merito cum mala multa viro:

Ovidius correctus.

non *mensam*, sed *mentum* Ovidium dixisse: quoniam illa tangendo amici mentum eidem abblandiebatur, & tangendo proprium, Deorum implorabat auxilium: *nam antiquis Græciæ*, monente Plinio, *in supplicando mentum attingere moris fuit.*

Mentum tangere, quid?

Principes, qui osculis dignati sunt alios, aut sibi dari permiserunt, ab humanitate laudati. Crevit hic usus sub Augusto. Oscula quotidiana Tiberius, asserente Suetonio, interdixit edicto: sed tamen repulsam à Romanis passo, nam ita invaluit consuetudo, ut ex illâ Martialis occasionem habuerit suos numeros condiendi multis salibus. Plinius dilaudat his verbis Trajanum. *Gratum erat cunctis, quod Senatum osculo exciperes, sicut dimissus osculo fueras.* Et ex Suetonio constat, Neronem odia populi fuisse promeritum, *quòd neque adveniens, neque proficiscens, quemquam osculo impertiret.* Galba voluit videri humanior: ait enim idem Author. *Manè Galbam* (Otho) *salutavit; utque consuerat, oscula exceptus, etiam sacrificanti interfuit.* Et apud Latinum Pacatum Theodosius, *ille, cohonestatus affatu, ille mensâ beatus, ille osculo consecratus est.* Et eò venerunt oscula, ut non jam amoris, sed urbani cujusdam cultûs, sicut etiamnum in Galliâ, exhiberentur. Apte Philo Iudæus. φίλημα δὲ διαφέρει τοῦ φιλεῖν, τὸ μὲν γὰρ ψυχῶν εὕρεσιν ἁρμοζομένων ἐννοίᾳ, τὸ δὲ ψιλὴν καὶ ἐπιπόλαιον δεξιῶν χειρὸς πρὸς ἐς ταυτὸν συναγούσης ἔοικεν ἐμφαίνειν. Hæc osculandi con-

164 *Oscula tolerata: aucta: interdicta.*

Data amicitiam conciliant, odia ingerunt negata.

Oscula ex urbanitate data.

259. *a.* 261. *a.* 263. *b.* 264. *b.* 266. *a.* 278. *a.* 280. *a.* 292. *b.* 295. *a.* 296. *b.* 305. *a.* 311. *a.* 313. *b.* 315. *b.* 316. *b.* 319. *b.* 321. *b.* 324. εὐπράττειν expressè scribit: & in cæteris literis, quæ in libro *eidem* insciptæ prostant, etiam εὐπράττειν subintelligo. Cùm autem *à pagin.* 338. *ad* 390. literæ Principis Vallesij ad Gassendum ponantur, & in ipsis non εὐπράττειν, sed in unâ aut alterâ εὐλογίζειν, & in cæteris εὐλογεῖν, colligo hanc esse differentiam, ut inferior Superiori εὐπράττειν, sed εὐλογεῖν dicat inferiori Superior. Firmant hanc differentiam Epistolæ Christinæ Suecorum Reginæ Sereniss. Potentiss. Sapientiss. quæ *pagin.* 317. 321. 329. 331. *&c.* leguntur: & una Iosepho Mariæ Suaresio, Illustriss. & Reverendiss. Vasionensium Episcopo, quæ ponitur *pag.* 328. nam etiam in his εὐπράττειν Gassendus scribit. Hanc autem differentiam Samuel Sorberius ignorasse, aut saltem neglexisse videtur, quoniam εὐπράττειν *pag.* 499. *b.* & χαίρειν *pag.* 508. *b.* imò etiam χαίρειν, καὶ εὐπράττειν, *pag.* 526. *a.* 528. *a.* ipsi Gassendo inscribit: cui *pag.* 409. *b.* Constantinus χαίρειν: & *pag.* 393. Erycius Puteanus Σπουδαίως ζῆν ἄριστον. Et Gottifredus Wendelinus ὑγιαίνειν καὶ ζῆν. Fortè ὑγιαίνειν καὶ ζῆν.

Quomodo ad Gassendum Valesius?

Quomodo superior inferiorem: & quomodo inferior superiorem salutet.

Petendi & dandi benedictionem mos.

Habemus in Sanctâ Regulâ. *Vbicumque autem sibi obviant Fratres, junior à priore* (seniore) *benedictionem petat, &c.* iterumque. *Siquis autem Frater, pro quâvis minimâ causâ, ab Abbate, vel à quocumque priore* (seniore) *suo corripiatur, &c. mox sine mora tandiu prostratus in terrâ ante pedes ejus jaceat satisfaciens usque dum benedictione sanetur illa commotio.* Et ideò in dialecto Regulari, quâ utimur, cùm junior dicit seniori *benedicite*, vel more Græco, *benedicere* [a] diceret, si Græcè loqueretur εὐπράττειν: & senior responderet, εὐλογεῖν.

S. Benedictus in Regul. cap. 63. & 71.

[a] Græci frequenter infinitivo absoluto utuntur.

163 *An Hercules fuerit Gentilium Deus?*

Osculabantur, ut diximus, amicorum faciem: & hinc collige, quòd Hercules ab illis fuerit positus inter Heroas aut Semideos; nam si Deum credidissent, suaviis ejus pedes aut genua honorassent. Cicero in Verrem libr. 5. *Ibi ex ore simulachrum ipsius Herculis, quo non facile*

facile dixerim me quidquam vidiſſe pulchrius; uſque eò, judices, ut rictum ejus ac mentum paulò ſit attritius; quod in precibus, ac gratulationibus (veriùs *gratationibus*, ut Lipſius *Elector. lib.2. cap.6. pag.634. b.* bene correxit) *non ſolùm id venerari, ſed etiam oſculari ſolent.* Obſervavit inſolentiam venerationis Lipſius, & ait. [Quod tamen rariùs factum, ut Cicero ipſe indicat, &c.] At ego putarem nunquam factum, niſi eo tantùm caſu, quo Viros illuſtres colerent. Hinc patet in illo ad ſuam Amicam Diſticho,

Cur ejus facie oſcularentur Veteres?

Tange manu menſam, tangunt quo more precantes,
Optabis merito cum mala multa viro:

Ovidius correctus.

non *menſam*, ſed *mentum* Ovidium dixiſſe: quoniam illa tangendo amici mentum eidem abblandiebatur, & tangendo proprium, Deorum implorabat auxilium: *nam antiquis Graciæ*, monente Plinio, *in ſupplicando mentum attingere moris fuit.*

Mentum tangere, quid?

Principes, qui oſculis dignati ſunt alios, aut ſibi dari permiſerunt, ab humanitate laudati. Crevit hic uſus ſub Auguſto. Oſcula quotidiana Tiberius, aſſerente Suetonio, interdixit edicto: ſed tamen repulſam à Romanis paſſo, nam ita invaluit conſuetudo, ut ex illâ Martialis occaſionem habuerit ſuos numeros condiendi multis ſalibus. Plinius dilaudat his verbis Trajanum. *Gratum erat cunctis, quod Senatum oſculo exciperes, ſicut dimiſſus oſculo fueras.* Et ex Suetonio conſtat, Neronem odia populi fuiſſe promeritum, *quòd neque adveniens, neque proficiſcens, quemquam oſculo impertiret.* Galba voluit videri humanior: ait enim idem Author. *Manè Galbam* (Otho) *ſalutavit; utque conſuerat, oſcula exceptus, etiam ſacrificanti interfuit.* Et apud Latinum Pacatum Theodoſius, *ille, cohoneſtatus affatu, ille menſâ beatus, ille oſculo conſecratus eſt.* Et eò venerunt oſcula, ut non jam amoris, ſed urbani cujuſdam cultûs, ſicut etiamnum in Galliâ, exhiberentur. Apte Philo Iudæus. φίλημα δὲ διαφέρει τοῦ φιλεῖν, τὸ μὲν γὰρ ψυχῶν εὕρεσιν ἁρμοζομένων ἐννοίᾳ, τὸ δὲ ψιλὴν καὶ ἐπιπόλαιον δεξιῶν χειρῶν πρὸς ἐς ταυτὸν συναγωγῆς ἔοικεν ἐμφαίνειν. Hæc oſculandi conſuetudo 164

Oſcula tolerata: aucta: interdicta.

Data amicitiam conciliant, odia ingerunt negata.

Oſcula ex urbanitate data.

Προσκύνησις, Adoratio.

homines existimant, sed ab eo quòd *manus admoveatur ori.* In Glossis, *Adorat*, προσκυνεῖ. Alibi προσκύνησις, *adoratio, adveneratio. Manum ori admovere* dixerunt Plinius, Tertullianus, Apuleius φιλῆσαι δεξιὰν, *manum osculari.* Lucianus περὶ θυσιῶν. Idem περὶ ὀρχήσεως libro κύσαι χεῖρα, *manum osculans.* [a] Idem in Demosthenis encomio apertè quod dixerat *osculari manum*, mox dixit προσκυνεῖν. Eustathius ad 5. Od. προσκυνεῖν παρὰ τὸ κύειν, ὅ ἐστι φιλεῖν, *ab osculando.* Quod in epigrammate veteri est,

Ingressus scenam populum saltator adorat.

a] Hispanus cùm dicit, *Beso à v. m. las manos*, manum ad suũ os admovet, non autem alterius manum osculatur.

Iacere basia in tesseram venerationis.

Idem est quod apud Phædrum, *jactat basia tibicen.* Mos hic venerationis quàm sit antiquus ex Iobo apparet 31. 26. Sed quod in plerisque vocibus evenit, ut non maneant in sensu originis suæ, quin imò ut adoptivus sensus prævaleat, idem huic Græcæ voci προσκυνεῖν accidit: cœpit enim usurpari de quovis gestu reverentiam quandam testante. Itaque id quod προσκυνεῖν *adorare* dixit Matthæi interpres 8.2. idem est πεσεῖν ἐπὶ τὸ πρόσωπον, *procidere in faciem.* Lucæ 5.12. si quod apud eundem Matthæi interpretem est προσκυνεῖν *adorare*, 9.18. id Marcus dixit πίπτειν πρὸς τοὺς πόδας, *procidere ad pedes*, 5.22. interdum apertioris significatûs causâ alterum altero addito explicatur: ut πεσόντες προσεκύνησαν, *procidentes adoraverunt*, Matth. 2. 11. ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι, *si cadens adoraveris me*, Matth. 4. 9. πεσὼν ἐπὶ τοὺς πόδας προσεκύνησεν, *procidens ad pedes ejus adoravit*, Act. 10. 25. πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον προσκυνήσει τῷ Θεῷ *cadens in faciem adorabit Deum*, 1. Cor. 14. 25. Chrysostomus ad Ephes. 5. προσκυνεῖν exponit per κάμπτειν ἑαυτὸν, *se flectere.* Sic in historiâ honorati ab Iacobo Esaui, ubi est in Hebræo ישתחו Iosephus & Græci ponunt προσεκύνησε. Idemque faciunt in historiâ umbræ Samuelis, quam honore afficiebat Saul. Atque inde factum, re externâ ad internam relatâ, ut interdum, sed rariùs animi actum ea vox significaret, ut voces θυσία *Sacrificium*, προσφορὰ *oblatio*, aliæque similes. Vide Iob Evang. 4. 23. Hoc verò loco haud dubiè significatur omnis actus, quo honos habitus demonstrari solet.

Adorare est in faciem procidere.

Adorare est ad pedes provolvi.

Interdum refertur actio, & additur significatio.

κάμπτειν ἑαυτόν.

ישתחו

Saul Samuelis umbram veneratur.

Θυσία.

Προσφορά.

In

IN varias classes oscula possunt dividi : alia enim sunt Religiosa, alia filialia, alia familiaria, alia servilia, alia libidinosa: & fere tota differentia à parte, quam quis osculatur desumitur. Sumo pro fundamento verba Ariani, qui *Dissert. lib. 2. cap.20. sic ait* : ἠξίωται δημαρχίας; πάντες οἱ ἀπαντῶντες συνήδονται· ἄλλος τοὺς ὀφθαλμοὺς καταφιλεῖ, ἄλλος τὸν τράχηλον, οἱ δοῦλοι τὰς χεῖρας. *Tribunatum adeptus est? Ecce obvij omnes gratulantur, alius oculos osculatur, alius collum, servi manus.* Ecce osculum, quod benevolentiæ signum est, per locum, qui suaviatur, restringitur, ita ut amicitiam Veteres osculando faciem; servitutem osculando manus significarent. Et hinc intelligetur, cur Homerus Eumeum heri sui Telemachi manus & non faciem exosculantem introducat. *Odiss.*16. sic infit.

Oſculorum Divisio.

Quid faciei, & quid manibus impressa significent?

Cur Eumeus domini sui manus sit osculatus?

Κύσε δέ μιν κεφαλήντε καὶ ἄμφω φάεα καλά,
Χεῖρας τε ἀμφοτέρας.

Progredior & ad verbi *Adoro* derivationem recurro. 160
Ador genus frumenti est, quo in Sacris Veteres utebantur. Hinc verbum *adoro*. Priscianus, cui Nonius assentitur dicens. *Ador frumenti genus, quod epulis & immolationibus sacris pium putabatur; unde &* adorare, *propitiare religiones, potest dictum videri.* Alij ducunt ab *oro*, ita ut compositum sit ex verbo oro & præpositione ad, ita ut idem *adoro* sit, ac *oro ad*. Hanc derivationem admisit Servius, nam exponens illud Virgilij. *Æneid.*10.

Vnde Adoro proveniat?

Quid Ador sit?

An adoro à præpositione ad, & verbo oro ducatur?

—— *Volens vos Turnus adoro.*

ait. *Illud* ad *vacat, & est metri causâ additum.* Ergo putabat Servius ibi idem esse *orare* & *adorare*. At contra Servium militat ipsa Censura; non enim sine dedecore Virgilij diceretur esse in illius numeris verba sine pondere : nam tales Hispani voces; quæ, ut cōpleant pedes interferuntur, quin sint ad conceptum dilucidandum necessariæ, *ripio* dicimus; & hunc Poëticū nævum vix in tyrone toleramus. Accedit orationē nōn necessario in adoratione inveniri; interdum enim fit sine ullâ oratione adoratio, unde Elephas, Phœnix (si ulla est) & alia animalia Solem adorare dicuntur, non orare : nam oratio aut supplicatio solis hominibus competit.

Ripio in versibus quid?

An adoratio sine oratione possit fieri?

Græcè εὐλογία? Sic putarunt non pauci è nostratibus, qui Regulæ S. Benefidicti Lemma illud. *Quod non debeat Monachus literas vel Eulogia accipere sine jussu Abbatis.* Vertunt, *Que el Monje no puede recibir cartas, ni bessamanos, sin licencia de su Abbad.* At εὐλογίον aliud diversum est; dicitur enim ἀπὸ τ̃ εὐλέγω, quod sonat *benedictionem*, *bonum verbum*, &c. Bona profectò verba donis interdum præstare vel æquivalere asserit S. Benedictus Cellerarij qualitates & virtutes describens, inquit enim: *Humilitatem ante omnia habeat: & cui substantia non est, qua tribuatur, sermo responsionis porrigatur bonus, ut scriptum est: sermo bonus super datum optimum.* Et quidem publicæ benedictiones & gratulationes vocari *bona verba*, constat ex illo Disticho:

S. Benedictus in Regul. c. 54.

Quid sint bona verba.

S. Benedictus in Regul. c. 31.

Propera lux oritur, linguisque animisque favete:
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.

Salus etiam dicitur: unde in Romanorum Epistolis, S. P. D. hoc est, *salutem plurimam dicit*, legimus. Et hanc ob rem Hispani Epistolis exteriùs inscribimus *A Fulano salud.* Cùm autem τύπτω sit aliorum apud Græcos Grammaticos verborum παράδειγμα, notandum est in Activæ Infinitivo habere præter alia hæc tempora. Præs. τύπτειν. *verberare*: Aorist. II. & Futur. II. τυπεῖν. *verberasse*, seu *verberaturum esse.* Ex quibus patet, quid εὐπράττειν, & εὐλογεῖν sint. Priori illâ voce in Epistolarum superscriptionibus utebatur frequenter Epicurus, & eius etiam loco majoris claritatis gratiâ substituisse, σπουδαίως ζῆν ἀεὶ σοι. pro quo passim scribitur χαίρειν. Quas à priscis usurpatas, & jam iterum à Iunioribus resumptas, salutandi formulas dilucide ut solet, Petrus Gassendus exponit *tom. 6. pag. 26. b.* in Epistolâ ad Eryciũ Puteanum. Sanè ipse Gassendus in literis ad Ludovicum Vallesium Principem Optimum *pag.* 95. *a.* 102. *a.* 107. *b.* 108. *b.* 117. *a.* 118. *b.* 122. *b.* 127. *a.* 132. *b.* 134. *b.* 143. *a.* 156. *a.* 163. *a.* 166. *a.* 167. *a* 168. *a.* 169. *a.* 170. *a.* 171. *a.* 174. *a.* 175. *a.* 179. *b.* 181. *b.* 184. *a.* 187. *b.* 191. *a.* 194. *b.* 199. *b.* 202. *b.* 206. *b.* 209. *b.* 212. *a.* 214. *a.* 218. *a.* 219. *a.* 221. *a. b.* 223. *b.* 224. *b.* 226. *b.* 236. *a.* 240. *a.* 245. *b.* 249. *b.* 251. *a.* 254. *a.* 257. *a.*

De τύπτω aliorũ verborum paradigmate.

Quid εὐπράττειν sit?

Quid εὐλογεῖν.

Σπουδαίως ζῆν ἀεὶ σοι. Χαίρειν.

Quomodo ad Principem Vallesium Gassendus scripserit

 259. *a.*

259. *a.* 261. *a.* 263. *b.* 264. *b.* 266. *a.* 278. *a.* 280. *a.* 292. *b.* 295. *a.* 296. *b.* 305. *a.* 311. *a.* 313. *b.* 315. *b.* 316. *b.* 319. *b.* 321. *b.* 324. εὐπράττειν expreſsè ſcribit: & in cæteris literis, quæ in libro *eidem* inſcriptæ proſtant, etiam εὐπράττειν ſubintelligo. Cùm autem *à pagina* 338. *ad* 390. literæ Principis Valleſij ad Gaſſendum ponantur, & in ipſis non εὐπράττειν, ſed in unâ aut alterâ εὐλογίζειν, & in cæteris εὐλογεῖν, colligo hanc eſſe differentiam, ut inferior Superiori εὐπράττειν, ſed εὐλογεῖν dicat inferiori Superior. Firmant hanc differentiam Epiſtolæ Chriſtinæ Suecorum Reginæ Sereniſſ. Potentiſſ. Sapientiſſ. quæ *pagin.* 317. 321. 329. 331. *&c.* leguntur: & una Ioſepho Mariæ Suareſio, Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Vaſionenſium Epiſcopo, quæ ponitur *pag.* 328. nam etiam in his εὐπράττειν Gaſſendus ſcribit. Hanc autem differentiam Samuel Sorberius ignoraſſe, aut ſaltem neglexiſſe videtur, quoniam εὐπράττειν *pag.* 499. *b.* & χαίρειν *pag.* 508. *b.* imò etiam χαίρειν, καὶ εὐπράττειν, *pag.* 526. *a.* 528. *a.* ipſi Gaſſendo inſcribit: cui *pag.* 409. *b.* Conſtantinus χαίρειν: & *pag.* 393. Erycius Puteanus σπουδαίως ζῆν ἄριστον. Et Gottifredus Wendelinus ὑγιαίνειν καὶ ζῆν. Fortè ὑγιαίνειν καὶ ζῆν.

Quomodo ad Gaſſendum Valeſius? *Quomodo ſuperior inferiorem: & quomodo inferior ſuperiorem ſalutet.* *Petendi & dandi benedictionem mos.*

Habemus in Sanctâ Regulâ. *Vbicumque autem ſibi obviant Fratres, junior à priore* (ſeniore) *benedictionem petat, &c.* iterumque. *Siquis autem Frater, pro quâvis minimâ causâ, ab Abbate, vel à quocumque priore* (ſeniore) *ſuo corripiatur, &c. mox ſine mora tandiu proſtratus in terrâ ante pedes ejus jaceat ſatisfaciens uſque dum benedictione ſanetur illa commotio.* Et ideò in dialecto Regulari, quâ utimur, cùm junior dicit ſeniori *benedicite*, vel more Græco, *benedicere* [a] diceret, ſi Græcè loqueretur εὐπράττειν: & ſenior reſponderet, εὐλογεῖν.

S. Benedictus in Regul. cap. 63. & 71.

a] Græci frequenter infinitivo abſoluto utuntur.

163 *An Herculeſ fuerit Gentilium Deus?*

OSculabantur, ut diximus, amicorum faciem: & hinc collige, quòd Hercules ab illis fuerit poſitus inter Heroas aut Semideos; nam ſi Deum credidiſſent, ſuaviis ejus pedes aut genua honoraſſent. Cicero in Verrem libr. 5. *Ibi ex ore ſimulachrum ipſius Herculis, quo non facile*

facile dixerim me quidquam vidisse pulchrius ; usque eò , judices , ut rictum ejus ac mentum paulò sit attritius ; quod in precibus , ac gratulationibus (veriùs *gratationibus* , ut Lipsius *Elector. lib.2. cap.6. pag.634. b.* bene correxit) *non solùm id venerari , sed etiam osculari solent.* Observavit insolentiam venerationis Lipsius , & ait. [Quod tamen rariùs factum , ut Cicero ipse indicat , &c.] At ego putarem nunquam factum , nisi eo tantùm casu , quo Viros illustres colerent. Hinc patet in illo ad suam Amicam Disticho,

Cur eius faciē oscularentur Veteres?

Tange manu mensam , tangunt quo more precantes ,
Optabis merito cum mala multa viro:

Ovidius correctus.

non *mensam* , sed *mentum* Ovidium dixisse : quoniam illa tangendo amici mentum eidem abblandiebatur , & tangendo proprium, Deorum implorabat auxilium : *nam antiquis Græciæ* , monente Plinio , *in supplicando mentum attingere moris fuit.*

Mentum tangere , quid?

Principes , qui osculis dignati sunt alios , aut sibi dari permiserunt , ab humanitate laudati. Crevit hic usus sub Augusto. Oscula quotidiana Tiberius , asserente Suetonio , interdixit edicto : sed tamen repulsam à Romanis passo, nam ita invaluit consuetudo, ut ex illâ Martialis occasionem habuerit suos numeros condiendi multis salibus. Plinius dilaudat his verbis Trajanum. *Gratum erat cunctis , quod Senatum osculo exciperes , sicut dimissus osculo fueras.* Et ex Suetonio constat , Neronem odia populi fuisse promeritum , *quòd neque adveniens , neque proficiscens , quemquam osculo impertiret.* Galba voluit videri humanior : ait enim idem Author. *Manè Galbam* (Otho) *salutavit ; utque consuerat , oscula exceptus , etiam sacrificanti interfuit.* Et apud Latinum Pacatum Theodosius , *ille, cohonestatus affatu , ille mensâ beatus , ille osculo consecratus est.* Et eò venerunt oscula, ut non jam amoris, sed urbani cujusdam cultûs, sicut etiamnum in Galliâ , exhiberentur. Apte Philo Iudæus. φίλημα δὲ διαφέρει τοῦ φιλεῖν , τὸ μὲν γὰρ ψυχῶν εὕρεσιν ἁρμοζομένων εὐνοίᾳ , τὸ δὲ ψιλὴν καὶ ἐπιπόλαιον δεξίωσιν χειλέων πρὸς ἐς ταυτὸν συναγούσης ἔοικεν ἐμφαίνειν. Hæc osculandi con-

164

Oscula tolerata : aucta : interdicta.

Data amicitiam conciliant , odia ingerunt negata.

Oscula ex urbanitate data.

Diversi Gallorũ & Hispanorũ mores.

suetudo non reperitur in Hispaniâ, & ideò pacis osculum, quod non nisi cum dedecore (Hisp. *con descortezia*) omitteretur apud Gallos, cum insolentiâ & scandalo apud Hispanos exhiberetur.

165 *Ethnici osculabantur Deorũ manus.*

QVia servi manum Domini osculabantur, ad Deos transtulit cerœmonia devotio, ad Principes & Imperatores adulatio. De Diis Lucretius.

——Tum portas propter, aëna
Signa, manus dextras ostendunt attenuari
Sæpe salutantum tactu, præterque meantum.

Ecce tam assidua Deorum manibus oscula imprimebantur, ut illæ attererentur, immò attenuarentur, ut Lucretius notavit.

An Divinitas sit extrinseca Denominatio?

Deorum cultum ad Principes transtulit indiscreta & superstitiosa assentatio; admisit dominantium temeritas; quoniam Priscorum opinione Divinitas in extrinsecâ denominatione ponebatur. Martialis.

Qui finxit varios pario de marmore vultus,
Non facit ille Deos; qui colit, ille facit.

An homini sit liberum Deum facere?

Esse ergo Deum, ad Antiquorum mentem, non erat habere nobilissimas virtutes & prærogativas, sed adorari. Quo supposito errore, quia liberum illis erat, hunc adorare, seu manum osculari, sic & liberum erat, cùm vellent, & quos vellent, Deos ex hominibus facere. Faciebant, quoties honores exhibebant Principibus, quos cultui priùs Divino præscripserant. Hinc in summum adulatio succrevit: & quoniam supplicantes in templis Deorum manus exosculabantur, occœpit populus manum Imperatoris, & posteà etiam Procerum osculari. De Catone Plutarchus. Ἐπεὶ δὲ τέλος εἶχεν ἡ στρατεία τῷ Κάτωνι, προεπέμφθη οὐκ εὐχαῖς, ὃ κοινόν ἐστιν, οὐδ' ἐπαίνοις, ἀλλὰ δάκρυσι καὶ περιβολαῖς ἀπλήστοις ὑποτιθέντων τὰ ἱμάτια τοῖς ποσὶν ᾗ βαδίζοι, καὶ καταφιλούντων τὰς χεῖρας, ἃ τῶν αὐτοκρατόρων ὀλίγοις μόλις ἐποίουν οἱ τότε Ῥωμαῖοι.

Summa vulgi militaris adversus Catonem devotio.

Postquam finiit Catonis militia, non votis, neque laudationibus, quod tralatitium est, eum dimisere; sed cum lacrymis multis & complexibus, vestes pedibus ejus substernentes, quà incederet,

incederet, & manus ejus deosculantes: quæ paucis omninò Imperatorum ejus ævi Romani tribuebant. Hinc lux Historiæ Christi: inquit enim Matthæus cap. 21. 9. Ὁ δὲ πλεῖστος ὄχλος ἔστρωσαν ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐν τῇ ὁδῷ, ἄλλοι δὲ ἔκοπτον κλάδους ἀπὸ τῶν δένδρων, καὶ ἐστρώννυον ἐν τῇ ὁδῷ· οἱ δὲ ὄχλοι, οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες, ἔκραζον λέγοντες, ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ, εὐλογημένος, ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου: vel ut habet Lucas capit. 19. 38. λέγοντες. Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος Βασιλεὺς ἐν ὀνόματι Κυρίου, hoc est. *At plurima turba straverunt sua vestimenta in viâ: alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in viâ: at turbæ præcedentes, & sequentes clamabant dicentes, Hosanna filio David, Benedictus, veniens (Rex:* sic habet S. Lucas) *in nomine Domini*, &c. Vide iterum Matth. 23. 39. Marc. 11. 9. Luc. 13. 35. Ioann. 12. 13. Ecce, qui ramos arborum, & qui vestes substernebant in viâ, manibus loquebantur, & dicebant

An advenientis pedibus vestes substernere, loqui sit? An sit dicere Tu es Rex?

Quid sit ramos cædere?

Bernardus *tom. 1. serm. in Dominic. Palmar. pag. 66.*

Tu Rex es verus, Davidis & inclyta proles,
Nomine qui Domini nunc benedicte venis.

Et quoniam aliud est proprias vestes exuere, & ad triumphantis pedes sternere, & aliud alienarum arborum ramos cædere, & viam ornare, aliter isti, & aliter illi loquebantur; de quo argumento exstat apud D. Bernardum Melliflua Acroasis, quam attentè interlegere potest erudita devotio.

Candidati adulationis gratiâ iis, à quibus ipsorum dependebat promotio, etiam osculo manuum illorum qui dignitates collaturi, clementiam affectumque implorabant. Seneca Epist. 119. *Alius eorum manus osculis conterit, quibus designatus contingendam manum negaturus est.* Et Valerius. *Cùm ædilitatem Curulem adolescens* (Scipio Nasica) *peteret, manumque cuiusdam rustico opere duratam, more Candidatorum tenaciùs apprehendisset, joci gratiâ interrogavit eum, an manibus solitus esset ambulare.* An-ne hodie inter Christianos aliqui manibus ambulant? Ambulant Eleemosynarij: quorum unus dicebat cum Davide, *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum.* Quod enim avaritia

166 *Eorum, qui collaturi erant munera, manus osculabantur candidati.*

Digressio. *De Eleemosynariis.*

compresserat, dilataverat Charitas. Hæc virtus nos conducit per viam.1.Ioann.5.6.*Et hæc est Charitas,ut ambulemus secundum mandata eius.* Hæc & dilatat cor. Ephes.3.17. *In Charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit latitudo, & sublimitas, & profundum.* Chrysostomus 3. *caput Epistolæ ad Ephesios* exponens. *Hoc curemus dilecti, ut Charitatem Dei cognoscamus; nempe, quæ sit illius latitudo, longitudo, profunditas & sublimitas. Magnum hoc est: nihil quippe nobis ita proderit*, &c. Ita ille *homil.* 7. & hæc denique ambulat, immò pervolat manibus. Vide Florilegium Langij, & tres vel quatuor authoritates Patrum opportunas invenies.

Charitas dilatat cor.

Charitas erga proximum manibus exercetur.

Etiam in sago hujusce adulationis indicia, Vopiscus in Aureliano. *Post hæc Valeriani dicta surrexit Aurelianus, atque ad manus accessit, agens gratias militaribus verbis.* Et Capitolinus.*Fuit Maximinus sub homine impurissimo tantùm honore præditus Tribunatus:sed nunquam ad manum ejus accessit, nunquam illum salutavit*,hoc est, *nunquam eius osculatus fuit manum.* Tacitus Hist. lib.1.*Ruere cuncti in castra, laudare militum judicium,exosculari Othonis manum.* Et lib.15.Annal.*agere grates Diis, genua ipsius advolvi, & dextram osculis fatigare.* Et in Tiber.Suetonius c.72.*Chariclem Medicum,quod manum sibi osculandi causâ apprehendisset.* Appulejus. *Pontianus pedes nostros advolutus,flens, & manus nostras osculabundus*,&c. Transivit in abusum dissolutionemque usus iste, nam eo res venit, ut etiam nobiles vilium manus, si illorum auxilio indigerent, oscularentur. Seneca. *Hoc ego deprehendam, alienorum servorum osculantes manum.*

Manum etiam Imperatoris milites.

Usus in abusum degeneravit.

Utram manûs partem oscularentur?

Sed utram manûs partem: an-ne palmam, an-ne alteram partem osculabantur? Plinius. *Dextra osculis aversa appetitur, in fide porrigitur.* Vtram cœlo exponebant. Horatius. *Cœlo supinas si tuleris manus.*

Vtram in oratione cœlo objiceret?

167

Anne postumus, an verò posthumus sit scribendũ?

SEd, quid innuere aut dicere Martialis voluit, illo nunquam satis intellecto Epigrammate.

Basia das aliis, aliis das Postume dextram.
Dicis: Vtrum mavis, elige? malo manum.

Et

Et primò occurrit nomen *Postumus*. Et inquiro, An-ne bene à Martiale, & aliis sine aspiratione scribatur? Porrò *posthumus*, si appellativum est, eum signat, *qui post humum*, & non potest adspiratione carere: at verò, si nomen proprium sit, ut monet Calepinus, potest habere aliam originem, & aliter etiam pronunciari, nam tametsi *Cœlum*, aut *Cælum* scribi debeat, *Celestius*, *Cœlestinus*, *Celius*, & alia similia nomina, quia propria sunt, apud plurimos diphthongo carent.

An Celius, Celestius, Celestinus debeant per diphthongum scribi?

Ajo secundò in communi Postumum opinione hominem fuisse, qui teterrimo oris fœtore laborabat: & hanc ob causam maluisse Martialem ab illo manu tangi, quàm ore invadi. Sed hæc interpretatio, ut pote obvia & passim admissa à Grammaticis. nihil gratiæ aut acuminis reconditioris habet. Et hanc ob rem

Qualis fuerit Postumus?

Dico tertiò Herodem ita in infantes sæviisse, ut & proprium filium occidi jusserit: & Augustum exsecrando hoc scelere audito exclamasse, *Mallem equidem in domo Herodis esse porcum, quàm filium.* Quæ poterimus verba ad numeros sequentes reducere.

Pulchra Augusti exclamatio.

Ignoscit porcis, gnatumque occîdit Herodes?
Eius, quàm gnatum, malo fuisse suem.

Igitur, si dixerimus, Postumum fuisse falsum fratrem, & intimos amicos prodidisse, & mancipia & homines viles exaltasse, tunc sic poterimus Martialis interpretari Distichum. *Alios loco amicorum habes, ut eos perdas: alios in servorum numero, ut ad dignitates promoveas: si mihi optioni locus esset, possemque alterutram conditionem eligere, in servorum mallem, quàm in amicorum numero recenseri.* Conceptûs ergo in Epigrammate à Martiale reconditus, hanc aut aliam similem historiam respicit.

Utra iniquior sit, servi, an amici conditio?

INterdum majoris reverentiæ gratiâ non Principis ma- 168
num inferior, sed suam propriam osculabatur: qui posteà cultus in Sacris habitus. Ritûs ratio ex quâdam specie Humilitatis sumitur: qui enim se indignos crederent, qui

Oscula interdum insinuata, non data.

qui ore profano Deos oscularentur: manum priùs ad Numen motam, ac si illud tetigisset, ori admovebant; & sic putabant se Deos religiosiùs & reverentiùs exosculari. Plinius innuit hunc morem fuisse communem ævo suo. *In adorando*, ait, *dextram ad osculum referimus.* Minutius Felix in Octavio. *Cæcilius simulacro Sarapidis denotato, ut vulgus superstitiosus solet, manum ori admovens, osculum labris impressit.* Nota modum loquendi, non enim ut ait, ore Cæcilius fuit osculatus manum, sed manu os. In Apologia priori Appulejus. *Nulli Deo ad hoc ævi supplicavit; nullum templum frequentavit: si fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratiâ manum labris admovere.* Et lib. 5. Milesiar. de Psyche idem Author. *Multi denique civium, & advenæ copiosi, inaccessæ formositatis admiratione stupidi, & admoventes oribus suis dextras primore digito in erectum pollicem residente, ut ipsam prorsus Deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur.* Eodem sensu Martialis,

An hoc modo sint culti Dij?

An ore manum, an verò manu os exosculemur?

De orantium digitis: qualem habuerint dispositionem?

Roma salutavit voce, manuque Deum.

Appulejus. *Orantium ille habitus est, ut manibus extensis in cœlum, precemur:* & lib. de Mund. Aristoteles. πάντες οἱ ἄνθρωποι ἀνατείνομεν τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐχὰς ποιούμενοι.

An Orientales Idola sua adoraverint manu?

Ritus hic videtur ab Oriente & Asiâ in Græciam, & Latium venisse, Exclamat Iob. 31. 26. *Si vidi Solem cùm fulgêret, & Lunam incedentem clarè: & letatum est in abscondito cor meum; & osculatus sum manum meam ore meo.* Et quid mali, si manum exosculatus suam fuisset? Respondet. *Est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum.* Ergo idem erat coram Sole aut Lunâ ori admovere manum, ac illum aut hanc adorare. Eodem sensu intelligi debent illa verba 3. Reg. *Quorum genua non sunt incurvata ante Baal: & omne os, quod non adoravit eum osculans manum.* Quò respiciens S. Hieronymus in Ruffinum ait. *Qui adorant, solent deosculari manum, & capita submittere.* Apud Isaiam 44. 19. hæc lego. *Non recogitant in mente suâ, neque cognoscunt, neque sentiunt, ut dicant. Medietatem eius combussi igni,* & *coxi super carbones*

An etiam Hebræi, qui in Ethnicismum lapsi?

nes eius panes. Coxi carnes, & comedi: & de reliquo eius Idolum faciam. Ante truncum ligni procidam: Pars eius cinis est: cor insipiens adoravit illud, & non liberavit animam suam, neque dicet, Fortè mendacium est in dexterâ meâ. Memento horum Iacob, & Israël. &c. Sed quid est *Idolum facere?* Respondebit Martialis.

Quid sit Facere Idolum?

Qui finxit sacros Pario de marmore vultus,
Non facit ille Deos; qui colit, ille facit.

Dij Gentiū lignei.

Et quid importat, *Esse in dextrâ mendacium?* Dicam. Erat Adorationis ceremonia. Ante truncum ligni (hoc est, ante Idolum, quod plerumque erat ex ligno dedolatum) procidebant: & in illud intendentes, manum propriam osculabantur. Et hæc ipsa manus exosculatio erat signum, quo illud esse verum Deum protestabantur. Manu igitur loquebantur Ethnici: &, ut bene illos incriminatur Isaias, manu etiam mentiebantur: illa enim verba ad Idolum directa, *Tu es verus Deus*, sive labio, sive manu dicantur, sunt mendacia, & sacrilega.

An loqui manu? an etiam mentiri possimus?

Hanc inflexionem corporis (cultum Deo soli debitum) sibi temerè arrogabat Alexander. Sabellicus *lib. 6. Enn.* 4. [Post res in Asiâ gestas, cùm jam Indicam suscepisset expeditionem, cepit in tanto rerum successu gloriæ cupidus, ut jam non aliter, quàm prostratis humi corporibus se salutari pateretur.] Ecce volebat ut Deus coli: & Adulatores hac inflexione corporis, eumdem Deum esse mentiebantur. Quid autem illi facerent prosterni jussi? Adnuerent, an veriùs renuerent? Ne adnuerent, Demades suaderet, & Evagoras: Cassander autem, ne renuerent. Historias addo. [Demadem Oratorem missum, quòd Alexandrum Deum dixisset, decem talentis Athenienses mulctarunt, Evagoram verò, quod Regem eumdem adoraverat, interfecerunt.] Est ergo periculosum Regibus adulari. [Cassander, Antipatri filius, Babylonem veniens, cùm barbaros venerabundos (humi prostratos) Alexandrum salutantes (adorantes) conspexisset, vir in libertate nutritus Græcâ, atque huius spectaculi hactenus insolens,

An prosternere corpus, loqui sit? An illum, cui hac reverētia exhibetur, esse Deū protestari?

Quo ritu coli voluerit Alexāder?

Demades, & Evagoras, quòd Alexandrū adoraverint:

Cassander, quòd non adoraverit, puniti sunt.

in cachinnum effunditur. Eâ tamen re Rex ita exardet, ut arreptum crinibus caput eius, ambabus manibus vehementer ad parietem contuderit. *Plutarchus* in Alex.] Est ergo periculosum Regibus non adulari. Ergo, cùm neutrum securum sit, quid viro prudenti consulitur? ut

Politicum Monitum.

Exeat ab aulâ, si velit esse pius.

An, & qualiter histriones populum adorarint?

Hoc etiam histriones ritu populum adorabant. Et Nero, ut omnibus suis numeris histrionem exprimeret, Tacit *lib.* 16. *Annal.* asserente; *postremo genu flexus, & cœtum illum manu veneratus*, &c. Et apud Suetonium Claudius. *Eosdem spectacula edentes, surgens & ipse cum caterâ turbâ voce ac manu veneratus est.* Et libr. 1. Hist. *Nec deerat Otho protendens manus adorare vulgum, jacere oscula, & omnia serviliter pro dominatione.*

An iaciantur oscula?

De manu admota oculis.

Alij non ad os, sed ad oculos alterius manum admovebant. Appulejus lib. 4. *Tandem denique reversus ad sensum præsentium, artreptâ manu Fotidis, & admotâ luminibus meis. Patere, oro te, inquam, dum dictat occasio, magno & singulari me affectionis tuæ fructu perfrui, & impartire nobis unctulum indidem, per istas tuas papillas* (lego *pupillas* cum Lipsio *Elector. lib.* 1. *cap.* 18. *pag.* 608. *a.*) *mea mellitula; tuumque mancipium irremunerabili beneficio tibi perpetuò pignora.*

An, & quid significet genua osculari?

169 Osculari genu majoris obsequij & reverentiæ nota, ab adulatione erga Principes initium sumpsit, & fuit sensim ad Deos translatum. Ammianus lib. 28. *Ex his quidam, cùm salutari pectoribus oppositis cæperunt, osculanda capita in modum taurorum minacium obliquantes, adulatoribus offerunt genua suavianda, vel manus.* Et quidem sine ullâ adulationis umbrâ Petrus, nimio terrore perculsus provolvitur ad genua Domini nostri Iesu Christi. Historiam Lucas 5. 8. recensuit & exposuit his verbis. *Venerunt, & impleverunt ambas naviculas, ita, ut pene mergerentur. Quod cùm videret Petrus*, προσέπεσε τοῖς γόνασι τοῦ Ἰησοῦ. *accidit* (*adhæsit*) *genubus* (procidit ad genua) *Iesu: & dixit.* &c.

Adulationem-ne, an etiam devotionem significet?

Est

Est hoc, quid medium inter osculum manûs & pedis: quod potest exemplis antiquis & modernis suaderi. Selinus, Ottomanus, Turcarum Imperator, qui tandem obiit anno 1518. exercitum direxit in Cairum. Expeditionem totam recenset Comes Alfonsus Loschius in Compendio Historico. Ego autem, quia esse brevis desidero, ex pag. 195. has pauculas lineas exscribo.

De Polonorum & Cosacorū bello

Selini Imperatoru expeditio in Cairum.

Con bell'ordinanza, passato il quarto giorno di riposo ne'padiglioni spinse l'esercito, commettendo lavanguarda nell'entrar della porta detta Bossuella a Ianus Bassà. Con poco contrasto entrò nella Città mà portatosi nell'aperto delle strade, ritrouò tal incontro, & oppositione, che se non veniua il Bassà soccorso dall'istesso Selin restaua con la gente Giannizzera oppresso, e trucidato. Lo spatio di tre giorni continui, & tre notti, si combattè con tale ostination delle parti, che aglutinati combattendo à corpo à corpo sino allo spirare dell'anima, con le mani, co'denti, urti, e strida si dimenauano, ne cedeuano terra, ò luogo, se non era cosperso di sangue, del quale non fu contrada; benche ignota, che bagnata non fosse. Restarono in fine vincitori li Turchi, dei quali ne perirono quantità innumerabile. Li miseri Cairoti in maggior parte furono a filo di spada tagliati, molti de'quali gettate l'armi, e datisi su la fede à Selin furono nulla dimeno perfidamente ammazzati. Gazzele, veduto disperato il regnare de'Mamalucchi dei quali non rimasero, che poche reliquie, si presentò a Selin, a cui bacciato il ginocchio, nella di lui clemenza si rispose. Accolto quello, con segni d'amore, e di molta stima dielli nel campo Turchesco honorata condotta.

Invadit Ciuitatem.

Ingreditur.

Periclitatur: & defenditur.

Conflictus perseverat triduò.

Stat victoria à Turcis.

Occiduntur Cairenses, etiam contra fidē promissam.

Gazzelius se sponte Selino concredit: & ejus osculato genu, benignè suscipitur.

Ecce Gazzelius ne se æquaret Victori, & ne se in ipso infortunio contemptibilem redderet: manum osculari non ausus, dedignatus ad osculum pedis recurrere, mediam inivit viam, & osculando genu, *se esse Principem quidem, sed Principi maiori subditum*, Politicè professus est.

Aliam addam historiam; ut quid *osculari genu* importet, luculentiùs ostendam. [Dum Cosaci sub annum 1644. bellum contra Polonos gererent, ab illis fuit

De Cosacorum & Polonorū bello.

Magnus Tartariæ Chamus, vir quidem ferox, & instructus numeroso equitatu. Intercedebant Europæ Principes, ut inter illos pax honestis & congruis articulis iniretur: &, ut ad illam expeditiùs accederent, armistitium admittitur. Colloquij hora decernitur: acies utrinque disponuntur: prodeunt in medium Principes. Poloniæ Rex mansit in equo: etiam Tartariæ Chamus: Hic, ut cum Virgilio loquar,

Regum colloquium.

Virgilius Æneid. 8.

—— *Regem dictis affatur amicis.*

Et dexteram exhibendo subiungit.

Accipe, daque fidem: sunt nobis fortia bello
Pectora, sunt animi, & rebus spectata juventus.

Pauci Proceres, qui Cosaco aderant, se demittunt ex equis, & Regis pedem exosculantur: tandem etiam descendens ex equo suo Cosacus, ulnis femur Regis amplectitur, & genu fuit exosculatus.] Ergo Cosacorum στρατηγὸν, modestiam amans, nec se Regibus æquat; nec ad ordinis inferioris conditionem demittit; ideoque nec manum tangit, nec osculatur pedem, sed mediam viam init, & soli Poloni Regis genu os adfigit. Habeo à D. Carolo Francisco, tunc Centurione, qui fuit præsens.

Cosacus Poloni, non pedem, sed genu osculatur.

170 FLectere plus est, quam osculari genu; & ideò considerandum est, qualis sit cultus, qui genuflexione exhibetur. Sicut voces, sic ceremoniæ significant ad placitum: & illis quibus λατρείαν exhibemus, creaturas celebrare non possumus. Sanè Genuflexio & alij ritus similes in Phœniciâ Regibus debebantur. Euripides.

Apud Phœnices coluntur genuflexione Reges.

Γονυπετῆς ἕδρας προσπίτνω
Σ', ἄναξ, τὸν οἴκοθεν νόμον σέβων.

Supplex te, Rex, venerans genibus
Patrio advolvor de more tuis.

Scriptor vitarum Illustrium virorum in Conone. *Necesse est, si in conspectum veneris, venerari te Regem, quod προσκυνεῖν illi vocant.* Græci sæpe pro eo dicunt προσπίπτειν. Et de Legatis Carthaginensium Livius. *More adorantium* (*accepto*

Etiam apud Carthaginenses.

Immò & apud Hebraos.

(*accepto credo ritu ex eâ regione ex quâ oriundi erant*) *procubuerunt*. Sed & Hebræi alienum à Religione non putarunt coram suis Regibus genuflectere. Iosephus de Davide Saulem Regem venerante, προσκυνεῖται αὐτὸν πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον ὡς ἔθος. *Veneratur eum pronus cadens, ut moris est*, quod & fecit Nathan coram Davide 1. *Reg.* 1. 23.

Quos etiam imitantur Christiani.

Etiam coram imaginibus Imperatorum genua flectere, aut procumbere, irreligiosum non putarunt Christiani: At postquam statuis suis falsorum Deorum imagines Iulianus addidit, ut vel sic illas adorare Christianos cogeret, debuerunt rem Theologi altiùs præmeditari.

Iulianus Imperator suis imaginibus imagines Deorum adjungit.

An tunc possent Christiani corã statuis genuflectere?

Erant, qui dicerent, adhuc posse Cæsaris statuas honorari: nam coram tabulâ, in quâ præter Christum & latrones crucifixos, sunt Ethnici milites, carnifices, equi, arbores, saxa, &c. genuflectimus, & tamen nemo suspicatur hac ceremoniâ nos, vel malum latronem, vel carnifices, vel Iudæos, vel equos, vel aliam rem adorare, sed omnes sciunt, illam genuflexionem nostram ad solum Christum dirigi.

Sententia asserens.

Ergo similiter, etsi Iuliani statuæ in vestibus millena idola picta haberent, veneratione Civili possent coli: & tunc hæc reverentia extrinseca non ad idola in veste picta, sed ad solam statuam, & per illam ad Imperatorem referretur. Et horum sententia Theologorum locum habere posset, si illæ imagines in Iulianææ aut etiam aliarum statuarum vestibus essent pictæ per accidens:

Sententia negans.

& ideò prudentiores & doctiores tenuerunt, debere Christianos mori potiùs, quàm venerando statuas coadorare Idolorum imagines: illa enim Genuflexio per Imperatoris Edictum restricta esset sacrilega.

Christianorum constantia in Iuliani Apostatæ persequutione.

Et plerique omnes hanc sententiam amplexi, maluerunt Apostatæ Imperatoris indignationem incurrere, & damna gravissima subire, quàm statuas illas honorare; ut narrat S. Gregorius Nazianzenus. PERSÆ coram suis Regibus prosternebantur: at Græci, se tantùm in sacris coram Deo prosternebant.

Quomodo colebantur Reges Persia?

Et inde dubium excitabatur, *An Græci in Persiâ possent, sicut linguâ Persicâ, sic etiam uti Persicis ceremoniis?* Erat communis negativa sen-

tentia; & quidam Christianus, qui asserenti adhærens Regem more Persico venerabatur, fuit multis scandalo, & mutavit sententiam, quod cultum illum aliovorsum interpretando trahi videret. Debemus enim colere Principes, non tamen ita, ut illos æquare Deo putemur. Tertullianus ad Scapulam. *Colimus Imperatorem sic, quomodo & nobis licet, & ipsi expedit: ut hominem à Deo secundum* [a] *& quidquid est, à Deo consequutum, & solo Deo minorem.* Et adversus Gentes scribens. *Temperans Majestatem Cæsaris infra Deum, magis illum commendo Deo, cui soli subÿcio: subÿcio autem, quem non adæquo.* Et mox. [*Dicam planè Imperatorem* Dominum*: sed quando non cogor, ut* Dominum *vice* Dei *dicam.*] Vox enim *Dominus* latè patet, & significat *herum*, & *Deum*. Cùm meo arbitrio relinquor, Imperatorem voco *Dominum*, quia hæc vox per personam loquentem contrahitur: nam à Christiano non nisi Christianè debet dici: at, si Tyrannus jubeat, ut vox *Dominus* vice vocis *Deus* usurpetur, per præceptum restringitur, & quia Deum significat, Imperatori accenseri non potest.

Quomodo Græcia Principes?

Quomodo Principes colendi sint?

a] Non dicit, quod vult Tertullianus: qui enim est solo Deo minor, *primus à Deo* vocari debet, non *secundus*.

Dicis, non bene asseri à nobis genuflexionem apud Hebræos esse civilem ceremoniam, quam poterant exhibere Principibus. Et ut sacram & religiosam esse ostendas, ais incriminari in Testamento Veteri illos qui genua flexerunt coram Baal: & eos laudari, qui genua flectere, coram eo noluerunt. Vide *libr.* 3. *Reg.* 19. 18. Prætereà. Apud *Isaiam* 45. 24. dicit Dominus. *In memetipso juravi. Egredietur de ore meo Iustitiæ verbum, & non revertetur: quia mihi curvabitur omne genu* (me ut Deum cognoscent, & adorabunt omnes) *& iurabit omnis lingua.* ET CLARIUS apud Danielem 6. 10. jusserat enim Darius ne intra triginta dies aliquid vel à Deo, vel ab homine, nisi à se peteretur: & Daniel *fenestris apertis in cænaculo suo contra Ierusalem tribus temporibus in die flectebat genua & adorabat, confitebaturque coram Deo suo, sicut & antè facere consueverat.* Nota illud *apertis fenestris*, nota illud *& adorabat*: nam Deus, quem colimus, non est Princeps

Civilis-ne an sacra Ceremonia sit genuflexio?

Darij de nullo colēdo Deo decretum.

An clam sit adorandus Deus?

ceps tenebrarum, sed Princeps lucis: & ideò postulat, non ut clam, sed ut palam eum adoremus. Prætereà, illa vocula *&* non ibi ponitur conjunctivè, sed appositivè; idem enim significat, ac *id est*, ut sensus sit. *Flectebat genua, id est, adorabat.* Hoc sensu accepta fuit à Plauto in illo versu, *Annos est natus jam sexaginta, & senex.* Ibi enim *habere sexaginta ætatis annos*, & *esse senem*, non sunt duæ res, quæ conjunguntur, sed est una & eadem, quæ diversis verbis significatur.

Vocula, &. si sumatur ἐξηγητικῶς, significat id est.

ADDAM ex Michææ 6. 6. unam lineam. Ait enim. *Quid dignum offeram Domino? Curvabo genu Deo excelso.* Ergo genuflexio importat cultum dignum Domino: ergo & λατρείαν; nam δουλεία indigna est Domino, tribuitur enim servis Domini.

An ad latriam spectet genuflexio?

PRODEST audire Matthæum 17. 14. scribentem. Accessit ad eum (Iesum) *homo* γονυπετῶν αὐτὸν; genupetens ipsum (*genibus provolutus ante eum*) adorans eum; *& edicens: Domine miserere filio meo, &c.*

Quid sit γονυπετῶν?

SIMILE verbum apud Marcum 1. 40. legitur: ibi enim: *venit ad eum leprosus deprecans eum, &* γονυπετῶν, genupetens (*genu flexo*) adorans, *dicit ei: Si vis, potes me mundare.* ET INFERIUS, cap. 10. 17. *Adcurrens quidam, &* γονυπετήσας αὐτὸν genupetens eum (*genu flexo ante eum*) adorans eum, *rogabat eum, Magister bone, quid faciam ut vitam æternam* κληρονομήσω *hæreditem?* Et hîc notari obiter debet, aliud esse *genuflectere*, & aliud diversum *genupetere*; quoniam genuflectere dicitur, qui postquam erecto corpore accessit, flectit genua: genu autem petere, qui in loco distante genu flectit, & posteà se genibus promovet.

An genu petere, genuflectere sit?

LEGO apud Lucam 22. 41. θεὶς τὰ γόνατα ponens genua (*positis genibus*) adorans *orabat.* SIMILEM modum dicendi reperio Actor. 7. 60. qui Ariæ Montani diligentiam aufugit, nam intactam Versionem Vulgatam reliquit. Ibi enim *Stephanus.* θεὶς τὰ γόνατα ponens genua (*positis genibus*) adorans, *clamavit voce magnâ, Domine, ne statuas illis peccatum hoc.*

Stephanus orat pro inimicis.

ET INFERIUS cap. 9. 40. Tabitham à mortuis fuisse excitatam recensetur his verbis. *Ejiciens autem foras omnes Petrus,* θεὶς τὰ γόνατα, *ponens genua* (adorans) *oravit: & conversus*

Tabitha à mortuis excitatur.

Videtur plus esse flectet, quã flectetur: sponte enim genua flectimus, & possunt inuitu genua flecti. Sivis, utere distributione accommodã, ita, ut Cælestes, & terrestres flectant genua: & inferi seu dæmonibus, vel nolentibus genua flectantur.

versus ad corpus dixit, Tabitha resurge: illa verò aperuit oculos suos, & videns Petrum resedit: dans autem illi manum, erexit eam. Hvc etiam pertinent, quæ cap. 21. 5. leguntur. Et θέντες τὰ γόνατα, ponentes genua (*positis genibus*) adorantes *in littore oravimus.* Romanos Paulus cap. 14. 11. his verbis. *Vivo ego, dicit Dominus; quoniam mihi flectet* (flectetur) *omne genu* [*cælestium, & terrestrium & infernorum*] *& omnis lingua* (me) *confitebitur* (Deum) *Deo.* Et hìc obiter nota illa, quæ claudit [ ] quadrata parenthesis in Latino Vulgato non legi. Latriam similiter important illa ejusdem Apostoli verba ad Ephesios 3. 14. scripta. *Flecto genua mea ad Patrem* (Adoro Patrem) *Domini nostri Iesu-Christi*, &c.

Exponitur locus Apostoli. Ad Philipp. cap. 2. 10.

Verbum est identitatem significat, si substantive sumatur.

An genuflectere sit loqui?

Præter hos omnes locos, qui intentum tuum manifestè probavisse videntur, adhuc alium producis, qui rem clariùs & liquidiùs evincat. S. Paulus sic ad Philippenses declamat. *In nomine Iesu omne genu flectatur, Cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus in gloriâ est Dei Patris.* Attende. Quid confitetur omnis lingua? Dominum nostrum Iesum-Christum esse Deum: id enim, ut etiam alibi notavi, importat illud *est*, quod substantivè & idemticè sumitur. Et quorum est hæc omnis lingua? Cælestium, terrestrium, & infernorum. Et quomodo loquuntur Æthereæ, terrestres, & subterraneæ creaturæ? Genu-flectendo. Ergo genu-flexio est loquutio, est confessio, est moraliter vox: & genu est moraliter linguâ. Ergo, si audito Sacro-sancto nomine Iesu, Petrus exclamet, *Dominus noster Iesus-Christus est Deus.* Et Ioannes tacitus *genu flectat*; dicendi sunt, duo signa æquipollentia præstitisse; quoniam genuflexio est adoratio, & per nomen Iesu, quod auditur, restricta, est adoratio Domini nostri Iesu-Christi.

Genuflexio est ceremonia indifferens, quæ

Respondeo Genuflexionem esse ceremoniam cultui Sacro & Civili communem: & ideò per personam *cui* restringi: nam, si exhibeatur Deo, Religiosa est, si Imperatori, Regi, Principi, &c. Politica. Ajo, omnia, quæ in

in Objectione dicta, ad duas consequentias reduci; quarum ERAT PRIMA. *Nemo potest coram Idolo genuflectere: Ergo genuflexio importat latriam: Patet; nisi enim exhibita Deo esset latria, non esset exhibita statua idololatria.* ERAT SECVNDA. *Deus vult sibi exhiberi. Ergo Genuflexio includit in suo conceptu latriam.* Et hæ duæ rationes dissolvuntur hoc modo. AD PRIMAM concesso antecedente nego consequentiam: Dæmonem enim, ne quidem duliæ cultu possumus honorare: quam ob rem non solùm idololatria, sed etiam idolodulia exsecrabilis esset. AD SECVNDAM respondeo Genuflexionem secundum se, latriam non esse: at verò ad Deum directam & restrictam per personam *cui*, in latriam verti.

potest in Sacris & in Politicis adhiberi.

De Idolodulia: An sit licita

PEdum osculo Deos coluerunt Veteres: huncque honorem per tyrannidem usurparunt Imperatores Regesque, qui se esse Deos, aut Deorum gnatos delirarunt: quam ob rem *osculari pedem* sumitur pro *adorare.* Dionem audi: Caius enim, ut ait, ἐφίλει ὀλιγίστους· τοῖς δὲ πλείστοις καὶ τῶν συμβουλευτῶν ἢ τὴν χεῖρα, ἢ τὸν πόδα προσκυνεῖν ὤρεγε. Vertit Lipsius. *Paucissimos osculatus est: plerisque autem, etiam Senatorum, vel manum, vel pedem præbuit adorandum.* Ecce in voce προσκυνεῖν, in quâ ego audirem *osculum, latriam* ipse, & *adorationem* intellexit; & mentem suam nobis explicuit hoc Scholio. [Dico *adorandum*, & ita Græcum verbum est, ut videatur ex eo elici, non os quidem admotum pedibus, sed dextram (nempe priùs admotam pedibus) eámque deinceps ad os relatam.] Hinc patet verbum *adoro*, sub significatione quâ hîc accipitur, non ab *oro* & *ad* componi, sed à voce *ad ora* (ut sit *ad ora admoveo*) derivari. 171

Deos antiqui osculo pedum venerabantur.

Quid adorare pedem sit?

Unde dicatur adorare?

Maximinus, ut ait Capitolinus, *in salutationibus superbissimus erat, & manum porrigebat, & genua sibi osculari patiebatur; nonnunquam etiam pedes.* Idem in Cajo Caligulâ Dio fuerat incriminatus. Πομπώνιος Σεκοῦνδος τότε ὑπατεύων παρὰ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ καθήμενος, ἐπικύπτων συνεχῶς αὐτοὺς ἐφίλει. *Pomponius secundus* [a] *tunc Consul, pedes Caligulæ adsidens,*

a] Σεκοῦνδος, & ποδονίπτης

dens , idemtidem se inclinans , eos osculabatur.

dixit Dio, vt moneret, nomina propria debere retineri, non verti.

Interim, idem Capitolinus teste Iosepho Langio *in Florilegio, verbo. Honor.* & iterum *verb. Ornatus* narrat, Maximum Seniorem Cæsarem nunquam ad oscula pedum quempiam admisisse : dicebat enim, *Dÿ prohibeant, ut quisquam ingenuorum pedibus meis oscula figat.*

Modestia Maximi Imperatoris.

Asiæ Reges suos subditos ad osculũ pedis admittunt?

Et hodie in toto Oriente moris est, ut qui ad Regem admittuntur, coram eo prosternantur, & osculentur pedem. Hoc Persiæ Regem cultu veneratur, qui prima vice ad eum accedit : hoc est, qui extra vrbem Regiam fuerat, & revertitur : nam, si postea pluries ad Regem veniat, ad pedes Regios non iubetur provolvi. Sic Petrus della Valle, in suâ Perside, & alij, qui Eoas regiones peragrarunt.

172 VErsus ille 7. Psalmi 131. *Introibimus in tabernaculum eius : Adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius* : agit de re futurâ : videlicet Christi Domini Nativitate, & dixisset Hispanicè. *Entraremos en su tabernaculo : y adoraremos el lugar en que ayan estado sus plantas.* Rebus enim attactus reverentiam conciliat : unde non solum vestes, sed terram quam viri sancti presserunt pedibus, venerari solemus. Possem multa exempla proferre, sed duo tantùm adducam : alterum ex Gentili, & alterum ex Historia Ecclesiasticâ. OCCVRRIT PRIMÒ Atticus, cuius præclara verba in suo Lipsiomnemate [a] anniversario Erycius Puteanus produxit : habet enim in margine, *Hunc locum à magno & docto Principe Ioan. Fern. Velasco, Magistro Equitum Castellæ, &c. in libro* Historiæ Iacobææ *expressum, suave hîc mihi fuit usurpare.* Et in corpore. [*Legere Lipsium quisque volet, ubi scripsisse intelliget; cogitare, ubi quandoque docuisse. Libare vestigia suave erit; pium præsenti adfectu tanti Viri cineres venerari.* Movemur enim (Attici sententiâ utar) nescio quo pacto locis ipsis, in quibus eorum, quos diligimus aut admiramur, adsunt vestigia. *Exemplum ipsius Attici videamus.* Me quidem, *inquit*, illæ ipsæ nostræ Athenæ : non tam operibus magnificis

An à Viris sanctis, qui illa inhabitant loca sancta possint extrinsecè denominari?

D. Ioannes Fern. de Velasco laudatus

a] Μνήμη est memoria, & inde Erycius Puteanus τὸ Λειψιόμνημα deduxit. An benè? Assero; tametsi multi contradicant.

gnificis exquisitisque antiquorum artibus delectant, quàm recordatione summorum Virorum; ubi quis habitare, ubi sedêre, ubi disputare sit solitus: studioseque eorum sepulchra contemplor. *Fiet in Lipsio, quem tanti fere est conditum Lovanij, quanti docuisse. Non Tumulum, sed Pharum lucentem censeo: & hoc splendore ad tranquillitatem bonarum Artium Iuventutem undequaque convocandam*, &c.]

Omnes ex naturali instinctu loca, in quibus fuerunt Venerabiles viri veneramur.

OCCVRRIT SECVNDÒ, P. Franciscus Carriere qui in Digesto Chronologiæ Papalis, Adriani I. qui anno DCCLXXII. ad summum Sacerdotium adsumitur, gesta referens, exponit quantâ sit Rex Carolus veneratione prosequutus locum (templum) in quo Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli corpora etiamnum conservantur: inquit enim. [Adrianus legationem mittit ad Carolum Magnum Francorum Regem, quâ eum rogavit, ut sicut eius pater Pipinus, ita ipse subveniret Ecclesiæ oppressæ à Longobardo. Movet Carolus exercitum, & Longobardum à faucibus montis Cinicij divinitùs excussum Papiæ obsedit. Pendente obsidione venit Romam: Papa ad atrium S. Petri opperitur eum: Rex omnes gradus sigillatim deosculatus est; ac demum benigne cum amplexibus susceptus populo acclamante, *Benedictus, qui venit in nomine Domini.*]

Adrianus I. Summus Pontifex.

Carolus Magnus Ecclesiæ periclitanti succurrit.

Papia obsidet Longobardum.

Romam venit.

Omnes tēpli S. Petri gradus sigillatim exosculatur.

Cum magnâ acclamatione suscipitur.

Et quidem hæc ipsa osculandi loci sacri limina & gradus ceremonia, apud Ethnicos antiquissima est, & etiamnum observari videmus. Appulejus. *Exosculatis vestigiis Deæ, quæ gradibus hærebat argento formata, ad suos discedunt Lares.* Quò videtur respexisse Tibullus, dum cecinit.

Non ego, si merui, dubitem procumbere templis,
Et dare sacratis oscula liminibus.

Hunc osculandi limen morem, etiam nunc conservari in Oriente constat ex Petro Valle, qui *Epist.* XII. *datæ Spahanij.* 23. *Febr.* 1621. *num.* VIII. agens de Dacanij Regis *Legato pag.* 19?. Sic inquit. *Il giorno, che fece l'entrata, con solennità, e con buon'accompagnamento, per quanto comportaua l'assenza della Corte; nell'andare alla casa aßegnatali,*

Dacanij Regis Legatus ingreditur Spahanium.

 passando

Descendit ex equo, & osculatur lumen porta Regia. *passando inanzi alla porta del Re, scese di Cauallo, & ando a baciar la soglia della Porta del Palazzo, che da loro e tenuta per cosa saca conforme vn tempo fà, sò pur di hauere scritto: onde, non solo hanno per peccato il calcarla col piede, e passandoni sopra la trapassan con le gambe; come a punto faceuano inostri antichi Gentili che essi ancora, secondo Varrone adotto da seruio nel suo Comento alla Egloga ottaua di Virgilio, haueuan per sacra la soglia delle porte, e la teneuam consecrata alla Dea Vesta; ma di più, molti che sono assai diuoti, usano questa cerimonia di baciarla, e ne sperano ancor gratie, come da vn luogo Santo.*

Idem olim fecisse Ethnicos cõstat ex Varrone apud Servium.

Per terram repere. Alij in maioris devotionis signum non solùm limina osculabantur, sed ad illa serpendo, toto prostrato corpore, promovebantur. Huius ritûs *libr.5.Sylvar.* Statius meminit.

——Nunc anxius omnibus aris
Illacrimat, signatque fores & pectore terget
Limina. [sic enim legi debet, & non *Lumina.*]

Terram capillis verrere. Et fœminæ cultûs sacrioris gratiâ, excutiebant capillis pulverem, qui fortè liminibus hæserat. Thebaïde quartâ idem Statius.

Te sine sat dubium cœtu solante timorem
Fallere, & incultos aris advertere crines.

Sensus hiat; nec enim congruè verba conveniunt inter se. Sic illa restituit aut corrigit Lipsius.

Te sine sat dubium calatho solante timorem
Fallere, & incultos aris adverrere crines.

Moris enim erat, ut religionis gratiâ nobiles fœminæ aras crinibus verrerent. Livius lib. 26. *Matronæ circa Deûm delubra discurrunt crinibus passis aras verrentes.* Dixerat lib.3. *Stratæ passim Matres, crinibus templa verrentes veniam irarum cœlestium exsposcunt.* Appulejus lib. 5. Tunc Psyche uberi fletu rigans Deæ vestigia, humum *verrens crinibus suis.* Lucanus lib. 1.

Hæ lacrimis sparsere Deos, hæ pectora duro
Afflixere solo, lacerasque in limine sacro
Attonitæ fudere comas.

Et

Et Polybius: αἱ δὲ γυναῖκες περιτροχάζουσαι τοὺς ναοὺς, ἱκέτευον τοὺς Θεοὺς· πλυνοῦσαι ταῖς κόμαις τὰ τῶν ἱερῶν ἐδάφη· τοῦτο γὰρ ἔθος αὐταῖς ἐστὶ ποιεῖν, ὅταν τις ὁ λοίσχατος τὴν πατρίδα καταλαμβάνῃ κίνδυνος. Et in panegyrico ad Maximianum Mamertinus. *Matres Italæ pensa manibus abjecerunt, parvos liberos abreptos ad templa traxerunt; ibi ædes sacras passo capillo suo quæque verrebant.* [a] Variam apud D. Petrum Calderon, Poëtam nostro ævo celebrem, eruditionem reperio. Hunc morem Veterum concipiens animo, promôvit: jussitque, ut sicut mulieres crinibus, sic & viri barbâ sacra vestigia verrerent. Tom. 3. in Comœdiâ, quæ *La hija del Ayre* inscribitur, [æ] part. 2. act. 3. fol. 159. col. 3. introducit Chatum dicentem.

Muy bien despachado vá,
No le arriendo la ganancia:
A mi libranza me attengo,
Merecida por mis cañas.
Y mis canas a barrer
Me da, Gran Señor, tus plantas;
Puesto, que barre, y no besa,
Quien tiene escoba por barba.

Ecce Semiramidos, quam esse Ninum, ejus filium, putabat, pedes, quos crinibus fœminæ, barbâ Chatus verrit, ut hoc cultu suam erga tantum Regem devotionem & affectum ostendat.

a] Sed quomodo fœminæ ædes sacras verrebant crinibus? Puto non posse id fieri realiter: & ideò moraliter fuisse factum: ita ut illæ insinuauerint gestu & motu se passis capillis terram verrere.
Pedes barbâ verrere.
æ] *Semiramis*, ut vult Calderon, est nomen Chaldæū, & *Filiam aëris* significat. Christianus Matthias *in Theatro Historico, pag.* 27. *b.* ait *Diodorus Siculus scribit* Semiramidem *à columbis altricibus dictam; nam Assyrij Columbā* Semiramidem *vocant.*

HInc Evangelio lux, ait enim Lucas 7. 36. Καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Φαρισαίου ἀνεκλίθη· Καὶ ἰδοὺ γυνὴ ἐν τῇ πόλει, ἥτις ἦν ἁμαρτωλὸς, ἐπιγνοῦσα, ὅτι ἀνάκειται ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Φαρισαίου, κομίσασα ἀλάβαστρον μύρου· Καὶ στᾶσα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὀπίσω κλαίουσα, ἤρξατο βρέχειν τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῖς δάκρυσι, καὶ ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμασσε, καὶ κατεφίλει τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἤλειφε τῷ μύρῳ. *Et* (Iesus) *ingressus in domum Pharisæi discubuit. Et ecce mulier in civitate, quæ erat peccatrix, cognoscens, quòd accubuit in domo Pharisæi, afferens alabastrum unguenti. Et stans secus pedes ejus retro flens, cæpit rigare pedes ejus lacrymis, & capillis capitis sui extergebat, & osculabatur pedes ejus & ungebat*

Maria Magdalena Christi Domini pedes lachrymis lavit, & capillis tersit.

An fuerit Martha soror?

gebat unguento. & ipsemet Christus paulò inferiùs, Pharisæi inurbanitatem reprehendens, omnes has cæremoniäs dilucidat. Et Ioannes *cap.* 11. 2. agens de duabus sororibus, Marthâ nimirùm & Mariâ, ut universis innotesceret, quænam esset hæc ipsa, illam describit sic. ἦν δὲ Μαρία, ἡ ἀλείψασα τὸν κύριον μύρῳ καὶ ἐκμάξασα τοὺς πόδας αὐτοῦ ταῖς θριξὶν αὐτῆς. *Erat autem hæc Maria, quæ unxit Dominum unguento, & extersit pedes ejus capillis suis.* Et, ut ex *cap. seq.* colligitur, pluries id fecit. Quoniam in domo propriâ, cùm hospitio recepisset Iesum, λαβοῦσα λίτραν μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτίμου, ἤλειψε τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐξέμαξε ταῖς θριξὶν αὐτῆς τοὺς πόδας: ἡ δὲ οἰκία ἐπληρώθη ἐκ τῆς ὀσμῆς τοῦ μύρου. *Accipiens libram unguenti nardi pistici* (*fidelis*, Hisp. *fino*) *multipretij, unxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes ejus; & domus impleta est ex odore unguenti.* Exclamavit Iudas: [nam sicut hodie hypocritæ vitia fovent sub virtutis specie, sic avaritiam ipse suam obumbrabat Charitatis fulgore:] & religiosam actionem Magdalenæ prodigalitatis incriminatus, hoc responso à Christo Domino dimissus est. Ἄφες αὐτήν. εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τετήρηκεν αὐτό. *Sine illam: in diem sepulturæ meæ conservavit illud.* Ergo in hac sanctâ fœminâ pedum oscula, unguentum, capillos, & lachrymas consideremus.

An pluries Christi Domini pedes unxerit, & absterserit?

Quale sit unguentum nardi pistici?

Cur Iudas exclamaverit?

173 Lachrymæ (nam ab his volo incipere) in summo silentio loquuntur, & ita humanitùs vociferantur, ut audiantur in cœlis. S. Ambrosius libr. 9. super Lucam. *Lachymas Petri lego, satisfactionem non lego: sed quod defendi non potest, ablui potest. Lavant lachymæ delictum, quod voce pudor est dicere vel confiteri. Lachrymæ veniam non postulant, sed obtinent.* Et ibid. *Flevit amarè, ut lachrymæ lavarent delictum: tu similiter lachrymis dilue culpam. Non invenio quid dixerit, sed quòd flevit.* Augustinus ad Probam. *Absit ab oratione multa precatio, sed fervens perseveret intentio. Nam multum loqui, est in orando rem necessariam superfluis agere rebus. Multum autem precari, est eum, qui precatur, diuturnâ cordis oratione pulsare: nam plerumque hoc negotium plus gemitibus, quàm sermonibus agitur: plus fletu, quàm*

An lachrymæ vociferentur?

Quanta sit lachrymarum efficacia?

quàm affatu. Quò respiciens S. Benedictus sic definit. *Non in multiloquio, sed in puritate cordis, & compunctione lachrymarum nos exaudiri sciamus.*

S. Benedictus in Regul. c. 20.

NOTA.

HOdie, dum Matutinum legerem, incidi in Psalm. LXXI. (qui feriâ IV. secundi Nocturni quintus est) & meditari incœpi illos versus. 174

An, & quomodo Romæ Iudæi ad pedis osculum à Summo Pontifice admittantur? Psal. LXXI. dilucidatur?

Orietur [a] *in diebus ejus Iustitia & abundantia pacis, donec auferatur Luna.* Hoc est, in æternum.

Et dominabitur à mari usque ad mare: & à flumine usque ad terminos, orbis terrarum.

Coram illo procident Æthiopes, & inimici ejus terram lingent.

Reges Tharsis & Insulæ munera offerent: Reges Arabum & Saba dona adducent,

Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes servient ei, &c.

a] Ad laudem Principis N. erecta fuit Inscriptio *Orietur*, &c. præscripsesunt *Æmuli*, ut esset *Morietur*, &c. fueruntque ab ingenio laudati.

His numeris Propheta Rex Domini nostri Iesu-Christi Majestatem describit. Cætera bene intelligo, & singula in diversis concionibus dilucidavi: & in illis tantùm verbis, *Inimici eius terram lingent*, maximam difficultatem invenio.

Pono primò, hæc verba non fuisse, dum Christus viveret, verificata: nam Christiani erant pauci, & intra terminos Palæstinæ contenti: non ergo sub illud tempus omnes ei Reges, sed neque omnes gentes servivrunt.

Multæ Prophetiæ de Christo in Vicario ejus verificantur.

Pono secundò Dominum nostrum Iesum Christum, prout tulerunt tempora, à diversis, & Europæ ignotis, Regibus Oratores & obedientiam per Romanum Pontificem, suum in terris Vicarium, suscepisse. Ergo Davidis verba in Christi Vicario locum habent. Et hinc colligo, Versum illum, *Et inimici eius terram lingent*, hunc sensum

Quinam sint in rigore loquendo Christi inimici?

sensum reddere. *Coram eius Vicario, & inimici eius terram lingent.*

Mogoris imperium ubi sit?

Et qui sunt ejus, si sincerè loquamur, inimici? Non Ethnici, qui Christum inter Deos Romæ habere voluerunt: & in Mogoris (est potentissimus Imperator inter Persas & Sinas) Oratorio etiamnum habent. Non Mahometani, qui eum summis efferunt laudibus; & ubi Politicæ rationes non obsunt, Christianos diligunt. Superest ergo, ut Iudæi, Christi Domini inimici dicantur: ipsi enim Christi nomini infensissimi sunt, & quà licet, in perniciem Christianorum conspirant: nosque redigerent in cineres, si vires voluntati essent similes.

An Ethnici & Mahometani Christum colant?

Odium hoc demonstrant in Christi personam & doctrinam evomitæ. Ioannes Baptista Ionas [qui anno 1625. ex Iudaicâ perfidiâ ad Fidem Orthodoxam conversus, verbo & calamo contra Rabbinos egit;] in Prooemio ante Evangelia, quæ in Hebræum sermonem fidelissimè transtulit, posito sic inquit. [*In scribendo Christi nomine* (Iudæi) *affirmant hoc nomen* ישו, Iesvs, *non derivari à radice* ישע, *quod sonat*, genus humanum à peccato primi hominis salvavit, *ideoque dicitur* יהושוע, Iehoscivha, *aut* ישוע Iescivha: *sed Hebrai ex malignitate ipsum Iesum vocant* ישו, Iesv, *cujus nominis litera sonant secundum ipsos* delebitur, *videlicet* nomen ejus, & memoria ejus. *Dicunt enim literam* י Iod *sonare* ימח, *Imach*, delebitur; *literam* ש scin, שמו, *scemó*, nomen ejus; *& literam* ו Vau וזכרו, *vezichró*, & memoria eius.] Sanè Radix ישע, *Iasciah*, habet generalem significationem, & *salvare* sonat: & ad talem personam (D. N. Iesum-Christum) restricta, est *talem & taliter salvare*, nempe, ut vertebat Ionas, *genus humanum à peccatis per suæ passionis merita salvare.* Et hoc credere Iudæi nolunt; & ideò illum non ישוע, Iesciuha, *Salvatorem*; sed ישו *Iesu*, hoc est, *cuius nomen & memoria delebitur*, ut dicebamus. Sed non solùm in Christi personam, sed etiam in doctrinam Iudæi insolentes insaniunt: nam ibidem prædictus Ionas ait, *Thalmudista, qui post Evangelium vixere, cùm rei veritatem celare vellent, hac*

Ioan. Bapt. Ionas Evāgelia in linguam Hebraïcā cōvertit.

De Iesv nomine unde derivetur? ישו ישוע ישע

Quid significet Radix ישע?

De Evangelio. An Hebraïce per ב *an vero per* ו *scribendum sit?*

hac de causâ non legunt hanc vocem cum Beth, *sed cum* Vau, *nam cùm* Vau *significat* tortum: *vel pro* Even *legerunt* Avon, *quod sonat* peccatum, *ad Evangelij veritatem occultandam, ut Isaias prædixit, & nos peculiari capite explicamus.* In Sabat. cap. 16. *cujus initium est* כל כתב *habetur.* Evangelia comburentur, & libri Hæreticorum (*quo nomine intelliguntur ab eis Christiani*) & Liber Legis Moysis ab Ethnico scriptus cremabitur cum nominibus sacris, quæ ibi continentur. [b] *Rabbi Mehir nominabat Evangelia* peccatum manifestum, *& Rabbi Iochanam* Injuriam apertam, *atque hi ambo Rabbini, qui Antonini Pij tempore vixerunt, ita suos discipulos instruebant ad celandam veritatem, ex odio, quo Christum prosequebantur. Sic & tantùm huic odio indulgent, ut mutent voces substantialiter: ideoque non oppugnant nostram vocem, sed eam quam ipsi excogitarunt,* &c.]

Even & Avon, quid significent

b] Plato in Crat. *Libri, etiam boni, sceleratorum hominum, ut memoria illorũ auferatur, sunt tollendi Græcorum lege.*

Ergo, siquidem perfidi Iudæi sunt inimici D. N. Iesu Christi: ipsi sunt, qui speciali condemnati sententiâ *coram eo* (aut coram ejus Vicario) *terram lingent.* Sed quando? 174.*b.*


Raro, & non nisi ob gravia negotia summus Pontifex Iudæorum Consules ad audientiam admittit. Habet supra pedem Crucem Pontifex, quam osculantur Christiani, qui coram illo procidunt. Verùm enim verò Pontifex; tum, quia indigni sunt, ut ad pedum osculum admittantur; tum, quia illi morderent potiùs Crucem, quam oscularentur, quando Iudæus in terram provolutus os Pontificio pedi admovet, illum Pontifex subtrahit, & terram, quam Christi Vicarius pede presserat, Iudæus lingit. Hanc Vrbanus VIII. ceremoniam, non à libris instructus, non à Magistro rituum monitus, sed cœlitùs illuminatus observavit, dum ob nova tributa Iudæos conquerentes audiret. Non eos in μυχῷ, ubi Christianos solet, sed in προμυχῷ, dum egrederetur [b] coram populo & Ministris sibi adesse permisit. Nec mireris tam parvi Romæ fieri Iudæos; nam in totâ Germaniâ eos, ne quidem communi patibulo Tribunalia dignantur: ubi enim Christianus pendet, qui est Christi charactere insignitus,

Non pedem Pōtificis Iudæi, sed quā pes presserat, terram lingunt,

Μυχὸς & προμυχὸς la camera, y la anticamera, exprimi Latinè non possunt.

Patibuli figura in Germaniâ.

signitus, & tametsi peccaverit, ἐξομολόγηση Christo, & morte satisfecit Reipublicæ, non debet pendêre Christi hostis, cujus anima in inferno comburitur. [Patibuli in Germaniâ figura est A B C D : in eo Christianus suspenditur ab E, Iudæus ab F.]



D. Iosephus Ciantes, qualis? quantus!

Id quod de Vrbano VIII. dixi, narravit mihi Illustrissimus D. Iosephus Ciantes, Marsicensium Episcopus. Fuit Patritius Romanus, & Ordinis Prædicatorij Religiosus: magno fructu conciones contra Iudæos in Vrbe habuit: S. Thomæ libros in linguam Hebraicam convertit, & in lucem emisit; & ad Episcopatum promotus, sanctissimè vixit, & plenus gloriâ & honore anno 1670. obdormivit in Domino.



ARTICVLVS X.

De Iudæ osculo. *An oscula significent quidpiam naturaliter? an ad placitum soleant significare? An & mentiri possint? An & voces restringere?*

175  OSCVLIS loqui homines, vidimus: sunt enim oscula, si casta, naturalia quædam benevolentiæ signa: &, si lasciva, sunt naturalia signa propudiosæ libidinis; & in hoc non pendent ab hominum placito. An ne & poterunt mentiri osculo? Posse & solere supponit S. Benedictus, indicens cap. 4. *Pacem falsam non dari:* & tamen *cap.* 53. *veram dari* præcipit: inquit enim. *Vt ergo nunciatus fuerit hospes, occurratur ei à Priore, vel à fratribus cum omni officio Charitatis: & primitùs orent pariter, & sic sibi adsocientur in pace. Quod pacis osculum, non priùs offeratur,*

S. Benedictus in Regul. cap. 4. num. 25. & cap. 53.

offeratur, nisi oratione præmissâ propter illusiones diabolicas. Vocatur *pacis osculum*, quod æquipolleat verbis, quibus salutamus amicos, & eis salutem & pacem optamus. Et quidem formula salutandi apud veteres *Pax tibi* fuit: & illâ utitur Christus, cùm ait: *Pax vobis.* Luc. 10. 5. & 24. 36. Ioann. 14. 17. & 20. 21. 26. quam ob rem amicum exosculari, sine ullius verbi prolatione significat, *Pax tibi.* Mentitur igitur, qui pacis præbet osculum, animo maligno & inimico. Tale fuit Iudæ osculum: cujus sacrilegam proditionem his verbis *cap.* 26. 48. S. Matthæus describit. Ὁ δὲ παραδιδοὺς αὐτὸν ἔδωκεν αὐτοῖς σημεῖον, λέγων. ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι· κρατήσατε αὐτόν. Καὶ εὐθέως προσελθὼν τῷ Ἰησοῦ, εἶπε· Χαῖρε ῥαββὶ, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν. ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ. ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει; & ut addit Lucas *cap.* 22. 48. Ἰούδα φιλήματι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως; [*At tradens (qui tradidit) eum dedit illis signum, dicens.* Quemcumque osculatus fuero, ipse est, prehendite (tenete) eum. *Et confestim accedens ad Iesum dixit:* Ave (Gaude) Rabbi. *Et osculatus est eum At Iesus ait illi.* Amice: in quo ades? (ad quid venisti?) *& subjunxit.* Iuda, osculo filium hominis tradis, &c.

De pacis osculo.

Osculo Christum Iudas tradidit.

Osculum, quod ab *ore* Latinus nuncupat, Græcus φίλημα dicit, à verbo φιλεῖν, *amare*; unde φίλος *amicus*, amicitia enim in amore consistit. Erit ergo φίλημα, *amicitiæ signum:* & quia signum amicitiæ erat *pacis osculum*, ideò pro illo usurpatur. Ergo res ipsa (osculum) duas habebat significationes: alteram naturalem quodammodo, & communi omnium hominum apprehensioni consentientem alteram ad placitum, & à conventione desumptam. Vi prioris significationis æquipollet his verbis. *Iste est meus amicus:* & vi posterioris huic: *Iste est quem vendidi; apprehendite, & tenete eum.* Ecce osculum, quod aliud omninò diversum significaturum erat, à privatâ militum & Iudæ concordiâ habet, ut priorem notionem amittat, & ad aliam transferatur, & contrahatur.

Osculum φίλημα. φίλος. φιλεῖν.

Res ipsa quæ est osculum habet duas significationes.

Et hîc opportunè hic Casus conscientiæ proponetur. [Erant inter Cajum & Didacum simultates, & queri-

Casus proponitur.

moniæ multæ : & tamen quia ſic poſtulabat urbanitas, Caius inviſit Didacum, & ait Χαῖρε, *Ave*, *Gaude* & ei reſpondit Carolus, ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει ; *Amice, inquo ades?* Et Caius. *Mentiris per tuum collum, Carole. Ego enim nec Iudas ſum, nec proditor; nec unquam traditionem commiſi.* Turbantur Circumſtantes, & interrogant; An injurioſa fuerint verba Caroli? An illa Græca ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει ; an illa etiam Latina, *Amice, in quo ades? ad quid veniſti?* cenſenda ſint æquipollere his, *Tu es unus Iudas. Tu es unus proditor.*

Verba Caroli.

NOTA.

De Symbolis et Hieroglyphicis.

An habeant interdum ancipitem ſignificationem? & An hæc per circumſtantias reſtringatur?

176 Cenſentur acutiora & digniora, quæ remotiorem à ſenſibus ſignificationem habent : & ideò *Stemmata cantantia* dicuntur cùm id ipſum, quod ingerunt ſenſibus, ſignificant, ut quando Leonis imagine *leo*, & equi effigie *equus* ſignificatur. Hæc Symbola in pretio non ſunt; & condemnantur in omni erudito certamine. Obiit Philippus III. Hiſpaniæ Rex, & ut modum imponeret lachrymis Salmantina Vniverſitas, provocavit ad certamen & arenam ſuas Muſas, jubens ut lugerent harmonicè, ad numeroſque ſua ſuſpiria elimarent. Et in Certamine de Hieroglyphicis ne Rex ullus, aut Corona pingeretur, inhibuit; nam Symbola, ſi immediatè rem exprimant, gratiâ carent. Quæ à longè petuntur, ſunt ambigua; &, niſi reſtringantur, nîl ſignificant determinatè. Sed quia interdum eſt ſubalterna Reſtrictio, alterâ indiget Reſtrictione, ut ſenſus pateat. Nam conſignificantes circumſtantiæ ſunt etiam aliquando communes, & manebunt ancipites, niſi ab aliis ſupervenientibus contrahantur. Vt hoc meliùs intelligas, proponam

Quæ Symbola ſint ingenioſiora? Stemmata cantantia quæ? De Certamine Poëtico Salmanticenſi ad Regis Philippi III. glorioſam memoriam publicati. Cur Coronarum & Regum inhibuerit effigies? De ſubalternâ Reſtrictione. An circumſtantia, quæ

ponam quamdam Legationem Symbolicam, quæ non videtur valde clara. [Scythiam cum numeroso milite ingressus fuerat Darîus, potentissimus Persarum Rex: &, quia clima erat frigidum, & regio sterilis, totus eius exercitus rerum omnium inopiâ laborabat. Interim Hyperboreus Princeps, cum muneribus, videlicet mure, ranâ, ave, & quinque sagittis ad Darîum Oratores legavit.] Fatebor latissimè nomen *Legationis* patere: at non statim capiam, quo modo per murem, avem, ranam, nec non sagittas restringatur. Quoniam, si rem accuratè perpendam, adhuc hæc restrictio relinquit rem dubiam & æquivocam, & restrictione alterâ indigere videtur: hæc enim ipsa signa, aliter ab Arrogantiâ, & à Prudentiâ aliter determinantur. Vnde Darîus, quoniam superbiâ obcœcabatur, *per murem terras, per ranam aquas, per avem equos, per sagittas arma sibi subiici*, fuit interpretatus: Gobrias verò, nam erat catus cautusque, altiùs circumstantias considerans, & præcipuè insolentiam Scytharum, & Persarum inopiam perpendens, ait Legatos non verbis, sed illis symbolis sui supremi Principis mentem exponere: quoniam vociferabantur taciti, & dicebant. *O Persa: nisi ut mures subeatis subterranea, aut ut ranæ insiliatis in paludes, aut tandem avoletis ut volucres, citò eritis his sagittis confecti.* Et promovebitur Apophthegmatis gratia, si ex sagittarum numero, quinque esse Hyperboreas provincias, quæ contra Persas descendebant, dicamus.

Minas has, quas Hyperboreus ille Princeps symbolis ingeniosis evomuit, expressis verbis fulminavit Æneas in ultimo illo duello, in quo Turnum immolavit Pallanti. [a] Certamen cecinit Virgilius his verbis.

Æneas instat contrà, telumque coruscat
Ingens Arboreum, & sævo sic pectore fatur.
Quæ nunc deinde mora est? aut quid iam Turne retractas?
Non cursu, sævis certandum est cominùs armis.
Verte omnes te te in facies, & contrahe quidquid,

dicuntur restringere, alterâ aliquando restrictionem recipiant? Brus. libr.... cap. 30.

An eadem verba vel signa, aliter à superbo, & aliter à Prudente exponantur?

Exponitur Symbolica Scytharum ad Darium legatio.

N. B. Olim Symbolis, sed jam usu receptis, utebantur legati. Virgilius Æneid. 11. *Iamque Oratores aderant ex urbe Latinâ, Velati ramis oleæ; veniamque precantes.* Ergo ferre olivæ ramos, erat veniam deprecari.

Virgilius *Æneid.* 12. *prope fin.*

a] Turno pepercisset Æneas, sed ubi Pallantis prospectavit spolia, quibus indutus fuerat Turnus,

furiis accensus & ita exclamat. Tu-ne hinc spoliis indute meorum, Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere Pallas immolat, & pœnam scelerato ex sanguine sumit.

Sive armis, sive arte vales, opta ardua pennis
Astra sequi, clausumque cavâ te condere terrâ.
Ille caput quassans. Non me tua fervida terrent
Dicta, ferox: Dij me terrent, & Iuppiter hostis.&c.

Ergo Hyperboreus Princeps, varia mittendo ad Cyrum Symbola, tacitus exclamabat, *Verte omnes te has in facies,* & illa ostentando inculcabat.*Contrahe quidquid sive armis, sive arte vales,*& volucrem trudendo ob oculos, addebat, *Opta ardua pennis Astra sequi.*Et objectando murem, subiiciebat, *Opta clausumque cavâ te condere terrâ:* potuissetque per ranam dicere, *Optaque cavis te mergere in undis; Deficient vires, successum Dea dira negabit.* Et Cyrus plura *caput quassans* in contemptum Scytharum diceret, quàm, si verbis multas, easque indigestas contumelias ferox & audax eructaret.

Quassare caput est aliquē contemnere, & contumeliis afficere.



ARTICVLVS XI.

An nihil significet aliquid? &, An per nihil aliquid restringatur?

177 HABET silentium linguam eloquentissimam,& multa clariùs & meliùs tacendo dicimus, quàm si copiosè eloqueremur. Noverat id Plutarchus inter Ethnicos; inquit enim:*Vt Mysteria cum silentio spectantur: ita quædam meliùs laudantur silentio, quàm oratione:* & inter Orthodoxos Davides, qui Deum laudaturus usus vocibus fuit, quæ silentium & panegyricum significarent,dixit enim, *Te decet Hymnus* (legunt alij, *silentium*) *Deus in Sion.* Nam Divinarum perfectionum mysteria tacendo digniùs, quàm eloquendo celebramus. Interim quia varia sunt silentia, & diversas significationes habent, aliqua præmittemus.

Plutarchus in Moralib.

An detur silentium Panegyricum?

Deus est silentio celebrandus

Superiùs *num.........n. §. Multi*, ostendimus, cautè Hebræos

Quomodo, & cur He-

Hebræos nihil omninò ſcribendo aut dicendo, Chriſtum Dominum ſignificare: ne, ſi fortè aliquam ſacrilegam blaſphemiam evomant, ſubjectum, in quod diſploditur, cognoſci poſſit.

brai exprimant nomen Christi

Plura ſilentium complectitur, quàm diffuſæ orationes: & injuriâ receptâ, plus qui tacet, quam qui clamat, minatur.

Dolorem Animi meliùs exprimit ſilentium, quàm vox: unde quidam Vir prudens, cùm maximè eſſet anxius, dicebat.

An plus prudentes homines, silendo, quã clamando loquantur?

Solo el ſilencio eſt teſtigo
De mi dolor y tormento:
Y aun no cabe, lo que ſiento,
En todo lo que no digo.

Vt enim Menander cecinit. *Ille qui iniuſtè læſus,*

Διὰ τῆς σιωπῆς πικρότερον κατηγορεῖ.

Per ſilentium amariùs & acerbiùs accuſat.

Porrò ſilentium loquitur, immò eloquitur, dialecticatur: quod exemplis plurimis confirmari adhuc poterit. Apud D. Petrum Calderonem in Comœdiâ, quæ inſcribitur, *Tam bien hay duelo en las Damas*, (& habetur *part.* 3. *fol.* 257. *col.* 2.)

De silentij eloquentiâ. An rhetoricetur?

N. B. Petrus debet hoc ſcire: Ego illi dicam, *non eſt bona cõſequentia: ſunt enim, quæ debeat ſcire, non autem per te, ſed per alium.*

Felix. *Con vueſtra licencia: dime*
Simon. Simon. *Dime tu primero,*
Que te hizo Don Pedro para
Reñir con el? Felix. *Dexa eſo:*
Que aunque has de ſaberlo, no
Soy yo del que has de ſaberlo,
Si ya no es, que ſin mi voz
Te lo diga mi ſilentio.

Et ibidem, *fol.* 261. *col.* 4. Felici ſuo Violantia.

An loqui possis, quin loquaris; & audire quin audias?

Pues ya que vos ſin decir
Decir lo que no quereis,
Eſcuchadme, porque haveis
De oir ahora ſin oir
Felix mis obligaciones, &c.

Et apud M. Tirſum de Molina in Cigarralium primo

(ſic

(sic vocantur) *libr.*1.*fol.*64.*col.*3.amasiam suam Mirenus, non loquendo, sed tacendo concelebrat.

Madalena. *Pudiera serviros,*
Segun fuè buena, de materia
Para hablar en su loor.
Mireno. *Con callar la alabo.* [æ]

Et Cigarralium quarto *lib.* 1. *fol.*173.*col.*2. D. Manriquus, ut dignas haberet Regi gratias, sic inquit.

Con callar pago mejor
Tantas mercedes, &c.

Et tandem Cigarralium quinto, *fol.*197.*col.*2.inter dotes, quæ Virginem pulchriorem reddunt, Taciturnitatem recenseri debere innuit Fisbertus his verbis.

Diana, Conde, es discreta,
Y con migo ha consultado,
Quan bien dize con su estado
Vuestra edad subia y discreta [&]
Y respondiendo por ella
A vuestra escusada duda,
Que en tal accion el sêr muda
Haze la Novia mas bella.

Pingebat Junior quidam Rhetoricam, & scientias cæteras, quæ Encyclopædiam constituunt figurâ sphæricâ, quæ omnium est nobilissima. Sunt sanè universæ concentricæ, nam inter se convenientem proportionem observant. Et omnes habent commune centrum, quod *silentium* vocamus. Quia ut vetùs Poëta cecinit.

Ἡ μεγάλη παίδευσις ἐν ἀνθρώποισι, σιωπή
Μάρτυρα Πυθαγόραν τὸν σοφὸν αὐτὸν ἔχω.
Ὃς λαλέειν εἰδὼς, ἑτέρους ἐδίδασκε σιωπᾶν,
Φάρμακον ἡσυχίης ἐγκατὶς εὑράμενος.

Quos numeros Thomas Morus (cuius cum reverentiâ nomen scribo) sic Latinè reposuit.

Rebus in humanis magna est doctrina tacere.
Testis erit sapiens hic mihi Pythagoras.
Nempe loqui doctus, reliquos docet ille tacere,
Magnum hoc ad requiem pharmacon inveniens.

æ] Deficit aliquid, non enim versus hi per numeros congruentes defluunt. *Silentium Enchomiasticum. Silêtiũ Eucharisticum. Inter Virginum prærogativas Taciturnitas est numeranda.*
&] Provectiorē ætatē nō vult senilem dicere, ne exosā reddat; *sapientem, & discretā* vocat, ut illā vocabulo grato significet. *Sunt in circumferentiâ scientiæ omnes, & silentium in centro.* Εἰς πᾶσαν Παλλάδα. Dicebat Dion, probè esse Naturam, cùm geminas aures, & simplicē hominibus linguam præbuit, ut essemus ad audiendum promptiores, quàm ad loquendum, Stobaus.

Neo

Nec longè abeſt à conceptu præcedenti hoc Diſtichon.

Πᾶς τις ἀπαίδευτος φρονιμώτατός ἐστι σιωπῶν,
Τὸν λόγον ἐγκρύπτων ὡς πάθος αἰσχρότατον.

Quod Ioannes Iordanus ſic reddidit.

Dum tacet indoctus, tum eſt prudentiſſimus; atque
Turpe velut vitium pectore verba tegit.

Cui adludens, liberiori ego calamo lineas ſubſequentes ſcribo.

Rebus in humanis, ſeu Mavors culmina montis
Parnaſſi invadat, Caſtaliaſque fuget;
Seu minus impatiens permiſerit otia Muſis.
Vt fidium modulis carmina pulchra canant,
Pontice, crede mihi, ſumma eſt doctrina ſilere:
Pauca loquens dixit; plurima, qui tacuit.
Namque tacens, Muſas inter cenſetur Apollo;
Et Mars, in caſtris qui movet arma ſilens.

N. B.
Athenienſi Philippidi, ob præclaras virtutes ſibi charo, Rex Lyſimachus iubet, vt à ſe gratiã, quã velit, poſtulet. Et ille? *Peto*, inquit, *ó Rex, ne quid arcanorum tuorum mihi concredas.*

Et quidem milites arrogantes, quorum ſingula verba minis æſtuant, potiùs ridentur, quàm timentur. At, qui multa dicturus, linguæ vim infert, & abrumpendo orationem, ſe in ſilentium præcipitat, relinquit illis, quorum intereſt, occaſionem cogitandi, & timendi. Habemus pulchrum exemplum in Virgilio, qui libro Operis Divini primo, poſtquam procellam, quam paſſæ ſunt naves Trojanorum deſcripſit, ſic infit.

An minæ graviores ſint, quò paucioribus verbis conceptæ?

Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ,
Eurum ad ſe, Zephyrumque vocat, dehinc talia fatur:
Tantane vos generis tenuit fiducia veſtri?
Iam cœlum, terramque meo ſine Numine venti
Miſcere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego. Sed motos præſtat componere fluctus: [a]
Poſt mihi non ſimili pœnâ commiſſa luetis.

Illa verba *Quos ego.* continent propoſitionem integram, in quâ ſubintelligitur verbum activum. Sed quod? Sanè, ſi illud expreſſiſſet Virgilius, illud unicum intelligeremus: nunc autem, quia verbum ſubticuit, plura dixit, quia liberum Lectori reliquit, ut ſubaudiret verbum illud quod vellet. Authores Latini paſſim imitantur Virgilium:

a] Putarem ſignificantiùs potuiſſe dici *Vos ego.* Et fortè, ſic ſcripſit Virgilius.

lium : & inter Iuniores succurrit Iustus Lipsius, qui *cent.* 1. *Epist.* 10. Iano Lernutio sic scribit. *Quid multa ? vivimus, & vigemus. Tu vicissim, quid valeas, quid facias, cum Victore, cum uxore, cum amicis, nisi significas, scito seriò me. Sed deleo, ne cadat in Amorem nostrum unquam hoc verbum.* Minatur. Sed quid ? *scito seriò me.* ait : cætera omittit, eaque Lernutij suspicioni aut considerationi relinquit. Hanc figuram Cicero, & ex eo Quintilianus *lib.* 9. vocat ἀποσιώπησιν, Celsus *subticentiam*, alij malunt dicere *Interruptionem*. Multum efficaciæ præ se fert, & ideò Poëtis Iunioribus est familiaris. Ea delectatur, & theatra delectat Petrus Calderon, nam pluries apud ipsum interruptas cum gratiâ minas & increpationes reperio. In Comœdiâ, quæ inscribitur, *Los hijos de la Fortuna*, act. 1. sic Admeta Regina Petosiri. [b]

Ἀποσιώπησις. Subticentia. Interruptio.

Estasson de vuestro hermano
Las generosas hazañas [Ironicè]
Que espero, que han de ilustrarme
En las lides que me aguardan.
Y, si vos, a quien mas tocan
Los desdoros de su infamia
Por la sangre, por el puesto,
Y porque fuistis la causa,
De emendarlas no tratais,
Trataré yo de emendarlas
Tan a vuestra costa, que.
Pero esto, que digo, basta.

b] Ἀδμήτην Oceani & Tethyos filiam jubet esse Hesiodus *in Theogoniâ.* Ἄδμητος, vt vult Suidas fuit Rex Thessaliæ : cujus armenta novē annis Apollinem pavisse ferunt. Πετόσιρις Ægyptius Mathematicus, de quo Plin. *lib.* 3. *c.* 23. & *libr.* 7. *c.* 49.

Illud *que*, quod ponitur in penultimo versu est initium minarum, quæ abruptæ & non dictæ, magis terrent.

Etiam ultra modum succrescit exprobratio, cùm interrumpitur. Apud eumdem Calderonem in Comœdiâ, *Mañanas de Abril y Mayo*, act. 3. quidam Paranymphus suæ Phyllidi.

Exprobratio, qua interrupta vehementior.

Calla, Calla : que me acuerdo
De una noche. Mas aquì,
Mas, que yo, dize el silencio.

Caret vehementiâ ἀποσιώπησις, cùm est ab extrinseco & involun

involuntaria interruptio. Exemplum habes in alterius Comœdiæ Actu II. ait enim Chariclea. [c]

Como quien dize, No basta,
Que de essa Inscripcion entiendas
Para que esperes felize,
Que es don, que te dexó en prendas
De fê y palabra de esposo
El que. Mas Caricles entra.

Illud *El que.* est initium propositionis, quæ abrumpitur: quoniam Caricles supervênit. Et paulò pòst militiæ Princeps Orodantes generoso Theagenæ, jam, jam moribundus, [d]

Theagenes, ait, *a quien yo*
Crié desde su infancia tierna,
Cuyo amor me hizo tener
Por no perderte, encubierta
Tu ilustre prosapia tanto
Que ay Dioses, de quien desciendas.
Este agravio, que te he hecho,
Te restituyo en mi hazienda,
De que unico heredero
Te dexo: y para que puedas
Blasonar de lo que eres,
Sin nota de que no seas
Alto, y legitimo, toma
Esta medalla, con ella
Vê a. a. Y sin poder dezir
A quien, ni a donde la lengua
Travada trocó la voz:
Con que mi vida suspensa
Quedó cierta en sêr verdad,
Pero en que verdad incierta,
Pues solo, quien era supe,
Para no saber quien era.

Ecce illa verba *Vê a.* hoc est; *Vade ad* abruptæ propositionis sunt initium, & audientem suspendunt, & suggerunt centenos modos, ut illa possit consummari & cōpleri.

c] A *Gratiâ* & *gloriâ* dicitur Χαρίκλεια, nam χάρις est *gratia*, & κλέος, seu ἄκλεια, *fama, gloria, celebritas*: unde CHARICLEA, *Gratia gloriosa*, aut *Gratiosa gloria* posset verti.

d]. Tres Θεαγένας fuisse Suidas asserit: & duos alios addidit juniorū diligētia. Primus de Homero scripsit: alter nos monet, vt sciamus, quo loco eos habere debeamus, qui multa promittunt, & nîl præstant; hoc enim vitio iste laborabat Theogenes, & ideò fuit καπνὸς *fumus* cognominatus. Tertius erat liberalis, & dives.

Quartus teste Pausaniâ fuit Athleta: & Quintus Suetonio Mathematicus.

Dixi Calderonem ἀποσιωπήσει maximè delectari: interim etiam; quæ pulchra, si crebrò recurrant, sunt tædio. In eâdem Comœdiâ. act. 2.

Breuis esse debet Legatorum ad Principes & Reges oratio.

Adm. *Como?* Idasp. *Como traygo orden*
De que la paz honestada,
Y no admitida, os proteste,
De que ella no es quien la rasga,
Quando. Adm. *No mas, y acortemos*
De palabras, que palabras
De los Reyes con los Reyes [e]
Solo son. Nunca las caxas
A mejor tiempo se oyeron:
Y aunque no sê quien las causa
Agradesco, que me escusen
Hablar yo, donde ellas hablan. [f]

e] Reginæ Admetæ verba tubæ & tympana militaria interpellant.

f] *Loquuntur instrumenta bellica.*

Bis in his paucis numeris admittitur ἀποσιώπησις: nam Idaspem Æthiopiæ Reginæ Legatum, plura dicturum Admeta Ægyptiorum Princeps interpellat: & tubæ & tympana militaria suo inconcinno clangore huius ratiocinium abrumpunt. Considera illud *Quando.* & illud *solo son.* sunt enim rationum scissarum initia.

Et posteà act. 3. pag. 89. a. Persina Regina Æthiopiæ, quæ erat nigra, & tamen filiam albam pepererat; &, ne adulterij argueretur, exposuerat, & abortum se fecisse finxerat, exclamat. [g]

Que todo el coro celeste
De los Dioses es testigo,
De que el atomo mas leve,
La imaginacion mas vaga,
El pensamiento mas debil,
Iamas offendió a mi Esposo,
Para que el temor me hiziese,
Que. Mas que digo? La voz
Enmudesca, el labio selle;
Que a decoro como el mio
Aun la disculpa le offende.

g] *Persina* fœmininū videtur Poëta derivasse à masculino *Porsena.* Est autem *Πορσίνας* nomē Hetrusci Regis, de cuius pronunciatione ne vacet hæc margo, sic inquam. Habet penultimam acutam &

Post illud *Que.* deberet integra propositio proferri: quam propelle

propelleret dolor, nisi pudor orationem abrumperet: unde ipsa subiicit.

Y assi perdoname, pues
Vés, que a un mismo tiempo quieren,
Que lo cuente, mi dolor;
Y mi error, que no lo cuente.

Iterum post unam aut alteram paginam eiusdem Personæ dictionem in se seducta interrumpit Prudentia: inquit enim.

Estas son joyas y cifras,
Que mandé poner con ella,
Quando. Mas que es lo que digo?
Arrebatóme la fuerça
Del alborozo de hallarla.

Illud *Quando* est integræ narrationis initium, quam salubrius consilium intercîdit. Sunt & aliæ in eâdem Comœdiâ Interruptiones, ex quibus unam *num.* 74. *d.* jam dedi. Plures non volo addere: interim si legere placeat *fol.* 80. *b.* 89. 91. *b.* 130. *b.* 134. *b.* 135. *b.* 181. *a. b.* 218, 4. 220, 3. 225, 4. 245, 1. 258, 1. 260, 4. 262, 2. *b.* 266, 1. &c. alias interruptiones eruditas reperies. Silentio itaque inter circumstantias consignificantes recepto, nemini mirum videri poterit, si etiam silentium voces latiùs patentes & universaliùs significantes restringat. Et accidit Restrictio hujusmodi, quando generali nomini nihil additur; tunc enim Restrictio est ipsamet Restrictionis omissio. Considera verba sequentia. *Ius quidem Civile ex unâquâque Civitate appellatur, veluti Atheniensium; nam siquis velit Solonis vel Draconis leges appellare Ius Civile Atheniensium, non erraverit, sic enim & Ius, quo populus Romanus utitur, Ius Civile Romanorum appellamus: vel Ius Quiritum, quo Quirites utuntur. Romani enim à Romulo, & Quirites à Quirino appellantur. Sed quoties non addimus nomen* (N. B.) *cujus sit Civitatis: nostrum Ius significamus: sicuti, cùm Poëtam dicimus, nec addimus nomen, subauditur apud Græcos Egregius Homerus, apud nos Virgilius.* [Sicut quando apud Theologos, *Apostolus* dicitur intelligitur Paulus. Ecce

brevē, qualem non possunt proferre Latini: nam Martialis *lib.* 1. ut quantitati satisfaceret, mutavit accentum, & dixit, *Hanc spectare manū Porsena non potuit.* &, ut accentum retineret Virgilius, protraxit brevē syllabam dicens, *Nec non Tarquinium ejectū Porsenna iubebat Accipere.* Historiā lib. 1. ab Vrbe narrat Livius.

An etiam per silentiū voces communes restringantur?

Ita Iustinianus in institut. libr. 1. c. 2.

Vnde Romani, & unde Quirites sint dicti?

Poëta quis?

Apostolus, quis?

voces *Ius*, *Poëta*, *Apostolus*, communes ſunt; quæ, ſi contrahuntur, contrahuntur, &, ſi non contrahuntur, contrahuntur: nam ipſamet non contractio eſt contractio. Si hodie in Galliâ *Madama talis*, aut *talis*, dicitur unaquæque Princeps: Regina verò ſine ullo addito *Madama* vocatur. Comes talis aut talis (& idem de aliis titulis dicito) per provinciam, quam gubernat, contrahitur, & ſemper eſt unus in regno, qui *Comes* ſine epitheto per antonomaſiam vocatur, ad quem nomen commune *Comes* per carentiam epitheti reſtringitur. Sic ſimiliter nullius ſyncategorematis poſitio eſt etiam ſyncategorema, nam ſyncategorema *Omnis* conſtituit Vniverſalem poſitionem, ut, *Omnis homo eſt animal:* & nullum ſyncategorema, conſtituit Indefinitam, ut; *Homo eſt animal.* Et hic obiter nota ipſam ſyncategorematis negationem etiam eſſe ſyncategorema, & ſuam propriam claſſem Propoſitionum conſtituere.

Madama.

Comes.

An terminus indefinitus vllo ſyncategoremate affectus ſit?

Hinc habere ſolutionem poteſt Caſus, qui aliunde decidi non poteſt. Catholicus Hiſpaniæ Rex in regno Neapolitano apud Foxam paſcua pulcherrima & vaſtiſſima poſſidet, ad quæ greges & armenta è montibus & locis vicinis deſcendunt. Quia boves & oves erant multæ, & miſcebantur ſæpe, ſuboriebantur rixæ inter Paſtores, quæ poſteà tranſibant ad heros, qui majori potentiâ quietem publicam perturbabant. Vt iretur obviam huic inconvenienti, præceptum, ut ſinguli ſuas animantes ſignarent, additâ pœnâ perdendi illam, quæ ſigno careat. Nec novi quid ſtatutum hac lege; nam ſignari pecudes res eſt antiquiſſima, quæ jam olim ad Rei Ruſticæ providentiam pertinuit, nam Virgilius Agricolarum otia ediſſerens *Georg.* 1. ſic cecinit.

Iubentur apud Foxã greges & armenta ſignari.

Sed cur?

Quàm ſit antiquũ ſignare pecudes?

Frigidus Agricolam ſiquando continet imber,
Multa forent, quæ mox cælo properanda ſereno
Maturare datur: durum procudit arator
Vomeris obtuſi dentem: cavat arbore lintres,
Aut pecori ſignum, aut numeros impreſſit acervis.

Legem

Legem profectò latam, ut pote opportunam & utilem, universi audiverunt, acceptarunt, laudarunt. Publicationem legis sequuta est observantia: quoniam universi Pastores oves & boves suas sigillo opportuno iussserunt, ne cum cæteris confundi possent. Solus Blasius voluit videri negligens, ut argutiam ostenderet. Accusatur, quòd pecudes habeat sine signo. Negat. Deponunt testes; & ipse illos vel falli, vel mentiri succlamat: & sic discurrit. [Eò tendit lex, ut pecudes non confundantur; &, ut unusquisque suas cognoscat, jubet illas signari. Paschalius oves rubro pigmento infecit: Menalchas suorum vervecum cornua perforavit: Gildius crucem in suorum fronte iussit: & sic singuli elegerunt suas notas, quas *marcas* Hispanus appellat. Mihi liberum fuit eligere signum, quod vellem: & ideò, ut libertatem cœlitùs concessam ostenderem, elegi pro signo *nullum signum*. Signum est, quod has oves verb. gr. à cæteris aliis distinguit: & siquidem meæ à cæteris aliis discernuntur, sunt signatæ: quæ enim nullum signum habent, sunt meæ.] Ergo Blasij opinione, quando alij omnes greges signum habent, nullum signum habere, signum est. Et quid judicas. An ille perdere debebit suas pecudes?

An nullum signum, signum sit?

Varij modi signandi pecudes.

Quid marca apud Hispanos sit?

Iudæi in Germaniâ, Bohemiâ, Italiâ signum jubentur gerere: & etiam ibi carentia signi signum est: nam sicut eos, qui tale signum portant, esse Iudæos cognoscimus: sic etiam cognoscimus eos, qui illud non portant, non esse Iudæos, sed Christianos.

Iudæi, ut cognoscantur, signantur.

An tunc signi carentia signum sit?

Verba etiam, quæ non dicuntur, nihil sunt, & tamen significant; nam ratio quæritur ob quam fuerint omissa. Hinc nascitur argumenti negativi efficacia: quod tametsi, quando male proponitur, elumbe sit; quando bene proponitur, efficaciâ non caret. Perpende sequens.

An verba, quæ non dicuntur, etiã significent?

Tridentinum Concilium omnia, quæ debet pœnitens facere, ut ritè confiteatur, exposuit.

At circunstantias aggravantes, etsi maximè aggravent culpam,

An, & quando argumentum negativũ sit efficax?

An circumstantiæ aggravantes sint in confessione exponendæ?

pam, modò novam non addant speciem, esse in Sacramentali Confessione explicandas, non dixit.

Ergo in Sacramentali Confessione non sunt necessariò explicandæ.

Est argumentum merè negativum: sed tantæ virtutis nihilominùs, ut probabiliorem opinionem subcollet: quoniam *ejusmodi aggravantes circumstantias non fore in Confessione exponendas* affirmat hodie probabilior opinio. Sed cur? expendam.

Quid silentium nõ restrictum, & restrictũ significet?

An, qui tacet, consentire censendus sit?

Silentium secundum se consideratum, nihil est. At silentium in ore hominum, qui tenentur loqui est silentium contractum & restrictum, & habet significationem specialem. Hinc nascuntur duæ de silentio Regulæ, *Qui tacet, consentire videtur*, & *exceptio firmat Regulam in contrarium.* Censetur enim assentiri, qui tacet; tunc enim hoc silentium est restrictum ad personam, quæ si non consentiret, repugnare deberet. Et qui dicit, *Omne animal, excepto homine, est irrationale*, censetur asserere, Equum esse irrationale; quoniam, si rationalis ille esset, etiam fuisset exceptus. Ergo, quando res omnes aliquis recenset, & tamen aliquam silet, censenda est illa non esse, & ille censensus est dicere illam non esse; nam, si illa esset, eam esse ille diceret. Et ad majorem hujus doctrinæ claritatem præcedens ille syllogismus, qui de circumstantiis intra eamdem speciem notabiliter aggravantibus erat, posset secundo hoc roborari.

An exceptio firmet Regulam in contrariũ?

Cur cogantur in Ecclesiâ Concilia?

Patres coacti Tridenti, fuerunt divinitus congregati, ut nos omnia ad salutem necessaria docerent.

An aliqua necessaria omiserint?

Atqui male nos docuissent, si aliquid necessarium omisissent.

Ergo nihil ipsi, quod ad salutem necessarium sit, omiserunt.

An argumentum negativũ valeat in Philosophiâ.

At non dixerunt, circumstantias, intra eamdem speciem notabiliter aggravantes, debere in Sacramentali Confessione explicari

Ergo taceri à pœnitente tutâ conscientiâ possunt.

Hoc argumentum enervatur, si ad Philosophiam transferatur:

feratur : quoniam contra eos, qui probaturi, *non dari Oppositionem Subcontrariam*, argumentantur sic.

An detur oppositio subcontraria?

De illâ nec verbum habet Aristoteles in capite de Oppositione.

Ergo Oppositio Subcontraria non datur.

Qualis Aristoteles fuerit?

Cum Hurtado, & aliis respondemus; ignorantiæ & oblivionis fuisse capacem Aristotelem : adeoque dari Oppositionem Subcontrariam nescivisse; aut, si scivit, illam ibi oblivioni mandasse.

Prætereà : *Quando est aliquod prædicatum quod sub tali* 178
verborum tenôre de solo uno subjecto vulgò dicitur : qui de re A. prædicatum hoc dicat, etsi subjectum non nominet, hoc etiam de re A. censebitur prædicare. Consultò illud *vulgò* posui: nam propositio debet esse passim recepta; & talis, ut uno aut altero verbo audito, tota in mentem veniat, & subintelligatur. Pono exemplum. Est adagium Hispanicum. *De las mentiras no se paga alcabala*, hoc est, *Mendacia non solvunt vectigal.* Modò attende. [Ioannes & Celsius rixabantur, & obloquebantur. Et ille huic. *Multa & nimis profectò multa dicis, sed ob illa nullum vectigal solves.* Verba fuerunt gravissimâ advertentiâ dicta : quæ tametsi tunc non intellecta à Celsio, illum postridiè maximè perturbarunt : quoniam hæc Propositio, *Verba, quæ dicis, nullum vectigal solvent*, æquivalent his, *Verba, quæ dicis: sunt mendacia.*] Et unde id colligo? Quia Ioannis verba per adagium restricta inferunt illa, quæ esse æquipollentia dicebmus. Totum Syllogismum subiicio.

An, & quando, ex duabus rebus connexu, si altera prædicetur, altera censeatur etiã prædicari?

Adagium Hispanicũ?

An Principi solvatur vectigal de mendaciis?

Verba quæ non solvunt vectigal, mendacia sunt. Constat ex Adagio illo, *De las mentiras no se paga alcabala.*

At verba illa, quæ Celsius protulit, censentur vectigal non debere solvere.

Ergo verba illa, quæ Celsius protulit, censentur esse mendacia.

An in unicâ solâ propositione includi possit integer syllogismus?

Considera totum hunc syllogismum. Sola minor profertur : & totus in illâ consistit : nam major subintelligitur : & minor illa expressa, per majorem, quam non 179

dicis, restricta, infert tacitè consequentiam, quam similiter taces, & per intellectum solum infers.

An injuriosa sint: & quare.

Putarem certè, hæc verba non carere mysterio, & considerando priores circumstantias, per ipsas illa transmutari & restringi. Vnde non esset judex temerarius, qui opinaretur, eas respexisse Carolum, & verbis, quæ ad Iudam Christus Dominus dixit, usum fuisse, ut Cajum velut Iudam tractaret.

Quid vox soga significet? Et in tali vel tali loco dicta quid importet? An unica dictio, continere possit integram propositionem?

Est in adagio apud nostrates: *En casa del ahorcado, no se ha de nombrar la soga.* Et cur? Quia hoc nomen *soga* (Latinè *funis laqueus*) quod generalem apud alios significationem sortitur, in domo laquei suspensi dicta, vel coram ejusdem filiis nominata, non est dictio solitaria, ad primam mentis operationem (simplicem apprehensionem) spectans, sed est integra propositio (judicium) & per locum & personas coram quibus dicitur contracta, & ad specialem significationem restricta, æquivalebit huic Propositioni, *Vester pater in patibulo periit.* Ergo illi, de cujus fidelitate dubitabatur, non fuerunt dicenda verba, quæ proditori Iudæ: &, si dicta fuerint, cincta erunt circumstantiâ personæ *cui*, quam habebant, cùm fuerunt à Christo prolata.

Quomodo apud Hispanos proferatur syllaba, que?

186 *Consequentia* nota vox est, & ab Hispanis bene profertur *consecuencia*: male autem *consekencia*, sed tamen etiam sic aliquando profertur. Erat Salmanticæ Doctor N. vir pius, sed durus, & austerus, qui ψευδονόματι *siccus* nominabatur. Semel in disputatione publicâ fuit argumentatus; & ad primum Enthymema *Nego consekenciam*, ait Propugnator, & in risum dissolvitur academicum vulgus. Et, cur sic rident, quæso. Quia illa vox *consekencia*, tali modo prolata, talique homini dicta, significat, *Tu es unus siccus.* Et quidem vox ipsa *seco* apud Hispanos mores concernit, & difficilem virum significat.

Seco, quid sit Hispanicè?

Quid sint apud Hispanos Naypes, vatara, & vataxat?

Occurrit alius Casus similis, è quo abortæ fuerunt graves difficultates. An-ne illum narrare verbis Latinis potero? Vtar, si non potuero, Hispanicis. Scire ergo oportet chartas lusorias apud nos *náypes* dici: omnes simul

simul vocari una *varaxa* : & illas immiscere, turbare, & variare, *varaxar*. Venio ergo ad historiam his præmissis. [Clarius (vocetur sic) etiam Salmanticæ Theologiæ Doctor, ludo deditus, multa aureorum millia in παιδιᾷ & λήρῳ dilapidaverat : & erat nihilominus ingeniosus & doctus. Dum publicè responderet Arsindus, incepit argumentari Clarius. Ille argumentum; & bene, ut putabat, dissolvit. Vociferatur Clarius, & multa immiscet, quibus perturbetur solutio. Et Arsindus impatiens ait. *No me varaxe la respuesta*. Clarius irascitur : sunt à Clario Doctores : respondentis petulantia accusatur, &c. Sic ibi accidit. Et tu interrogas, Quid hæc verba significent, *No me varaxe la respuesta?* Respondeo, hæc verba bifariam posse considerari : vel secundum se, vel prout tali personæ dicta. Sub primam considerationem, puta, si alij fuissent argumentatori dicta, æquivalerent his, *Ne meam solutionem perturbet*, & nihil continerent mali : at tali homini dicta, & per tales circumstantias restricta, propter illud verbum *varaxar*, quod de solis chartis lusoriis propriè dicitur, & aliò non nisi per metaphoram transponeretur, putarem illa Hispanica verba Latinis istis correspondère. *Interturbet & misceat chartas lusorias, ut solet; non mea verba; hîc enim in gymnasio, & non in παιδιᾷ sumus, non ludimus, sed seriò agimus.* &c. Ergo huiusmodi Arsindus Clarium verbis *aleatorem* & *lusorem* vocavit.

An verba Arsindi sint injuria?

Possunt bifariam sumi.

Quid sonet non restricta.

Et quid tandem restricta.



ARTICVLVS XII.

An nulla Responsio interdum sit magna Responsio? An Dubium in Interrogatione propositum per non-Responsionem ad alteram contradictionis partem restringatur?

181 *An, qui nihil respõdet, multum respondere censendus sit?*



EST quæstio jam olim à Græcis decisa, & à Latinis usurpata: illi enim dixerant,

Πολλοῖς ἀπόκρισις ἡ σιωπὴ τυγχάνει.

Plerisque Responsi vice est silentium.

Vnde in Calderonis Comœdiâ, quæ inscribitur, *Tambien ay duelo en las Damas*, act. 2. fol. 157. 2.

Felix. *Con vuestra licencia. Dime*
Simon. Sim. *Dime tu primero,* [a]
Que hizo D. Pedro, para
Reñir con el? Fel. *Dexa esso,*
Que aunque has de saberlo, no
Soy yo del que has de saberlo,
Si ya no es; que sin mi voz,
Te lo diga mi silencio.

a] Est optimus modus subtrahendi à respondẽdi obligatione, recõvenire interrogantẽ, illum aliis interrogationibus præpediendo.

Et posteà fol. 261. 4.

Viol. *Pues ya que vos sin dezir*
Dezis lo que no quereis,
Escuchadme, porque haveis
De oir ahora sin oir,
Felix, mis obligaciones, &c.

An semper Amicorum literis sit respondendum?

Stat ergo silentium esse valde loquax, & sæpe interroganti hominem posse per ipsum silentium respondere. Sed quomodo. Superiùs (sub *num.* 261. *f.*) occasione Epistolæ D. Hieronymi insinuavi doctrinam, quam impræsentiarum explicare debebo. Erant verba Hieronymi. *Acceptis primùm literis tuis non respondere, superbia est, respondere*

respondere temeritatis : de his rebus enim interrogas , quas & proferre & audire sacrilegium est. Et quid hic Sanctus Pater ? inter *respondere*, & *non respondere* non est medium : &, si esset, diceret, *Positus in medio, quò me vertam nescio.* Et alterutrum faceret, se exponeret manifesto periculo, in hoc enim casu, *De Scyllâ & Charybdi.*

> *Dextrum Scylla latus , lævum implacata Carybdis Obsidet.* Virgilius Æneid. 3.

Et tandem , seu loqueretur , seu taceret , deberet necessario exclamare Τὴν Χάρυβδιν ἐκφυγὼν, τῇ Σκύλλῃ περιέπεσον· hoc est , *In Scyllam cecidi, cupiens vitare Charybdim.* Cæterùm mutatis circumstantiis versa fuit in prudentiam temeritas ; quæ enim superbè omitterentur , & ante examen temerè resolverentur , post debitam considerationem potuerunt prudenter decidi. Et quid , si non respondisset Sanctus & Eruditus Presbyter ? Silentium illud vociferaretur , & etiam ejusdem opinione inclamaret , *Hieronymus est homo superbus ; & contemnit Riparium :* ait enim Poëta Græcus : Εὖ καταφρόνητό ἐστι σιγηρὸς τρόπος. *Taciturnitas est plurima contemptui.* *Quid importet nolle respondere ad Epistolas, opinione Hieronymi?*

Aliter vocem silentij interpretatur Melleus Doctor, quoniam *Viro illustri Haymerico* (hic enim erat Cardinalium titulus ante quingentos annos) proponenti Controversias Theologicas, nescit Bernardus , An , & quo respondere modo debeat ? terret enim scripturientem propositi argumenti gravitas , suspendit rationum succurrentium varietas ; adlicit , quæ prudenter speratur , utilitas: & tandem , ne tacendo censeatur , *Ego sum Philosophus*, dicere , sumit calamum , & scribit has lineas. *Quid autem opinione Bernardi?*

ORationes à me & non quæstiones poscere solebatis : & quidem ego ad neutrum idoneum me esse confido. Verùm illud inducit professio , etsi non ita conversatio. Ad hoc verò (ut verum fatear) ea mihi deesse video , quæ maximè necessaria viderentur , diligentiam & ingenium. Placet tamen , fateor, quod pro carnalibus spiritualia repetitis , si sanè apud locupletiorem id facere libuisset. Quia verò doctis & indoctis pariter 182 *Ad resolvendas Quæstiones requiritur diligentia & ingeniũ.*

in istiusmodi excusandi mos est; nec facilè scitur, quæ ex imperitiâ, quæve ex verecundiâ excusatio prodeat, si non iniuncti operis obeditio probat: accipite de in eâ paupertate, quod habeo, ne tacendo Philosophus puter. Nec tamen ad omnia spondeo me responsurum. Ad id solùm quod de diligendo Deo quæritis, respondebo, quod ipse dabit. Hoc enim & sapit dulciùs, & tractatur securiùs, & auditur utiliùs. Reliqua deligentioribus reservare.

An loquatur, qui tacet?

Quid loquatur?

Circumstãtiæ adiacentes cõsignificant.

Considero illa verba, *ne tacendo Philosophus puter.* Ergo tacere realiter, est virtualiter loqui: & Epistolæ non respondere realiter, est virtualiter aliquid respondere. Sed quid? Illud *aliquid* est res generalissima, quæ per loci temporis, & personarum consignificantes circumstantias restringitur, & ad specialem significationem determinatur.

183 Addam aliam Epistolam, quæ doctrinam præcedentem adfirmet, & quàm multa tacendo dicantur exponat.

An Vicarius contra Principalem suum sentire possit in materiâ probabili?

Eram in Bohemiâ, & quia Eminentissimi Principis Cardinalis ab Harrach nomine vastissimum Archiepiscopatum gubernabam, plurimos debebam ad audientiam admittere, & plurium Epistolis honorari & vexari. Inter alios Cornelius, Reuerendissimus Monasterij N. Antistes, iterum, iterũque, imò etiam tertiò, me consulit de Regularium Privilegiis: & quid circa hæc vel illa insciis aut inuitis Episcopis possint Abbates facere, requirebat. Quid ad hæc Ego? Eram Abbas: non ergo negare ei debebam, quæ probabiliter videbatur asserere: eram Vicarius Generalis Eminentissimi Archiepiscopi; non ergo in dubio aut probabilitate poteram Archiepiscopalibus Iuribus præjudicare. Hoc ipsum mihi in suâ Sanctâ Regulâ D. Benedictus videbatur præcipere: nam expressè jubet, ut Præpositus, qui est Abbatis Vicarius, sequatur sententias proprij Abbatis. Ejus verba sunt hæc. *Dum contraria sibi invicem Abbas, Præpositusque sentiunt, & ipsorum necesse est sub hac dissensione animas periclitari. Et hi, qui sub ipsis sunt, dum adulantur partibus, eunt in perditionem. Cujus periculi*

S. Benedictus in Regula cap. 56.

An Prior teneatur habere sententias sui Abbatis?

periculi malum illos respicit in capite, qui talis inordinationis se fecerunt Authores. Cùm igitur essem Abbas, & Eminentissimi Principis Cardinalis Vicarius, sicut quà Abbas habebam Præpositum, qui meis sententiis in omni materiâ probabili adhærere deberet; sic quà Vicarius habebam Archiepiscopum, à quo in omni dubio, in omni probabilitate, in omni controversiâ starem. Ergo nec pro Abbatibus contra Episcopos, nec pro Episcopis contra Abbates Cornelio poteram respondere. Ergo sicut Bernardus, ne Philosophus (*scientiæ ostentandæ cupidus*) putaretur, respondit; ego, ut Philosophus (*amorem sciens*, amicitiam inter Episcopum & Regulares Prælatos esse necessariam cognoscens, & illam conseruare desiderans) iudicarer, subticui, & Abbati, tametsi charissimo, nihil respondi. Interim, dum hæc omnia recogito, superuenit Religiosus, à Cornelio missus, qui obnoxius orat, ne sine Responso dimittatur. Et Ego, cùm iam ulteriùs tacere non permitterer, sumpsi calamum & scripsi has periodos.

An occurrant interdum Casus, in quibus neutra sit opportuna sententia.

Φιλόσοφος dicitur, & Φιλίας σοφὸς, & Φίλος Σοφίας.

Euripides.

Silentium sapientibus Responsi loco est.

184 *Recepi Reuerendissimæ tuæ Dominationis Epistolas: primam, secundam, immò etiam tertiam: & nihil ad eas respondendo, me satis superque respondisse putabam: quoniam nulla Responsio, si rem percallere velimus, est quædam valde magna Responsio, quoniam, ut canit Poëta Ethicus:* Πολλοῖς ἀπόκρισις ἡ σιωπὴ τυγχάνει. Plerisque responsi vice est silentium.

Nullum Responsum magnum aliquando Responsũ est.

Ego olim Reuerendiss. Domine, antequam Archiepiscopalia Iura manutenenda suscepissem, Regulares Theologos, qui de Priuilegiis disserunt diligenter & studiosè lectitabam: & fortè illa omnia, quæ Vestra Reuerendiss. Dominatio proponit, apud ipsos inueni: at hodie quæcumque ab eorumdem libris eruditis didiceram, sciens & volens obliuioni mandaui. Sacros assiduè Canones, qui omnium legum Humanarum sunt fontes, euoluo & meditor: Exemptiones & Priuilegia Regularium, quæ Iuris communis limitationes sunt, & centenis subiacent limitationibus, quorum intersit, propugnanda relinquo. In omni probabilitate

Regulares manutenere debent Iura Regularia: sicut Episcopalia Episcopi.

Quid Episcopi Vicarius debeat facere?

tate aut dubio sum à nostro Archiepiscopo: & in hoc praiudicio, quamdiu eius vices geram, permanebo. Dabit Deus, ut hac tandem onerosa Dignitate defungar, & ab hoc ipso praeiudicio tunc eximar, & prioribus sententiis restitutus sentiam cum Vestra Reuerendiss. Dominatione, quam saluam & incolumem Deus protegere dignetur multis annis. Pragæ 18. Septemb. 1651.

Exponuntur duæ Regulæ Iuris Canonici. An, & quando, qui tacet consentire censendus sit

PROGREDIAMVR ulteriùs, & duas Pontificij Iuris Regulas proponamus. Est XLIV. *Is, qui tacet, non fatetur, sed nec utique negare videtur* (censetur:) ante quam XLIII. præcedebat, videlicet, *Qui tacet, consentire videtur* (censetur.) Vtraque silentium considerat; sed diversimodè. Ponatur casus.

Vocatus à Consule Heliodorus, An vellet recipere centum aureos sibi à Clodio legatos? interrogabatur: & tamen tacuit. Quid censere debemus? An ex silentio inferre poterimus, aut debebimus, eum illud legatum acceptasse? an verò contrà, repudiasse?

185 *Silētium in abstracto sumptum.*

Silentium secundum se, ab omni circumstantiâ consignificante præcisum, considerat Regula XLIV. *Is, qui tacet,* &c. nam silentium, cùm realiter vocis carentia sit, nec asserendo, nec negando respondet.

Silentium per consignificantes circumstātias restrictum.

At Regula XLIII. *Qui tacet,* &c. oculos ad circumstantias legati, ad libertatem legatarij convertit: si enim ille potest & debet loqui, & legatum sit utile, & nulla in eo appareat circunstantia nociva, illud silentium, quod vim Responsi sortitur, per has consignificantes, easque favorabiles circumstantias restrictum, convertitur in Responsum asserens, ut sensus sit, *Illos centum aureos à Clodio legatos accepto.* Quam ob rem illa Regula XLIII. erit æternæ veritatis, ut loquuntur Dialectici, si ad verba sequentia restringatur,

Reponitur, seu corrigitur Regula XLIII.

In favorabilibus, qui potest & debet loqui, & tamen tacet, interroganti consentire censetur. Dixi *in favorabilibus*; nam in odiosis, non est cur tacens consentire dicatur. Addidi, *qui potest, & debet loqui:* quoniam, si loqui nequit (puta, si metu, qui in virum constantem caderet, tacere per violentiam cogatur) cessat ratio, ob quam loqui virtualiter censeri posset. Et quidem,

dem, non solùm petimus, ut possit loqui, sed ut debeat: qui enim non tenetur respondere, non est putandus assentiri, etsi taceat. Subjunxi *consentire censetur*, quia consensum ab affirmatione distinguo; quoniam si sim paratus asserere, si asseras; & negare, si neges, tibi non solùm asserendo, sed etiam negando consentio.

Latiùs patet consentire, quàm affirmare.

An-ne huic Iuris Canonici Regulæ addere potero, aut debebo alteram Militarem, videlicet, *Qui tacet, minari videtur.* Silentium enim hominis honorati, si per demissum vultum post receptam injuriam restringatur, minas vociferatur: nam, si liceat Pacuvij numeros attemperare huic argumento,

An, & quando, qui tacet, minitari censendus sit.

Suspicione caret non criminis ille frequenter,
Demisso vultu qui sedet, atque tacet.

Et unde id colligo? Quia

Sæpe tacens odij semina vultus habet.

Irascibili (Militari) addere potero Concupiscibilem: nam Car. Pasch. *lib. de virt. & vitiis, cap.* 32. supponit hanc Regulam, *Fœmina, quæ à proco solicitata tacet, consentire censetur*, & ait [Virginis aut Matronæ silentium, cuius pudicitia pollicitationibus tentatur, nihil aliud est, quàm ipse adsensus, ipse adnutus. Nam quoties ea, quæ debet esse constantia responsi, improbâ taciturnitate eliditur, in eo verè est ipsa flagitij appetitio, & confessi professio.] Ratiq Regulæ est, quoniam tacendo

An fœmina, quæ tacet, consentire censenda sit?

Pugnaret Cloris, tanquam quæ vincere nollet,

Et ideo, si casta est, contradicere debet positivè & constanter. Et cur? Quoniam, ut apud Calderonem ait Arsindus.

En aventuras de Amor
Dize mas, la que mas calla.

Vide tom. 3. Comœdiæ, quæ dicitur, *Ni Amor se libra de Amor.* act. 3. fol. 182. col. 1.

NOTA I.

186 *An, qui injurias contra prudentem virum évomit, tacere, seu nihil omninò dicere, censendus sit? An, qui tacent, cùm jubentur loqui conviciari censeantur?*

ZEno Citicus, cùm esset à quodam interrogatus, quomodo affectus esset erga convitia? Perinde, inquit, ac si Legatus absque responso dimittatur. Laërtius *lib. 7. cap. 1.* Ergo hinc duo deduc. Alterum, non respondere, Zenonis sententiâ, esse convitium: & alterum, convitia haberi debere pro indictis, (non dictis) & ideò nullo ipsa indigere responso. Vtrumque firmat Apophthegma, quod de Xenocrate & Platone narratur. Nam ille ab hoc ingratitudinis insimulatus, utut injuriam senserit, non fuit commotus, nec ullum prorsus indignationis signum edidit: & nihil Platoni respondendo multum respondit. Instigabat eum, ut responderet socius: cui Xenocrates. Hoc quidem, quod facio, mihi bonum, & commodum est. Ælianus *lib. 14. variar. hist.* Et quidem commodum fuit prudentissimo viro nihil respondere Platoni: & bonum etiam: quoniam sine loquendi incommodo plura tacitus vociferabatur, quàm si auras querimoniis oppleret. [Obtorque Apophthegma, quod Xenocrates discipulus esset Platonis, & ut Patrem venerabatur, & Parentum verba filium prægravare non possunt: & ideò cum insultatione non retundenda, sed cum patientia toleranda. Accedit, quod in Sicilia Xenocrates vitam pro Platone exposuerat; &, an esset ingratus suâ generositate demonstraverat.]

Xenocratis summa modestia.

Verba Parentum, etsi acria, sunt silentio, & patientiâ honoranda.

NOTA II.

187 *An aliquē silendo laudare possimus?*

OCcurrunt & multa alia Illustrium Authorum testimonia, quæ vocem silentio ipsi adscribunt: unum, aut alterum ponamus.

Terentius *in Eunuch.* sic ait. *Nunquid habes, quod contemnas? quid tu autem thraso? Tacent: satis laudant.* Ergo tacere.

tacere, aliquando laudare est. Immò, quando Virtus est tanta, ut non possit dignè celebrari & laudari, grandiùs silentio colitur, quam curtis laudibus. Hinc Deum adoramus, etiam quando silemus eius laudes: unde Propheta Rex *in Psalm.* 64. dicit, *Te decet hymnus Deus in Sion*: vel, ut alij vertunt, *Te decet silentium Deus in Sion.* Ergo & silendo infinitam Dei Majestatem celebramus. Præstat tacere, quàm cum periculo loqui. Clemens Alexandrinus *lib.* 2. *Strom.* appositissimè *Deus res quædam est, captu & venatu difficilis, semper recedens, & à persequente procul se removens.* Legerat proculdubio Platonem, qui *in Timæo* exclamat. *Genitorem Vniversitatis tam difficile est invenire, quàm inventum impossibile dignè profari.* Consonat S. Augustinus *libr.* 1. *Trinit.* dicens. *Nec periculosiùs alicubi erratur, nec laboriosiùs aliquid quæritur, nec fructuosiùs aliquid invenitur, quàm Trinitas.* Ergo, sicut Deum veneramur dicendo quæ de tanto intelligimus Numine: sic & humili reverentiâ eum celebramus, cùm non dicimus, quæ non intelligimus.

An sæpe Deũ tacendo veneremur?

Quàm sint difficilia intellectu omnia æterna & divina?

Cicero *in Caton.* doctissimè. *Quid exspectas authoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum percipis?* Ergo tacendo insinuabant, quid vellent. Princeps, non debet attendere, quid Candidati dicant: nam, qui adspirant ad munera, aut mentiuntur prorsus, aut sua servitia supra verum extollunt. Debet tamen audire Militis cicatrices, Senatorum paupertatem, &c. Miles, qui nunquam vulneratus fuit: Senator, qui est in tribunali ditatus, &c. si se dignum præmio dicat, mentitur: nam integritas corporis, in illo ignaviam clamat; & in isto divitiæ, etsi contrarium vociferetur lingua, integritatem mentis pernegant.

An loquantur merita?

An cicatrices, an integritas corporis in Milite?

An divitiæ, an paupertas in Ministro?

Et iterum *pro Pompejo* idem Cicero. *Hi vos, quoniam liberè loqui non licet, tacitè rogant.* Et novâ suffundit luce illam Iuris Regulam, *Qui tacet, consentire videtur.* Sunt, qui loqui possunt, sunt, qui non possunt. Illi, qui possunt, & debent loqui, si fortè taceant, virtualiter loquuntur, & respondere censentur, *Consentîmus.* Sed quid

An, & quid in eo, qui loqui non potest, silentium dicat?

 dicemus

dicemus de illis, qui tacere coguntur? Non dicunt, *Consentîmus*, quia nolunt; non, quia non possunt; nam hoc possent dicere, sine discrimine. Ergo illorum silentium, per timorem cadentem in virum constantem restrictum, loquitur & dicit *Dissentimus*. Vnde illam XLIII. Canonum Pontificiorum Regulam ad has quatuor, quæ dilucidant illam, reduco. (1) *In favorabilibus, qui tacet, consentire censetur.* (2) *In odiosis, qui potest & debet loqui, & tamen tacet, consentire censetur.* (3) *Qui autem contradicere nequit, si taceat, dissentire censetur.* (4) *Qui potest, sed non debet loqui, si tamen taceat, nec dicendus est consentire, nec non consentire.*

Iuris Regula exponitur.

NOTA III.

188 PRoderit post Ethnicorum testimonia Innocentium Papam prudentissimum & doctissimum Virum adducere; ejusque verba, quæ *cap.* 3. *dist.* 83. & *cap.* 14. *Tam Sacerdotes.* 24. *quæst.* 3. ponuntur, relegere, & considerare. *Error, cui non resistitur, ait, approbatur: & Veritas, cùm minimè defensatur, opprimitur. Negligere quippe, cùm possis, perturbare perversos, nihil est aliud, quàm fovere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare.* Ergo prudentissimi Papæ judicio, vocem habet ipsamet contradictionis omissio: & ubi errores Ecclesiam Orthodoxam invadunt, illis virtualiter assentitur, qui positivè non reprobat. Et licèt nihil realiter sit Veritatem periclitantem non defendere: hic ipse defensionis neglectus, per adiacentes circumstantias (necessitatem Ecclesiæ; & obligationem personæ, quæ cùm possit se opponere errori, non vult) restrictus, virtualiter loquitur, & voce suâ opprimit Veritatem. Et se tacitus consortem esse erroris fatetur, qui intermittit obsistere.

An, quando aliquis non contradicit Hæretico, ipsamet contradictionis omissio loquatur, & hæresim approbet?

An, qui non contemnit, favere censendus sit? Vide *num.* 90. c.

NOTA

NOTA IV.

SVnt ingeniosæ & eloquentes Calderonis Comœdiæ, & in illâ, quæ inscribitur *La fiera, el rayo, y la piedra,* fol. 240. 3. quia Anaxarte Isidi strenuo militi jusserat, ne de Amore vel verbum loqueretur, & ipse post longa silentia monebat, se nihil de Amore dicere, An, sic illam monendo, præceptum violarit? disputatur. Versus subscribo. 189

Quales sint Calderonis Comœdiæ?

Isis. *Hermosissima Anaxarte*
Pon a quenta de mi Amor,
De que mi Amor no te hable.
Anax. *Hablar en que no hablas, ya*
Es hablar mas, que si hablasses.
Isis. *Que calle un dolor no basta,*
Sinque el que lo callo, calle?
Anax. *No. que mudez, que se explica*
No dexa de sêr lenguaje.
Isis. *Si dexa; por que no es voz*
La seña, que un no es del ayre.
Anax. *Dictamen, que habla por señas,*
Es muy bachiller dictamen.
Isis. *Esso es quererle quitar*
Sus idiomas al semblante.
Anax. *Claro esta que las colores*
Ya son Rhetoricos phrases. [a]
Isis. *Quien le negó a un accidente,*
Que palido se declare?
Anax. *Quien quiso hazer la fineza*
De sufrirle. Isis. *Aunque no es facil* [b]
Cuydado con mi silencio:
Anax. *Ni esse cuydado me encargues*
Que ya dize, que le tiene,
Quien dize, que le repare.

An loquatur de tali re, qui de illâ se non loqui asserit?
Silentium loquax.
Loqui gestu. *Hisp.* Hablar por señas.
An vultus sua habeat idiomata?
An per faciei colorem syntemata interiora loquantur?
a] *Las phrases* semper audivi, non *los phrases.*
b] Assonātia carmina sunt, in quibus coïncidunt ab ultimo accentu vocales, An-ne coïncidunt in vocibus *declare, es facil, encargue?*

Xx 3 Isis.

Isis. *Pues solo, que no le tengas,*
Te diré de aqui adelante.
Anax. *Ni aun esso me has de dezir,*
Que no dexa en un amante
De sér acuerdo el acuerdo,
Que del olvido se vale.
Isis. *Pues para que no te offenda*
Lo que diga, o lo que calle.
Lo que acuerde, o lo que olvide,
Quitandome de delante,
Te serviré de manera,
Que la noticia te alcanze,
Sin el ruydo de mi voz,
Ni el color de mi semblante.

NOTA V.

De Silentiaria Grammatica.

An possit aliquis silendo loqui?

190 Historiæ quæ cogitãtur, ab iis quæ acciderunt distinguuntur, & hæc de Semiramide in circumstantiis plerisque omnibus est cogitata à Calderone, & cantata in Comœdiâ quæ inscribitur *La Hija del Ayre.* Vide *act.* 3. *pag.* 137. *b.*

OLim Menon & Semiramis (si Historiis cogitatis creditur) jussi animi affectus non exprimere, habere desiderabant methodum, quæ doceret, ut tacendo homines loquerentur. Ille enim, cùm non auderet Regis Nini imperio impotenti resistere: & illa cùm Irenes Augustæ sororis Nini, lege præpediretur: labiis cogebantur asserere, quæ esse falsa mente & animo protestabantur: & ideò doceri Artem volebant, cujus uterque auxilio sine voce contra violentiam, quam subibant, possent vociferari: & ideò oculos ad cælos subrigentes mussitabant.

Semir. *Pero el callar es forzoso.*
Menon. *Pero el suffrir es precioso.*
Semir. *No huviera un estilo como*

Hablar

Hablar callando : Menon. *No huviera*
De callar hablando un modo.

Menonis voto, ut video, satisfecerunt Chymici, qui cum indoctis multa dicunt, doctis tacent. Et debebo Astrologos Chymicis accensere, quibus veritas tacet: tametsi enim dixerint & scripserint plurima, prætermittunt silentio, omnia illa, aut ab aëre pendere, aut arenâ fundari. Et utrisque, me jubente, adhærescent Philosophi, qui istum corporeum Mundum esse naturæ librum sciunt, & tamen Aristotelis ingeniosas acroases libro naturæ præferunt: &, quod deberent expendere in experimentorum examine, in Commentariorum lectione tempus prodigunt: Hi sunt, qui Orbem literarum perturbant, & nihil dicunt, ubi multa loquuntur. Possem & alios addere, qui Menonis voto, ut judico satisfecerunt. Sed Semiramidis animus est ardentior, & ideò ejus est votum magis arduum. Non tamen impossibile videri debet: nam possumus tacendo loqui, ut Articuli XII. & XIII. ostendunt.

De Chymicis, Astrologis, Philosophis, an cùm multa loquuntur nihil dicunt?

An Mundi potius liber, quam Aristoteles à Physicis legendus sit

---

NOTA VI.

De Silentiaria Dialectica

An possit quis Præmissas, quæ non dicuntur, subaudire, & ex illis notabiles Consequentias inferre?

Politicorum est hæc Dialectica, & hodie in Regum aulis & palatiis communis. Illam in Apolysi nostrâ, quæ inscribitur *Respuesta al Manifiesto del Reyno de Portugal*, pag. 1. his verbis tradidi, & dilucidavi. 191

Enseñome Aristoteles, que la lengua era interprete del coraçon. Fui de su parecer, hasta que la experiencia me fue desengañando poco a poco. Defensable seria la Opinion del Filosofo, si tratasemos materias Escolasticas, que piden claridad, y certeza. En semejantes puntos.

Author Manifestationē Regni Portugalliæ refellit.

Lingua est cordis interpres.

Dogma Scholasticum.

Scire

Ambiunt gloriam & applausum Philosophi.

Scire tuum nihil est, nisi scire tuum sciat alter:

No ay docto, que no desee parecerlo; ni varon ilustre, que no-dicte y declare las ideas que enriquezen su ingenio: y de esta ambicion nace, que no aya concepto retirado, ni pensamiento agudo, ni sententia curiosa, que dexe de ditarse, escribirse imprimirse. Es fiel la lengua en semejantes ocasiones; y a noserlo, no consiquiera el aplauso y acclamacion, que solicita. En materias Politicas,

Dogma Politicum.

Si sciat hoc alter, scire tuum nihil est:

No tiene la lengua authoridad, ni credito la pluma. Resoluciones grandes no piden Rhetotica eloquencia, silenciosi; aquella destruye los intentos que alaba, este fomenta los que encubre. Tratando con Politicos, pregunta, duda, y examina; Oye con atencion; no menosprecies lo que te dixeren con llaneça, mas funda tu discurso en lo que dexaren de decirte. Vna palabra dicha con poca advertencia, si se oyere con grande, dará luz a dudas escurissimas: porque poniendo por mayor vna palabra preñada que se oyo, y considerando muy por menor lo que con cautela no se dice; se infieren consequencias notables.

Loci Politici, ex quibus in rebus grauibus argumenta sumuntur.

Et quidem in plerisque materiis Prudentiam Practicam à Secreto pendere Politici universi testantur. Apud Tirsum de Molinâ *in Cigarralium quinto*, *libr.* 1. *fol.* 190. *col.* 2. Lisena Dianæ sorori suæ, sic infit.

Satisfagate a essa duda
Esse papel, que ya puedes
Vêr discreta, y guardar muda,
Para que segura quedes
Y Amor a mi dicha acuda.
Y sin hazer mas espantos
Callando tu Discrecion
Advierte en favores tantos,
Que es Cartá de obligacion,
Pero no con Sepan quantos. [a]
Que en saberlo pocos creo,
Que el fin, que espero, veras,
Y de mi honra el empleo.

a] Politica Obligationũ Instrumenta apud Hispanos incipere solẽt his verbis, *Sepan quãtos vieren esta carta de pago, como yo, &c.*

Diana.

Diana. *Que satisfecha, que estas',*
Lisena. *Verasto si lees.* Diana. *Pues leo,* &c.

Pulchra est illa Cæcilij Metelli responsio: nam ab amico rogatus, quid esset acturus post Arbachos in Macedoniam subactos? *Tunicam*, inquit, *meam exuerem* (grandiùs, *comburerem*) *si eam consilium meum scire existimarem.* Plinius *de Viris illustr. cap.* 61. Plutarchus *in Apophthegm. Roman.* & Front. *libr.* 1. *cap.* 1. Consonat Tiberius, quem juvit Taciturnitas, dicebat enim, *Principis animum, aut nemini, aut paucis cognitum esse oportere.* *Quanto secreto negotia Principum tractāda sint?*

Illud σίγα, σίγα, λέπτον ἴχνος. *Tace, tace, tenue vestigium,* fuit ex Electrâ sumptum; & cuidam loquaci puero à Cleanthe dictum, ita *lib.*7. Laërtius narrat, ut λέπτον ἴχνος, *tenue vestigium*, in vocativo constituatur, ut sensus sit, *Parvule, tace, tace.* At quia τὸ ἴχνος neutrîus generis est, potest juberi esse in accusativo: ut sensus sit, *Non solùm graves res, ex quibus magnæ possunt consequentiæ deduci, sed etiam levia vestigia tace, tace: quoniam sicut ex leviter impresso in arenâ vestigio, in personæ, quæ quæritur, cognitionem venîmus: sic ex incauta levis circumstantiæ confessione, ad totîus secreti develationem pervenitur.* *An aliquādo indicium grave ex levi vestigio sumatur?*



ARTICVLVS XIII.

De Sacramentali Confessionis sigillo. *Vtrum Confessarius, qui interrogatus, An Titius confessus sit tale peccatum? tacet, violet Sacramenti secretum? An debeat absolutè negare? Cur in casu, quo Titius reverà illud peccatum sit confessus, & hoc ipsum Confessarius neget, non mentiri dicendus sit? An eum restrictio mentalis excuset?* Examinatur præthereà, *An, & cur non posit secretum naturale violari. Et quid facere debeat, qui crimen falsum imposuit, aut verum, sed secretum, detexit?*

192 *An, & quot titulis sigillũ obliget?* *Tegantur-ne, an deleantur peccata?*

SVPPONIT Quæstio, esse omnino servandum Confessionis sigillum, nullumque dari Casum, in quo liceat vel levissimam culpam auditam in confessione revelare: Ius enim Naturæ præcipit, ut Confessarius sit pœnitenti fidelis; quod præceptum in Sacramenti Pœnitentiæ institutione Christus renovat; & *in cap. omnis utriusque sexûs, Extravag. de pænit. & remiss. §. Caveat autem.* Ecclesia Orthodoxa reponit: Ita S. Thomas *in addit. quæst.* 11. *art.* 1. Scotus *in* 4. *dist.* 21. *quæst.* 2. eorum Discipuli, & alij Doctores communiter. Et tam severè hæc intelligi debet doctrina, ut Antonius Cotonius in summ. verb. sigillum, num. 1. non solùm Dianæ *part.* 9. *tract.* 11. *resol.* 1. sed Theologis universis subscribens, scitè dixerit, *Nullo modo (frangere licet) nec, si totus Orbis, nec si tota Fides Christiana*

Christiana periret; quia nunquam licet iniuriam facere Sacramento. [Et hîc obiter nota, verba illa Psalmi XXXI. *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata*, ex quibus Novatores colligunt, non deleri, sed tantummodò tegi peccata, à Leandro *part.* 1. *tr.* 5. *disp.* 10. *quæst.* 2. bene exponi: nam dicuntur remissa, quia deleta: & tecta, quia triplici sigillo signata, à Confessario revelari non possunt.]

Positâ ergo secreti servandi necessitate, quæ à Catholico negari non valet, tria inquiruntur, PRIMVM, *An Confessarius, si interrogetur, tacêre possit?* SECVNDO, *An teneatur positivè negare?* TERTIVM, *Cur non mentiatur in casu, quo verè pœnitens peccatum illud sibi confessus sit?*

An possit Deus dispensare in Decalogo?

Si dicat Isidorus, [Confessarium, quando interrogatur, *An Margaretha adulterium confessa sit, quod fuit verè confessa?* reverà mentiri; sed non peccare, quia Christus, quando Pœnitentiæ Sacramentum instituit, & sigilli præceptum rigorosum imposuit, in Decalogi Octavo contrariè dispensavit; *contrariè*, inquam, quoniam jussit contrarium,] totam contra se concitabit Scholam: quia tametsi S. Bernardus, & cum illo Angelicus Doctor aliquando, & ubique Scotistæ rotundè asserant, posse Deum in totâ Tabulâ secundâ dispensare; nemo ex ipsis, quem sciam, hanc viam inivit, ut tueretur Sigilli Sacramentalis sanctitatem. Præceptum de non admittendo mendacio certum est; dispensationis possibilitas non nisi probabilis videtur: necessitatem improbabilem puto: Ergo imponam Isidoro silentium, & per aliam viam certam & claram meum Lectorem conducam.

An in mendacio de facto dispensaverit cum Confessariis?

Possit-ne tacere Confessarius si de peccato pœnitentis interrogetur?

An-ne in Casu poterit Confessarius tacere? Asserit Gabriel *dist.* 21. *art.* 3. *dub.* 1. *cas.* 3. Et cur? Quia non respondere est indifferens, nec potest per se suspicionem in alio generare. Et posset suam sententiam firmare authoritate Iuris in sexto: nam *num.* 44. hæc proponitur Regula, *Is, qui tacet, non fatetur, sed nec utique negare videtur.* Verùm enim verò hæc ipsa Regula naturam realem & Gramma-

ticam silentii, & non vertualitatem concernit: etsi enim verum sit *tacere* realiter consideratum, nec esse *negare*, nec *asserere*. Constat ex præcedentibus virtualiter loqui homines, etiam quando maximè tacent. Quod considerans Pontifex num. 43. hanc Regulam pro moribus regendis posuit, *Qui tacet, consentire videtur.* Quæ, si universaliter admitteretur, dicendus esset Confessarius interroganti consentire, ac propterea violare sigillum, cùm tacet. Porrò, quia illa Regula quadragesima-tertia, nec semper obtinet, nec semper claudicat, P. Leander à Sanctissimo Sacramento *part.1.tract.5.de pœnitentiâ,disp.* 10. *quæst.*86.tametsi opinionem Grabrielis putet esse probabilibem, [probabilius, & sub distinctione respondet. Si Confessarius de casu interrogatus, tacet, aduertens ex taciturnitate generandam esse in interrogante prauam suspicionem pœnitentis, v. g. Mariæ. Tunc reuerà, saltem indirectè, violauit sigillum per omissionem responsionis: si verò hoc non aduertat, aut credat, non propterea generandam esse in interrogante, dictam suspicionem; tunc violavit sigillum; cum *non respondere* sit omninò indifferens, ut bene Gabriel. Sic Coriolanus 1. *part. sect.* 3. *pag.* 302. Sancius *in select. disp.* 35. *num.* 10. Hurtadus *disp.*12.*diff.*13.& alij.]

De Regulâ Iuris XLIII. & XLIV.

An, qui tacet, nec asserere, nec negare censendus sit

An sigilli violatio ab advertētiâ aut inad vertentiâ Confessarij dependeat?

Sed ego existimo nihil Leandrum respondisse ad Quæstonem: primò, quia non exponit, an, & quando tacere sit asserere: & hoc erat, quod quærebatur: secundo, quia non petimus, An peccaverit? sed an sigillum violaverit? multa enim, quæ certissimè sunt interdicta, ob in advertentiam à peccato excusantur: Quidquid enim Iansenistæ dicant, hæc est morum securissima Regula, *Vt actio sit peccaminosa, oportet, ut procedat ab homine, qui noscit & percipit, quid boni mali-ve in eâ sit, & antequam id videat aut advertat, aut animum reflectat, actio neque bona est, neque mala.* Quam ob rem, si vel Confessarius invincibiliter ignoraret se teneri ad sigillum, vel ex inculpabili inadvertentiâ aut distractione responderet, *Illa fuit adulterium confessa*, reverà violaret sigillum, & tamen

An Quæstionem resolvat Leander?

Ad omne peccatum advertentia requiritur.

An frangi sigillum possit sine peccato?

men nullo modo peccaret. Non dico, posse esse Confessarium, qui de sigilli obligatione ignorantiam invincibilem habeat: non tantâ inadvertentiâ distrahi de facto inculpabiliter posse, ut peccata sibi dicta revelet: sed assero, ex hypothesi, quod illam habeat, aut distrahatur istâ, violare reverà sigillum, & tamen nullo modo peccare.

Præterea illa Regula *Qui tacet, consentire videtur,* 193
iuxta legitimam interpretationem æquipollet huic, *In favorabilibus, qui tacet consentire videtur: at in odiosis non semper, sed in eo solùm casu, quo quis potest & debet respondere.* Ergo, si ex illâ deberet judicari silentium, videndum esset, An materia, de quâ interrogaretur Confessarius, esset odiosa, aut favorabilis? &, an censeri deberet asseruisse, qui negativè respondere deberet. Ergo, quia semper Confessarij silentium manet expositum malitiosæ aut prudenti interpretationi interrogantis, illud mihi non placet, & ideò moneo Confessarium, ut verbis expressis respondeat.

Exponitur Regula Iuris, Qui tacet, &c.

Confessarium in casu non tacere debere.

Sed quibus? Prima responsio, opinione multorum, debet esse reprehensio: nec enim interrogans tantæ esse potest authoritatis, licèt Cæsareâ aut Regiâ condecoretur Majestate, cui non possit dicere Confessarius: ***Pudeat te conscientiæ esse tam perditæ, ut adeò exsecrabile & propudiosum audeas sacrilegium committere: & pudeat iterum te me tam vilem hominem judicasse, ut speraveris me esse de auditis in confessione responsurum,*** &c. Sed quid, si interrogans ex ipsâmet responsione suam suspicionem obfirmandi occasionem desumat? sigillum Confessarius expressâ negatione firmabit.

An reprehendere interrogantē satis sit?

Et quid, si Princeps ille nefarius & sacrilegus instet? quid, si mortem minetur, aut non minetur, sed tamen velit, ut sibi respondeas directè. An-ne dicere poteris, ***Adulterium non fuit illa confessa?*** At illud eam fuisse confessam supponit Casus: quo ergo modo à mendacio poteris liberari?

Ut confessarius neget expressè suadeo.

An mentiatur, si negetl

Authores, qui eū mentiri asseverant.

Non posse sic respondere Confessarium, Veteres non-

nulli docuerunt: & illos Hadrianus *in 4. quæst. ult. de Confess.* & *Quodlib. 9. ad 2.* qui, cùm fuerit summus Romanæ Ecclesiæ Pontifex, dat sententiæ summam authoritatem. Illos Gabriel *distinct. 21. quæst. 1. art. 3. dub. 1. conf. 3.* Paludanus *in 4. dist. 21. art. 3.* & alij: & quod mirabilius mihi videtur, Sotus *dist. 18. quæst. 4. art. 5.* & *tract. de tegend. secret. membr. 3. quæst. 3. & 4.* & alij Viri docti sequuntur. Hanc sententiam Leander iudicavit probabilem, oppositam enim, cui subscribit, vocat probabiliorem. Et, si rescire velim, cur sic pronuncient? respondent, [Quia aliàs mentiretur Confessarius, quod nunquam licet.] quod est, fateri, se minimè hanc difficultatem penetrasse.

Vera doctrina.

Nos verò contrarium ut certum & indubitatum pronunciamus, & asserimus posse & sæpe debere respondere Confessarium: &, si opus fuerit, posse hanc ipsam responsionem juramento firmare, quin mendacium aut perjurium committat. Et in hoc D. Thomæ *in 4. dist. 21. quæst. 3. art. 1.* Navarro *in summ. cap. 8. num. 19.* & *in cap. Sacerdos, à num. 154.* Victoriæ *num. 184.* aliàs 185. Sylvestro *verb. Confess. 3. num. 10.* Nugno *quæst. 11. art. 1. ad 4.* Suario *disp. 33. sect. 6.* Vasquezio *quæst. 93. art. 4. dubio 12.* Leandro *part. 1. tract. 5. disp. 10. quæst. 85.* Lugo *disp. 23. num. 74. & seqq.* Granado *tract. 11. disp. 6. num. 4.* Hurtado *disp. 12. diff. 13.* Ægidio *disp. 9. num. 25.* Coroliano *1. part. sect. 3. pag. 302.* Fagundez *præcept. 2. lib. 6. cap. 4. num. 3.* Dianæ *5. part. tract. 11. disp. 6. num. 4.* Ledesmæ, & aliis viris doctis subscribo. Nec Hadriani defero authoritati: nam licèt fuerit summus Pontifex, illos ipse libros scripsit ut Lovaniensis Doctor, nec unquam voluit in illis contentæ doctrinæ Pontificiam addere authoritatem.

Potest negare, & suam negationem juramento, si opus sit, confirmare.

An, & quando à Pontificum sententiis dissentire possimus?

Cur, nec mentiatur, ne sit perjurus Confessarius?

Sanè, ut ostendat in Confessarij verbis nullum esse mendacium, nostram resolutionem *lib. 3. cap. 19. num. 7.* persuadet Henriquez his verbis. [Neque enim in hoc mendax est, aut perjurus Confessor; quia, quæ scit ex confessione, scit ut Deus, & non ut homo, viâ humanâ, ac publicâ, eo modo quo alter authoritate publicâ habet

habet jus interrogandi: & quidem, si compellatur respondere, an audiverit ut Deus, aut ut Dei minister? adhuc poterit respondere, se non audivisse ut Dei ministrum, & id jurare, si opus fuerit; est enim adhuc responsio amphibologica, & intelligitur, *ad dicendum*, vel *eo modo*, *quo teneatur dicere.*] Placet Conclusio: placet probatio; tametsi hæc ultima verba non placeant, nam videntur ad mentalem Restrictionem recurrere.

An mentali aliquâ Restrictione saluetur?

194

Dico igitur Confessarium respondentem ut supra, nec mentiri, nec esse perjurum: & hoc ultimum patet, quod enim sine mendacio dicitur, potest sine perjurio, juramento firmari. Superest ergo, ut nunc clarè & dilucidè, quin vel minimam mentalem Restrictionem permittamus irrepere, eum non mentiri demonstremus. Attende.

Mentali illa restrictione non indiget.

Qui interrogat, aut authoritate publicâ aut privatâ procedit. Si publicâ; loci, officij, & personæ circumstantiæ consignificant, & illarum virtute, Iudex interrogat de rebus pertinentibus ad suum officium: videlicet de criminibus, quæ possint probari & expiari. Et hanc ob rem, quando examinatur homicida, verba hæc Iudicis, *Occidisti-ne Petrum?* per circumstantias consignificantes restricta, æquivalent his, *Occidisti-ne Petrum: ita ut crimen commiseris, & tale, ut possit probari & expiari.* Et tu, qui illum cum moderamine inculpatæ tutelæ, aut saltem secretò occidisti, respondes *Non occidi*: nam responsio per interrogationem restricta, æquivalet his verbis, *Non occidi Petrum, ita ut crimen commiserim, quod possit probari & expiari.* Et bene; & verè: nam si processisti cum moderamine inculpatæ tutelæ, non commisisti crimen: si excessisti, sed tamen secretò perpetrasti homicidium, non commisisti crimen, quod ut possit probari & expiari. Te etsi crimen commiseris, & legitimè interrogeris, posse illud negare docent multi Doctores. Antonius Cotonius *in summ. verb. Reus, num.* 10. ait [Probabilissimam esse Sancij *disp.* 43. *num.* 29. & aliorum sententiam, quod reus licèt juridicè interrogetur, non tenetur in conscientiâ delictum, ex quo ei capitis, triremium, mutilationis, confisca

De Confessario interrogato authoritate publicâ.

Quenam consignificantes circumstantia, verba Iudicis contrahant & restringant?

An, & quando possit Reus crimen, quod commisit, negare?

confiscationis, vel alicujus gravis dedecoris malum imminet, fateri, donec delictum plenè probatum sit.]Et cur? Respondet [Quia quilibet habet jus à Naturâ se conservandi, idque etiam cum morte invasoris, vel alienæ rei dispendio.] Sed, quia nemo habet jus vitam suam defendendi mendacio, nihil probat: debet enim probare reum crimen, quod reverà commisit, negantem, non mentiri. Vt reum in casu à mendacio excusent aliqui, ad restrictionem aliquam mentalem recurrunt, ita ut reus interrogatus de crimine quod reverà commisit, possit respondere, *non feci*, subintelligendo, *ut tibi dicam*. Hanc viam init Leander à Sanctiss. Sacram. *part. 2. tract. 9. disp. 24. quæst. 32. pag.* 338. *b.* quia interroganti, *An cognati teneantur explicare copulam, ut validam impetrent dispensationem?* Respondet [Colligitur, quòd quando in dispensatione, aut rescripto non apponitur illa clausula, *Dummodò copula non fuerit*, valida sit dispensatio, quamvis contrahentes de copulâ interrogati ab Ordinario taceant. Quia hi in eo casu non tenentur respondere, quamvis sub juramento interrogentur de copulâ habitâ: & ita possunt illam sine peccato negare, retinendo in mente, *ut tibi dicam*, quamvis copulæ adsit infamia, aut semiplena probatio, eò quod tunc non interroget juridicè, quia interrogat de re, quæ non pertinet ad dispensationem sibi commissam.] Et jubet legi Basilium Hurtadum, Sanchez, Luysium, Dianam, Perez, Palaum. Et locos producit. *Verùm enim verò* nulla est hic necessaria Restrictio, quia judex interrogat de crimine, quod expiari & puniri possit, & nullum, donec plenè probetur, est juxta Reipublicæ leges punibile. Quod igitur plenè probari non potest, infectum civiliter & virtualiter est: hoc est, prudentum judicio & æstimatione ita se habet, ac si factum non esset. At quæ facta non sunt, negari possunt: ergo etiam, quæ secretò sunt facta. Sic *in libello de præcept. & dispens. cap.* 18. *num.* 55. [Et habetur *tom. 4. pag.* 83. *a.*] discurrit expresse Bernardus, à quo hanc certissimam doctrinam didici: nam ad Monachos Carnotenses sic scribit. [*Sed*

Cur id facere possit

Nemo potest se mendacio tueri.

An sit necessaria aliqua in casu restrictio mentalis?

De consanguineorum incestu. An explicandus sit, ut impetretur valida dispensatio?

Quid requiratur, ut Iudex juridicè interroget?

Virtualiter & civiliter non facta, quæ?

[*Sed vos deinde sequimini , & quatenus accipi hoc ipsum velitis , quod appellatis* irregulare , *aperiendo , subjungitis:* Præsertim , si electionis irregularitas adeò involuta sit, & intórta , ut licèt de eâ coram Deo non dubitetur , coram hominibus tamen , aut vix , aut nullatenus convincatur. *Venit nunc quoque in mentem sapiens elogium* , Occasionem quærit , qui vult recedere ab amico. *Quonam enim vos modo* irregularem *dicitis electionem , quæ cassari regulariter non valet , nec reprobari ? Et quidem legitur* , Quod probari non potest, mihi infectum est. *Sed dicitis* , &c.] Ergo & Reus, qui secretè peccavit , poterit dicere , *Quæ secretè facta , probari nequeunt. Quæ probari nequeunt , mihi infecta sunt. Quæ facta non sunt negari possunt. Ergo, quæ secretè facta à me, possunt negari.* Soritæ ergo securissimo insistit.

Quæ conferi debeāt irregularia?

Proverb. 18. a.

Consideratur hic Sorites.

Et agendo in particulari de consanguineis illis, qui apud Leandrum examinabantur ab Episcopo , dico , verba illa Ordinarij , *Habuistis-ne copulam* , æquivalere his *Habuistis-ne copulam , de qua juxta præscriptum meæ commissionis vos debeam interrogare* ? Et ipsi rotundè respondent *Non habuimus*,& respondent verum; & quia respondent verum , responsionem suam possunt juramento firmare , porrò ipsi respondent verum : quia illorum verba per interrogationem restringuntur , & interrogationis verba restringuntur per consignificantes circumstantias.

In casu à Leandro posito Restrictionem mētalem non requiri.

Si reus sit innocens ; puta , si Petrum occiderit cum moderamine inculpatæ tutelæ , quando à Iudice interrogatur per hæc verba , *Occidisti-ne Petrum* ? sanctè & veraciter respondet , *Non*, & sine perjurio jurat. Quia Tribunalia sunt erecta ad punienda crimina , & non ad vexandos innocentes. Ergo tribunal , officium , Iuris strepitus , &c. sunt consignificantes circumstantiæ , quæ verba Iudicis restringunt, ut non de quocumque homicidio, sed de criminoso intelligantur. Ergo illud *Non* per interrogationem restrictum æquivalet huic integræ propositioni , *Non occidi Petrum criminosè.* Audi Cotonium, qui in summ. verb. Reus , num.15. sic inquit. [Adverte hîc cum Portellio *in additionib. ad jurament. n.* 16. quod siquis

Quomodo respondere ille debeat, qui non peccavit , sed crimen materialiter tantùm cōmisit?

N. B. Committere crimen materialiter, est facere aliquid sanctè, quod solet sub

aliis circũstantiis criminaliter fieri.

crimen solùm materialiter commisisset, v. gr. furtum in justam compensationem, homicidium in justam defensionem, &c. interrogatus à Iudice negare posset æquivocando: quia mandatum Iudicis solum tendit ad opus criminosum. Ita Diana *part.* 3 *tract.* 5. *resol.* 66.] Sed cur æquivocando? Puto hoc verbum excidisse ex præjudicio Restrictionum Mentalium, quo præoccupari videtur. Ego ad hominem sic argumentor. Ex suppositione, de quâ dubito, quod occulta compensatio sit licita. Si Iudex interroget eum qui ut sibi compensaret centum aureos à Francisco subripuit; *Vtrùm furatus fuerit*? reus sine ulla mentali restrictione dicit *Non*, & verum respondet; quia furtum est ablatio rei alienæ, & ipse abstulit non alienam, sed suam. Præterea, pone Iudicem dicere, *Cepisti-ne à Francisco aliquos aureos*. Et ego relego illa Cotonij verba. *Mandatum Iudicis solùm tendit ad opus criminosum*. Ergo Iudicis verba æquivalent his. *Cepisti-ne criminosè à Francisco aliquot aureos*. Et reus sine Restrictione Mentali, aut æquivocatione respondet, *Non*, & verum dicit, quia nullos ipse aureos criminosè subripuit. Et idem resolvendum est in altero casu. Ergo ad hujus responsionis verificationem, nec Mentalis restrictio, nec æquivocatio requiritur.

An necessaria sit in hoc casu aliqua æquivocatio, aut mentalis Restrictio?

Hæc tandem doctrina, quæ clarissima est, & mihi videtur certissima Confessario applicetur. Si fortè authoritate publicâ Princeps illum examinet, & interroget dicens. *Audivisti Margaretham in confessione se adulterium admisisse explicantem*. Hæc interrogatio per circumstantias consignificantes restricta inquirit de auditione, quæ crimen sit, & possit probari. Cùm autem Confessarius Sacramentaliter audiendo Margaretham, nullum crimen commiserit; & quæ audiverit, secreta sint, & probari non possint, veraciter respondet, *non audivi*. Et hæc ipsa responsio per interrogationem restricta, æquipollet his verbis, *Non audivi Margaretham in confessione se adulterium admisisse explicantem, ita ut in hac ipsâ auditione crimen commiserim, & crimen quod possit probari*. Ergo hæc palpantur manibus, nec

Quomodo restringantur verba Principis interrogantis Confessarium?

Quomodo Confessarij responsio?

nec nos cogunt ut ad formalitates illas *ut Deus*, seu *ut minister Dei*, quæ tamen opportunæ sunt, & utiles si bene intelligantur recurramus; nam, ut ajebat Melleus Doctor, Sacramentalis peccatorum auditio, quæ cum secreta sit, probari nequit, tam Iudici interroganti, quàm Reo (Confessario: nam hic est, qui respondere cogitur) virtualiter & moraliter infecta est. *Quod probari nō potest, civiliter infectū est.*

Major esset difficultas, si Confessarius interrogaretur authoritate privatâ: si videlicet Petrus, non ut Iudex, aut superior, sed ut amicus aut consanguineus procederet. Puta, si diceret. *Sumus & cognati & amici: mea interest scire, an sit adultera mea uxor. Ergo in summo secreto mihi respondere digneris, an tibi fuerit adulterium confessa?* nam hìc cessant loci & officij consignificantes circumstantiæ: & tamen Confessarius sine mendacio respondet: *Non fuit mihi adulterium confessa.* Et cur ille non mentiri dicetur? expono. *De Confessario authoritate privatâ examinato.*

In omni bonâ Philosophiâ admitti hæc Propositio debet, *Actiones sunt suppositorum*, non enim instrumenta operantur *ut quod*, sed *ut quo*, sunt enim rationes, quibus utitur Causa principalis, quæ operatur *ut quod*. Impropriè ergo loqueretur, qui diceret, *Calamus scribit*, *Penicillus pingit*, &c. propriè verò, qui adderet, *Non calamus, sed scriba scribit: Non penicillus, sed pictor pingit*, &c. Progredior. Sacramenta sunt instrumenta gratiæ; & physica, si Thomistis assentiri volueris: Amicus *tom.* 7. *disp.* 4. *sect.* 9. *pag.* 47. interrogat, *An Novæ legis Sacramenta, sint physica an moralia instrumenta gratiæ?* & respondet, [Prima sententia S. Thomæ 3. *part. quæst.* 62. *art.* 3. *&* 4. & fere omnium Thomistarum affirmat, Sacramenta nostra esse physica instrumenta gratiæ. &c.] Ergo Sacramenta operantur *ut quo*, & Christus in illis operatur *ut quod*. Ergo, in Pænitentiæ Sacramento causa principalis est Christus, qui procedit *ut quod*: Ergo per Confessarium Christus audit pœnitentis peccata, & eum per Confessarium absolvit. Ergo Confessarius audit peccata *ut quo*, & absolvit *ut quo*. Ergo tam vera est hæc propositio, *Confessarius* 195 *Actiones suppositorū sunt, & nō instrumentorum aut formarum.* *Sacramenta sunt instrumenta, per quæ operatur D.N. Iesus-Christus.*

audit pœnitentis peccata, quàm hæc, *Calamus scribit.* At hæc, si propriè loquamur, & calamus sumatur *ut quod*, est falsa, ergo altera etiam falsa est. Ergo, si actiones suppositorum, & non istrumentorum sunt: peccatorum auditio Christi est, Confessarij non est. Ergo sine mendacio dicit, *Non audivi*: & reverà mentiretur, si diceret, *Audvi*.

Huius doctrinæ veritas pendet àb explicatione præ-
196 cedentis Principij, quæ si bona & legitima est, stant omnia, quæ dixi. Ergo, quia in Sacro-Sanctæ Trinitatis materiâ opus est, ut summam castitatem, rigoremque observemus in verbis, dabo loquendi modum, quem Patres & Doctores observant, ut inde discat Lector, qualiter possit & debeat agere, cùm de Pœnitentiæ Sacramento dissecitur. Summâ Theologos circumspectione loqui de superessentiali Trinitatis mysterio constat ex Augustino, cuius verba subscribo. *Vbi quæritur Vnitas Trinitatis, Patris & Filij, & Spiritus-Sancti*, ait, *nec periculosiùs alicubi erratur, nec laboriosiùs aliquid quæritur, nec fructuosiùs aliquid invenitur*, &c. Profectò in omni Agente Principium *quod*, & principium *quo* reperitur. Principium *quod*, ut dicebamus, est quod agit; principium *quo*, est forma *quâ* illud agit: & ideò instrumenta omnia ad principium *quo* reducuntur: nam corpus calidum est principium *quod* calefacit: & calor est forma, *quâ* corpus illud calefacit: & sic homo est *qui* scribit, calamus autem *quo* scribit. Sanè Essentia Divina non est principium *quod*. Raynerus de Pisis *in Pantheologiæ part. 3. verb. Trinitas, cap. 11. §. 8. pag. 783. b.* ait in objectione IV. *quòd quantumvis Divina Essentia considerata in abstracto non sit operans* ut quod, *ac proinde subsistens actu per se ipsam*, &c. Et hoc in responsione non negat. Prætereà. *Omnes conveniunt* (ait Amicus *tom. 1. disp. 23. num. 12. pag. 318. a*) *principium producendi* quod *in Divinis realiter distingui à termino producto. Controversia sola est de principio producendi* quo: *nam, qui docent potentiam productivam notionalem formaliter constitui sola essentiâ, consequenter affirmant, principium producendi* quo *non distingui realiter à termino producto, sed idemtificari*,

Quantum in verbis rigorem Theologi, cùm disputant de Trinitate, observent?

Augustinus *lib. 1. de Trinit.*

Principiū quod *distinguitur à principio* quo.

Quid in Divinis sit principium quod, *& quid principium* quo.

ri, *tam cum termino producto, quàm cum principio ipso producendi* quod. Ergo principium *quod* generationis in Divinis est suppositum, nempe Pater æternus, quoniam actiones sunt suppositorum & Pater, qui realiter distinguitur à Filio, Filium generat: & principium *quo* hujus generationis est Natura Divina, quæ nec distinguitur realiter à Filio producto, nec ab ipso Patre producente. Et quinam sunt, qui sic statuunt? Magister *in* 1. *dist.*7. *lit.* F. Sanctus Thomas 1. *part. quæst.*41. *art.*5. Cajetanus *ibid.* Ægidius *in* 1. *dist.*7. *art.* 1. *quæst.*2. Scotus *quæst.*1. §. *Loquendo.* Capreolus *quæst.* 1. *artic.* 1. *concl.* 2. Basso *quæst.* 1. *artic.* 3. Argentinas *artic.* 1. Gabriel *quæstion.*1. *&* 2. Palar. *disp. unic.* Ferrariensis 4. *contra Gentes cap.*17. §. *Consider.* Bañes *in* 1. *part. quæst.*41. *art.*5. Sylvius, Zumel, & Molina *ibid.* Vasquez *disp.* 164. *cap.*3. Suarius *lib.*6. *de Trinit. cap.*5. Torres *in* 1. *part. quæst.*41. *art.*5. & alij. Quæ doctrina ab Amico ex *Concilij Florentini sess.*18. *&* 19. probatur sic. [Ioannes Thelogus agens partes Latinorum, ait, *Filium ex Patre, & ex Patris substantiâ generari, ita ut Pater sit generans* (hoc est, principium *quod*) *principium autem, quo persona generat, est id quod solum est communicabile.* At sola natura in Divinis est communicabilis. Igitur sola natura in Divinis est principium *quo* generationis.] Et *ex Scoto* sic. [Si Deus produceret Deum natura distinctum produceret illum per Deitatem, ut per rationem proximam producendi, non per proprietatem aliquam relativam: ergo neque nunc producit illum per proprietatem aliquam relativam, ut per potentiam proximè productivam, sed per ipsam Deitatem; quia nunc producit Deum communicando illi eamdem numero naturam: tunc verò produceret Deum, communicando illi diversam numero naturam. At minùs est communicare eandem, quàm diversam numero naturam. Igitur si tunc principium proximum producendi *quo*, esset Deitas, à fortiori etiam tunc principium proximum producendi *quo*, erit eadem Deitas.]

Authores pro nostrâ sententiâ.

Principium quo *in Divinis est communicabile.*

Vide P. Augustinum Redingum *in* 1. *part.* *q.*12. *art.*2. *controver.*2. *pag.*443. *n.*2.

Persona est principium quod: *& Divinitas principium* quo.

Et *disp.* 29. examinat idem Amicus, quæ Regulæ ser- 197

Qualis sit hæc propositio, Deitas generat?

vandæ sint in mysterio Trinitatis. Et *num.* 51. ait hanc propositionem, *Deitas generat*, & hanc, *Deitas*, (*Natura Divina*) *generatur*, esse falsas, ut monet bene S. Thomas 1. *part. quæst.* 39. *art.* 5. *ad* 2. Dixerat has, *Pater generat*, *Pater & Filius spirat*, *Deus generat*, *Deus spirat*, &c. *Filius generatur*, *Spiritus-Sanctus spiratur*, &c. veras, esse.

An in Divinis differant concreta ab abstractis?

P. Augustinus Redingus *in* 1. *part. quæst.* 14 *art.* 3 *contr.* 1. *pag.* 488. *b.* statuerat hanc propositionem, *Idem ex parte obiecti importatur, cùm per abstractum* sapientiæ Divinæ *nomen, tum per concretum* τὸ Deus sapiens, *&c.* posteaque contra hanc ipsam Conclusionem sic sibi obiicit [Instabis, verè dici, quòd *Deus generet*: è contra, quod *Deitas* seu *Essentia Divina generet*, falsum esse *ex cap. damnamus. de Trinit. & Fide Cath.* Oportere igitur, quod concretum τὸ *Deus*, & abstractum τὸ *Deitas*, seu *Essentia Divina* ex parte rei conceptæ importent aliquam diversitatem. Pari ergo ratione τὸ *sapientia*, & τὸ *sapiens*, cæteraque abstracta & concreta in Divinis nomina dicere ex parte rei significatæ aliquam differentiam.] Conceditque antecedens, & negat consequentiam Redingus: & mihi antecedens concedi sufficit: moneo tamen male ab illo paritatem, & in eâ fundatam consequentiam negari. Addit posteà *controvers.* 3. *pag.* 492. *a.* [Falsæ sunt istæ, *Deitas generat*, *Intellectus Divinus spirat*, *Voluntas intelligit*, *Immensitas creat*, *Misericordia punit*, *Iustitia miseretur*, &c.] Capitis, *Damnamus*, Glossam his verbis Petrus Alagona proponit. [Res (nempe Deitas) non est generans: id est, non generat: sed est persona generans.]

An vt [illegible], an vero vt quo prædicatum sumatur?

198 At hæc, *Deitas generat*, est vera realiter & idemticè; nam Deitas in Patre est Pater, & Pater generat: & iterum eadem Propositio est vera *ut quo*; Deitas enim prout in Patre, generat Filium *ut quo*, & tamen absolutè negatur. Ergo loquendi rigor postulat cùm, ut prædicatum sumatur formaliter, & non materialiter, realiter, & idemticè: tum, ut sumatur *ut quod*, & non *ut quo*.

Sed

Sed huic, *Deitas generat*, sunt similes istæ naturales, *Oculus videt*, *Auris audit*, &c. *Intellectus intelligit*, *Voluntas vult*, &c. Item hæc, *Calor calefacit*, *Lumen illuminat*, *Frigus frigefacit*, &c. sunt & similes hæ artificiales, *Calamus scribit*, *Penicillus pingit*, *Acus consuit*, *Lima radit*, *Culter scindit*. &c. Nec non istæ Morales, *Fecialis bellum indicit*; *Carnifex, cùm iniustè damnatum plectit*, *iniustitiam committit*, &c. Item hæc, *Apostolus loquitur*, *Confessarius absolvit*, &c. Omnes enim sunt veræ *ut quo*, nulla *ut quod*. Quoniam loquendo *ut quod*, non Deitas, sed Pater per Deitatem generat: & sic nec oculus videt, nec auris audit, nec intellectus intelligit, nec voluntas vult *ut quod*; sed homo, sicut per oculos videt, & per aures audit, sic etiam per intellectum intelligit, & per voluntatem vult. Et progrediendo ulteriùs, nec calor calefacit, nec lumen illuminat, nec frigus frigefacit *ut quod*, sed corpus calidum per calorem calefacit, & luminosum per lumen illuminat, & frigidum per frigus frigefacit. Quæ omnia clariùs patent in organis artificialibus; sunt enim mortua, & nisi moveantur ab extrinseco, operari non possunt: adeoque nec scribit calamus, nec pingit penicillus, nec consuit acus, nec radit lima, nec scindit culter *ut quod*; sed per calamum, penicillum, acum, limam, cultrum, scribit, pingit, consuit, radit, & scindit Artifex. Non nego Authores, etiam Sacros, in naturalibus & artificialibus propositionibus non semper observasse rigorem, quod minori illa exactione posse tractari iudicaverint: at aliter debemus agere, cùm Divina & supernaturalia edisserimus. P. Augustinus Redingus *in* 1. *part. quæst.* 14. *art.* 3. *pag.* 487. *a.* [Non veritates dumtaxat, sed certæ etiam loquendi formulæ de hoc Mysterio à Sacris Conciliis & Patribus ac Theologis Orthodoxis magnâ ex parte sunt definitæ ac præscriptæ, ut adeò Philosophis quidem liberum sit, quibus voluerint uti verbis; Theologis verò, D. Augustino teste, de Trinitate ad certam Regulam loqui pernecessarium sit; dum præsertim secundum D. Hieronymum à S. Thomâ 1. *part. quæst.* 31. *art.* 2. citatum,

Propositiones aliquæ, in quibus prædicatum usurpatur ut quo.

N. B.

In omni causâ efficiente, & præcipuè vitali, datur entitas causæ, quæ operatur *ut quod*. Et datur virtus operandi, quæ est ratio agendi, & operatur *ut quo*. Operandi virtutes sunt instrumentis simillimæ, & ideò etiā *instrumenta* à nonnullis vocantur: nam sicut calamus separatus ab homine, manet immotus, & nihil scribit, sic visus separatus ab Animâ nihil videret, & intellectus separatus ab Animâ nihil omninò intelligeret; ut enim homo scribit calamo, ita ut ille sit qui scribit; & iste quo scribit sic Anima

visivâ potentiâ videt, & intellectivâ intelligit; nempe Anima *ut qua*, istis *ut quibus*.

ex verbis circa istam veritaten inordinatè prolatis facilè incurratur hæresis.] Ergo transeamus ad Moralia; & accuratè in illis nos loqui debere, ostendamus. Attende. PORRÒ PRINCIPIS supremi est bellum indicere. At Fecialis non est Princeps supremus; Non ergo ipse, sed Princeps per ipsum bellum indîcit. NON FVIT carnificis examinare, an D. Alvarus de Lunâ fuerit de crimine capitali convictus? Hoc Iudicum & Regis intererat. Pone illos temere processisse (per me stat : nam in rebus antiquis, quando eruditi dubitant, nil definio.) Pone Regem pusillanimem fuisse, & invitum condemnationi subscripsisse (quid scio? saltem Poëta Alvaro coætaneus exclamat, *El Rey Don Iuan el segundo Turbado toma la pluma, Para firmar la sententia De Don alvaro de Luna*) At temeritas, siqua fuit, & perturbatio non affecit carnificem, qui prudenter & sedato animo, gladium strinxit, & miserum decapitavit. Ergo, si ponamus fuisse injustam sententiam, hæc propositio, *Injustè Iudices Alvarum per manus carnificis decapitarunt*, vera est; falsa autem hæc, *Iniustè Alvarum carnifex decapitavit*. Quoniam injustitiæ moralitas non principium *quo*, sed principium *quod* (non instrumentum, sed causam principalem) concernit. Tanta est inter potentias, seu instrumenta naturalia & moralia similitudo, ut sicut Ministri *Principis instrumenta* dicuntur, sic & naturales potentiæ, *Animæ Ministri* nominentur. S. Gregorius à Rayner. *in Pantheologi. verb. Oculus. capit. 5. §. 3. pagin. 75. a*, citatus. *Sanctus vir, qui acceptis corporeis sensibus (velut subiectis ministris quidam æquissimus Iudex) præest; velut insidianti morti fenestras corporis claudit, dicens*, Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitem quidem de Virgine, *Iob. cap. 31. vers. 1.* PRÆTEREÀ, an, & quo sensu vera sit illa propositio, *Loquebantur variis linguis Apostoli magnalia Dei*. Constat ex illis Christi verbis. *Qui vos audit, me audit, &c. non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis*. Ergo Apostoli, quà tales, loquebantur *ut quo*, & Deus per illos loquebatur *ut quod*. Ergo negari hæc propositio debet,

An, & quo modo Fecialis bellum indicat?

An D. Alvarus de Lunâ fuerit justè decapitatus?

An iudicum temeritas carnifici sit imputanda?

Ministri sunt instrumenta Principis; sensus verò & potentiæ, quæ sunt quædã naturalia instrumenta sũt ministri Animæ.

An Apostoli fuerint loquuti ut quod : *an ipsi loquuti sint* ut quo, *& Deus per ipsos* ut quod?

debet, *Apostoli, quà tales, loquebantur ut quod*, item & hæc, *Apostoli, quà tales, loquebantur*, si agatur de loquutione *ut quod*. [Consultò addidi illud *quà tales*, non enim omnia, quæ fecerunt & dixerunt Prophetæ & Apostoli, fecerunt & dixerunt *ut quo*, Deo concurrente *ut quod*: Christum enim Iudas vendidit, & Petrus negavit *ut quod*, & non *ut quo*. Et Paulus, quando 2. *Corinth*.13.1. scripsit, *Veniam ad vos*, non enim posteà venit, loquebatur *ut quod*. Item quando 1. *Corinth*.16.6. dixerat, *Apud vos autem forsitan manebo*; non enim Deus diceret *forsitan*. Et expressum 1. *Corinth*.7.12. testimonium habemus; ait enim ibi S. Paulus, *Cæteris Ego dico, non Dominus.* Ergo illa verba, quæ Paulus, & non Dominus dicit, ipsemet nobis dicit, *ut quod*.]

Non semper Apostoli operantur ut quo.

His præmissis redeamus ad Confessarium, propter quem eadem omnia præmisimus. Absolvere à peccatis est solìus Dei. Constat ex miraculosâ illâ erectione paralytici, quam *in Christi historiâ cap*. 2. 5. S. Marcus recenset. Dixit enim paralytico Dominus. Τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου. *Dimittuntur tibi peccata tua*. Et inter eos, qui aderant, sedebant scribarum nonnulli, qui διαλογιζόμενοι dialogizantes (ratiocinantes) dicebant in cordibus suis. Τί οὗτος οὕτω λαλεῖ βλασφημίας; Τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός; *Quid hic sic loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, si non unus* (nisi solus) *Deus?* Et absolvere hominem à peccatis est opus summæ misericordiæ. At Confessarius *ut quod* non est Deus, & pœnitentem ritè confessum absolvens non facit actum misericordiæ, sed justitiæ; nam peccaret mortaliter, si absque causâ pœnitentem auditâ confessione sine absolutione dimitteret. Ergo, cùm dixit Apostolis Christus, *Quorum remiseritis peccata, remittentur eis*, censendus est addidisse, *Qui per vos absolventur, per me absolventur: non enim vos estis, qui gratiam confertis* ut quod, *sed Spiritus Patris vestri est qui* ut quod *operatur per vos*. Stat igitur, hanc propositionem, *Deitas generat*, esse similem huic, *Confessarius audit peccata, & ab illis absolvit*. Ergo, si interroganti, *An Deitas*

Solus Deus potest peccata dimittere

N. B. Illud Græcum, εἰ μὴ, melius exprimit Hispanicum *sino*, quàm Latinum *nisi*.

An confessarius ritè dispositum teneatur pœnitentem absolvere?

In Sacramento Pœnitentiæ Confessarius absolvit ut quo, *& Deus* ut quod.

generet? debeo respondere, *Non generat*, etiam interroganti, *An mihi Margeretha fuerit adulterium confessa*: rotundè respondere debebo, *Non fuit.*

199 DVBIVM INCIDENS. Cur debeat secretum naturale servari.

HINC PATET, cur illa quæ sub secreto naturali dicuntur, revelari non possint. Pono hunc casum. Petrus, ut petat consilium, Claudium Virum doctum accedit, & ait, *Ego occidi unum hominem: parti læsæ satisfacere volo: sed nescio, quid, quibus, & qualiter debeam restituere; & ideò me tuæ prudentiæ committo.* Quod est dicere. *Ego non habeo intellectum, prudentiam & experientiam sufficientem, ut ab hoc intricato Labyrintho me expediam: Ergo patere, ut tuo intellectu, prudentiâ, & experientiâ juver: patere inquam, ut illis utar, ut Deo & meæ conscientiæ satisfaciam.* Adquiescit ille doctus. Gerit vicem intellectûs: Petrum instituit, bono consilio juvat, &c. Aio Claudium, si dicat, *Petrus homicidium commisit*, mentiri: dicere veritatem, si neget. Quoniam, asserendo asseverat, quæ nescit: Siquam enim habet de homicidio à Petro commisso notitiam, illam habet *ut quo* non *ut quod*: & ut fusè probavimus, actiones instrumentis non nisi impropriè, & *ut quo* conceduntur: & *ut quod*, & propriè loquendo, negantur.

Consiliarij sunt consulentis instrumenta: audiunt occulta ut quo, non ut quod.

Alius modus clarior & facilior proponitur, & explicatur.

Fateor esse magni & molesti moliminis bene intelligere & explicare in materiâ secreti terminos *ut quod*, & *ut quo*. Ergo videamus, An possimus sine tot, & tam obscuris Philosophiæ & Theologiæ speculationibus rem exponere clare? Tu me sequere.

De verbis do, *δίω*, doy.

Verbi *do*, Græc. *δίω*, Hisp. *doy*, primaria & nota significatio res corporeas, quæ manu capiuntur & donantur, concernit. Plautus in Amphitr. *Nunc tibi hanc pateram, quæ dono mihi ob virtutem data est, Alcumena, tibi condono.* At secundariò ad sensus externos & internos transfertur. Plautus Curc. scen.1.act.4. *Da aures facundas.* Suetonius in Cæsare cap. 30. *Datus est sermo per urbem.* Et in Claudio cap. 15. *Datum memoriæ* dixit. Plautus in Asin. scen. 4. act.3. *Priusquam animum meum isti dedi.* Et

Non solùm res corporeæ, sed etiã verba, & per ipsa notitia interiores aliis dantur.

multò

multò clariùs in Hispanicâ linguâ, ut si dicam. *Di le un vestido. Dió consigo en tierra. Te dió a entender. Se dio a entender. Dió palabra. Dió palabras. Dió razon, Dió noticia. Dió cuenta*, &c. quæ omnes phrases significationem præseferunt summè diversam, ex quibus unam realem & alteram intentionalem eligo; ut *dame ese libro*, sit *exhibe mihi istum librum*: & *dase a entender*, sit *exhibe mihi, quid intelligas*. Et, quia jam habemus verba, ad rem veniamus. Casum propono.

Petrus famulo suo numerat centum aureos; & præcipit, ut illos det Maximiliano. Et huic famulo occurrit Isidorus, & ait, *Da mihi mutuos centum aureos*, Et respondet famulus, *Non habeo*, & ne mentiatur ad duplicem restrictionem recurrit. Tametsi enim centum ipse aureos habeat, nec habet illos tanquam Dominus suæ dispositioni subjectos, nec habet illos ut Isidoro mutuet. Et hîc nihil mente restringitur; quia utramque restrictionem à circumstantiis consignificantibus recipit. Illa enim verba; *Non habeo*, æquivalent his, *Non habeo, quos mutuos dare possim, nec quos dem tibi*. Dicebat Isidorus, *Da mihi centum aureos mutuos*. Ergo per hanc petitionem restricta responsio illa *Non habeo*, erit, *Non habeo, quos tibi mutuos dare possim*. Et iterum eadem responsio, *Non habeo*, per præceptum restricta, erit, *Non habeo, ut dem tibi*: nam illos habet, non ut Isidoro, sed ut Maximiliano consignet.

200 *Casus I. proponitur.*

Frustra ad Mentales Restrictiones recurritur, cùm præsto sint adjacentes & consignificantes circumstantiæ.

Præterea, Cajus apud te vas aureum deposuerit hac lege, ut custodias, & nemini ostendas. Porrò, si Claudius petat, ut ipsi vas aureum dones; Titius, ut commodes; Cnejus, ut vendas; & Serenus tandem, ut ostendas: tu *Non habeo* respondes sine suspicione mendacij: etsi enim illud habeas, non tamen ut vel dones, vel commodes, vel vendas, vel ostendas. Ergo illud unicum *Non habeo*, variè per varias petitiones restringitur, ita ut si dicatur Claudio, *Non habeo, ut donem*; si Titio, *Non habeo, ut commodem*; si Cnejo, *Non habeo, ut vendam*; & denique, si Sereno, *Non habeo, ut ostendam*, significet.

Casus II. additur.

Eadem verba ex diversis causis, & respectu diversorum recipiunt restrictiones diversas.

significet. Et, quia petitio responsionem restringit, non est, cur Mentales Restrictiones quærantur.

201 Non solùm suarum pecuniarum aut divitiarum, sed etiam suarum notitiarum homo est Dominus. Sicut enim, qui adamantem invenit, potest illum aut ad amicum per famulum mittere, aut alicui custodiendum concredere: sic similiter, qui aliquam Mathematicam demonstrationem, ex. gr. invênit, illìus est proprietarius Dominus; potest eam sibi retinere, quin injustitiæ debeat argui: potest eam donare socio, ut iste illâ utatur ut suâ: poterit mittere ad amicum per famulum, & tunc illa non erit famuli [a] nec aliis ab eo poterit communicari: imò & poterit eamdem notitiam alicui ex causâ opportunâ concredere, & tunc hic illam custodire, & nemini revelare tenebitur. Ergo sicut de adamante, quem habeo, sic de notitiâ, quam habeo, philosophandum est: & ideò bene Hispanus utrumque per verbum *dar* (Latinè, *dare*) expressit: nam sicut adamantem, quem habeo, possum dare sub conditionibus, quas voluero; & hæ debebunt religiosè observari: sic similiter (*podré dar noticia de lo que pienso*) potero dare notitiam alicujus rei, quam scio; & hanc sub conditionibus, quibus voluero, & hæ conditiones debebunt necessariò observari. Ergo, si illa notitia, quam habeo, est mea; illam potero tibi, vel donare, vel ad usum proprium commodare, vel ut tradas Ferdinando concredere, vel apud te deponere, ut nemini des, sed ad meam utilitatem illâ utaris.

Sicut divitiarum, sic etiam notitiarum & cognitionum homo est dominus.

a] Verba, quæ mittuntur per famulū mittentis sunt, non internuncij. Procopius *de bello Goth. libr.* 1. [Orator, qualiacumque à Principe se delegante acceperit, profertque, si minùs proba, vel recta videntur, non ipse propterea jure est incusandus, sed qui misit fortè culpandus, Oratoris quippe officium est, suum cum fide ministerium exsequi.]

Sanè, ut dicebam, ego sum notitiæ illìus (Mathematicæ demonstrationis, quam inveni, ex. gr.) dominus. Ergo, si eam dono tibi; tu donationis vi, poteris de illâ tanquam de re propriâ disponere, & aliis quibuslibet communicare.

Notitiæ possunt, & solent donari.

Si autem tibi commodem, tu illâ uti poteris; sed non poteris aliis communicare. Illâ, inquam, poteris tuas Positiones firmare; at sine meâ licentiâ, nec seorsim, nec in tuis libris poteris eam publici juris facere; imò nec

Possunt & commodari.

nec alicui, ut legatur, permittere.

Si tibi illam, ut referas Ferdinando concredam, ipsam tibi non dono, non commodo; sed tantùm, ut tradas Ferdinando, consigno. Eam igitur tradere Ferdinando debes; & alij, quicunque ille sit, communicare non potes.

Tandem depositi jure tibi confidam eam notitiam; eris illius depositarius; nulli eam dare poteris, imò nec uti, nisi secundum legem, quam tibi præscripsi.

Hac doctrinâ præmissâ alios duos Casus in materiâ notitiæ, qui sint similes illis, quos paulò antè exposuimus, proponamus.

Petrus famulo suo dicit hæc & hæc: & præcipit, ut illa nunciet Maximiliano. Ex vi præcepti illa verba sunt Petri, non alterius; concreduntur famulo, non ut Isidoro, aut alij, sed ut Maximiliano dicantur. Hæc omnia præceptum consignificant. Interim, supervenit Isidorus, & ait famulo. *Quid tibi Petrus dixit?* & famulus respondet, *Nihil.* Et veraciter; quia hæc ipsa responsio, per præceptum restricta, æquipollet huic, *Nihil mihi dixit Petrus, ut tibi dicam.* Ecce illud, *ut tibi dicam*, non est aliquid, quod purâ mente concipitur, sed quod per præceptum consignificatur.

Præterea, Cajus tibi aliquid in secreto dicit; vel, si vis, confitetur, verba eius sunto, *Ego occidi unum hominem.* Hoc crimen tibi exponit (Hisp. *te da a entender, te dize*) ut nulli unquam dicas, sed hac solum notitiâ, ut eum instruas, dirigas, vel absolvas, utaris. Ergo ante omnem supervenientem restrictionem mentalem, ex ratione Naturalis, aut Sacramentalis secreti est, ut adquiras notitiam, quam nulli possis revelare. Interim conveniris à Claudio, & interrogat, *An tibi in secreto (vel in confessione) se commisisse homicidium, Cajus dixerit?* Ergo petit, ut notitiam, quam habes, ei communices. At tu habes notitiam nemini communicandam, hoc est, non habes notitiam alicui communicandam. Non ergo habes notitiam qualem sibi Claudius communicari postulat. Et ideo respondes,

202 *Possunt ab uno ad aliū per ministeriū transmitti.*

Possunt in deposito & custodiâ constitui.

Parallelum Casui I. respondens.

An illud, ut tibi dicam, quod multas assertiones à mendacio præservat, in aliquâ Mentali restrictione consistat, vel potius ab adjacentibus consignificetur circumstantiis?

203 *Parallelum Casui II. correspondens.*

N. B. Qui rem aliquã dicit in secreto Francisco, illius notitiæ eũ constituit depositarium: at depositarius rem depositã nulli donare potest. Ergo, qui secreti depositarius est, notitiã secretã nemini dare aut revelare potest. Non

des, *Non dixit mihi Cajus in secreto (vel in confessione) se commisisse homicidium.* Et à vero non devias: quia tametsi Cajus illud tibi dixerit; non tamen dixit, ut dicas.

ergo habet notitiam, ut tibi revelet. Ergo de te secretâ interrogatus, Nescio, aut Non habeo notitiã, sine mendacio dicet; quoniam, ut tibi revelẽ subauditur: hoc enim à circumstantiis adjacentibus consignificatur.

Vt rem meliùs intelligamus, adhuc addamus paucula. Si linguâ expressisses hæc verba, *Se occidisse hominem, mihi non dixit Cajus, ut tibi dicam*, nemo te accusaret mendacij. Ergo nemo te arguere iustè poterit, si responderis Claudio, *Se occidisse hominem mihi non dixit Cajus.* Quoniam illa verba, *ut tibi dicam*, quæ lingua intermittit, à circumstantiis consignificantur: nam quæcumque mihi in secreto (aut in confessione) exponuntur, dicuntur, *ut tibi non dicam.* Ergo, ut servetur Naturale & Sacramentale secretum, & in utroque nulli discrimini exponatur veracitas, non est, cur ad Restrictiones mentales recurramus, cùm id, quod ipsæ præstare nequeunt, jam priùs clarè & dilucidè præstiterint consignificantes circumstantiæ.

Quanto secreto in Tribunali Inquisitionu causa agantur?

Addo & hunc Casum. Summo secreto est Iulius captus, & in sancti Officij carcerem profundiorem conjectus. Et cur tanto secreto? Vt eius incarcerationem nemo sciat, & nulli dicatur. Ergo consideratis circumstantis, *Non est Iulius in carcere, ut dicatur.* Interim eius frater Antonius illum quærit solicitus; &, quia tandem aliquid suspicatur, Assessorem Tribunalis interrogat, *An Iulius sit in illo carcere?* Et Assessor rotundè respondet, *Non est.* An-ne mentitur? minimè. Et cur? Ob rationem, quæ nuper edisserebatur. Si respondisset Assessor, *Non est, ut tibi dicatur*, nemo eum incusaret mendacii. At illud, *ut tibi dicatur*, quod lingua non dicit, dicit tribunalis severitas (qui enim in ergastulo secreto ponuntur, non ponuntur illic, *ut tibi dicatur.*) Ergo illa verba, *Non est*, per illa, *ut tibi dicatur*, quæ Tribunalis sunt, restricta, nîl continent fallaciæ aut mendacij.

An qui non revelat, quæ scit in secreto, mẽtiatur?

DOCTRI

204
DVBIVM ALTERVM.
An, & quale peccatũ sit, proximi crimen verum, occultum tamen, revelare?

DOCTRINÆ similitudo postulat, ut breviter examinemus, *An possis occulta revelare?* occulta dico crimina, non tibi sub sigillo secreti naturalis concredita, sed te solo & nullo alio adspiciente commissa. Multa profectò de hoc argumento in variis libris lego, quæ erunt bona, aut etiam vera, siquidem à Viris doctis scripta. Illa ego non intelligo: sed non inde infero, non esse vera: multa enim humanum captum superant, multa Angelicum: & ideò, cùm in Quæstionem quam non intelligo, incido, Humilitatis actum, meam cognoscendo tenuitatem, elicio; sed nulli insultare præsumo. *Hanc ergo ob rem in hoc ego Dubio, quæ sunt contra communem opinionem non doceo, sed solùm eruditionis & exercitij gratiâ, ut à doctis legantur & corrigantur scribo, ulla & ideò pro singulari ulla doctrinâ me nolle citari protestor.* Et hac monitione præmissâ sic discurro.

An possit injustè afflictus conqueri, iniuriamque secretò receptam revelare?

An Deus præcipiat moraliter impossibilia

Vt consilium petas, occultum casum referre prudenti amico potes; immò etiam, si afflictus sis, ut possis dolorem lenire. Et ratio est: nam (1) manet res sub eodem secreto. Nam (2) iugum Divinæ legis suave est, & onus leve; & nimis profectò durum esset, & humanæ conditioni repugnans, obligare aliquem ad sufferre & concoquere injurias in suo pectore; & prohibere, ne uni aut alteri amico illas communicet, ut leviùs ferat. Eadem enim argumenta, quæ probant Deum non præcipere realiter impossibilia, persuadent eum nihil omninò præcipere, quod moraliter impossibile sit. Ita Sylvius *in 2. 2. quæst.62.art.21.quæst.5.* Diana *3.part.tract.5.resol.32.* Cotonius *verb.Detractio.n.4* Imò Cruz *p.8.q.2.art.2.dub.3.concl.1.* asserit, non esse mortale, si quis nimio dolore pressus, ut pectus afflictum exoneret, in publicas querimonias prorumpat: hoc enim naturalissimum est. Videretur enim durus, & nimiùm profectò durus Legislator, qui permitteret innocentem affligi, & adhuc, ne iniustè oppressus conqueratur, præciperet.

Si ex casu, aut crimine occulto, cuius notitiam habes, alicui proximo notabile damnũ immineat, illum monere

Quãdo crimen occultum detegi possit? re poteris, ut sibi prospiciat. Nam, si Cloris se prostituerit Nævio sub onere, quòd Cajum occidat, & tu rem vidisti & audiisti: Cajum monere poteris, & revelare quæ fuerint necessaria non plura: inutiliter enim, quæ non sint necessaria dicentur.

Et quando non possit.

An teneatur ad restitutionem? Cæterùm, si nullum bonum finem intendens, crimen secretum evulgaveris, contra Charitatem te peccavisse scis, & tamen, an contra Iustitiam & Veracitatem peccaveris, docere vis. Communis sententia assertivè respondet. Tamburinus *lib. 9. cap. 3. §.4. pag. 431.* [Si crimen verum occultum evulgasti, uti poteris æquivocatione, ut si dicas, eum hominem crimen illud nequaquam patrasse intelligendo publicè, vel quid simile] Et in margine Sotum, Cajetanum, Villalobos, aliosque à Diana *part. 3. tract. 5. resol. 10.* productos adlegat. Ergo teste Tamburino, qui sic restituat honorem, mentietur, nisi utatur Restrictione mentali. At quæ sunt falsa, non redduntur vera, etsi Restrictio mentalis accedat. Prætereà: Nemo potest mentiri; quia mendacium, etiam officiosè dictum, est peccatum. Nemo tenetur uti Restrictionibus mentalibus; illarum enim usum semper inutilem & vanum, aliquando nocivum & interdictum esse lego: at esse præceptum non lego. [Essent contenti oppositæ Authores sententiæ, si mentales Restrictiones esse licitas concederemus: at velle eas esse præceptas, nimium est.] At asserente Tamburino nullo alio modo poteris honorem restituere qui crimen occultum, sed verum, divulgasti. Ergo, quia Logicam bene scis, tu ipsemet consequentiam opportunam deduces.

An detur casus, in quo quis teneatur uti restrictione mentali?

205 *Aliud est rem sub secreto naturali audivisse, & aliud rem in occulto factam vidisse.*

Inter rem secretam tibi sub fide amicitiæ ad Dei majorem gloriam, creditam, & rem secretam, quam tu casu vidisti, distingue. Rationes, & circumstantiæ quæ illam virtualiter infectam reddunt, in hac locum non habent. Ergo hæc est facta. Ergo qui illam sine causâ excusante detexerit, non mentietur, sed contra Charitatem peccabit. Res est, quæ indiget majori examine: & hanc ob rem eum, qui solus crimen committi à Ioanne fortè vidit,

An privilegia & gratia sint concessa criminibus?

vidit, & narrat, peccare contra Iustitiam, nec nego, nec assero, sed doceri ab Ingeniis nobilioribus volo, *In quâ gnam bene gubernatâ Republicâ Iura & Privilegia sint concessa peccatis.* Ad rem *leg.*63. D.*ad Falcid.* Paulus. *Eadem causa est ejus servi, qui noxam nocuit; nec enim delinquendo quisquam preciosior fit.* Omnes enim legislatores eò respiciunt, ne ex iniquitate homines utilitatem consequantur: si enim hic abusus alicubi permitteretur, non subsisteret vita communis. Porrò Communitas periclitatur, siquando in ipsâ crimina committuntur impunè; unde scitè & providè priscus ille Iurisconsultus exclamabat. *Neminem, quæso, censeatis tantæ apud vos authoritatis esse, ut qui leges transgressus fuerit, inultus* (impunitus) *remaneat.* Olynth. 3. At illa (Communitas) quæ privilegia & immunitates concedit sceleribus, jam est perdita. Deus summus est legislator, & sanctissima ejus decreta legum humanarum sunt Regulæ: quoniam ut libr.9. de Civit. Dei asserit Augustinus, *Omnium legum est inanis censura, nisi Divinæ legis imaginem gerant.* Ergo sacrilegæ blasphemiæ erit reus, qui gratias & privilegia Deum criminibus concessisse asserat, quæ Rex terrenus sine crimine indulgere non posset. Et, si vim harum rationum non percalles, cùm sit quæstio facti, respondere digneris; volo enim à te scire, *In quâ Sacræ Scripturæ paginâ, in quo Prophetæ libro, homini scelerato concessit Deus jus & privilegium, ut possit securè coram uno peccare? Ubi fecit, ut qui verum secretum tamen diceret, mentiretur? Ubi, ut qui sic eum infamavit, etsi verum dixerit, teneatur asserere* (*&, si fuerit necessarium, jurare*) *se fuisse mentitum.* Sunt omnia difficilia, & quæ maturiore indigerent examine. Qui huic respondere Dubio velit, frustra petet à mentali Restrictione subsidium. Sperari potuit à circumstantiis consignificantibus: at hæ non videntur efficere, ut mentiatur Petrus, quando uni aut pluribus dicit, se vidisse quæ vidit. Non videntur efficere, ut teneatur Petrus dicere se fuisse mentitum dicendo ea, quæ veraciter dixit.

Divina lex est humanarum Regula.

An sententia contraria sit fundamento destituta?

An prodesse possint Restrictiones mentales?

Argumentum fortissimum, quod ab Adversariis fieri 206

Fundamentalis ratio cui adversarij innituntur.

solet est hoc. [*Petrus est in possessione sui honoris : Ergo habet jus, ne privatâ authoritate ab honore possesso spolietur. At, si crimen ab eo secretè commissum detegeres, eum privatâ authoritate honore exsueres. Ergo mortaliter peccares.*] Vltimam consequentiam, & concessi, & concedo : at non est illa, quæ debebat inferri : non enim *te peccare mortaliter*, detegendo crimen secretum, sed *te fuisse mentitum*, debebat probari.

Casus proponitur, ut ex illo contra præcedens argumentû nova ratio formetur.

Vt huic ego argumento, quod fortissimum vocant, respondeam, aliud formabo simile, & mutatâ materiâ discurram per propositiones analogas. Habebat Fridericus centum millia ducata, clausa in thecâ securâ, & ex Hispaniâ in Italiam contendens, naufragium patitur, & thecam perdit : quod solus vidit Carolus, & non alius. Porrò gloriosum erat illi habere centum millia ducata: inglorium ad mendicitatem reduci : Ergo ne mentietur Carolus, si passim dicat se interfuisse naufragio, & propriis vidisse oculis totum illud aurum perire? Asseris & argumentum simile præcedenti conformas, & sic ratiocinaris [*Fridericus est in possessione honoris, qui in divitiis consistit. Ergo habet ius, ne privatâ authoritate ab huius honoris possessione exspolietur. At, si Carolus Friderici divitias naufragio periisse diceret, eum privatâ authoritate, honore provenienente à divitiis exsueret. Ergo peccaret mortaliter. Ergo & mentiretur. Ergo ad restitutionem teneretur. Ergo deberet se retractare, & se fuisse mentitum asserere.*] Lego attentè, & singulas præmissas, & consequentias recognosco, & sic inquam.

Datur argumentum præcedenti simillimum, sed in aliâ materiâ.

An honos à divitiis proveniat?

Ad illam propositionem, *Fridericus est in possessione honoris, qui in divitiis consistit*, dico honorem proficisci à virtute & divitiis, nec bene eos procedere, qui illum à solâ virtute deducunt. Has duas humanæ gloriæ origines cognovit & asseruit Aristoteles *lib. 4. Ethic. cap. 3.* dicens. *Imperia, & Opes gloriæ causâ expetenda sunt*, fuêre enim, & erunt semper in mundo divitiæ & opes honoratæ. Ovidius Fast. 1.

In pretio pretium nunc est : dat census honores.
Census amicitias : pauper ubique jacet.

Et

Et iterum 2. Amor. 1.

Curia pauperibus clausa est; dat census honores;
Inde gravis Iudex, inde severus Eques.

Quæ apprehensio (nam honos à communi apprehensione dependet) ita, etiam apud Ecclesiasticos obtinuit, ut D. Benedictus pauperibus opponat nobiles, & opinari videatur, eos solos, qui affluunt divitiis, nobilibus adnumerari. Caput LIX. habet in titulo. *De filiis nobilium, vel pauperum, qui offeruntur.* Et in corpore, *siquis fortè de nobilibus offert filium suum Domino in monasterio*, &c. *similiter autem & pauperiores.* Esto divitiis suis concedatur honos, non inficior. At divitiis fictis honorem verum deberi, non admitto. Est honos materiæ-primæ similis, quia existit existentiâ formæ: & materia-prima (sic S. Thomas, & eius Schola definit) existere sine formâ non potest. Ergo, si opulentiæ honos existentiâ divitiarum existit, fictus est, ubi fictæ fuerint divitiæ. Agesilaus asserente Plutarcho *in apophth. Lacon.* Divinos honores à Thasiis sibi oblatos risit, irrisitque; cùm enim Divino honore colitur, qui Deus non est, esse censetur βοῦς ἐπὶ πίνακος ἀργυροῦ: *Bos in quadrâ argenteâ*, in loco, in quo non solùm non deberet esse, sed deberet non esse. Nego igitur *Fridericum, qui divitias non habet, esse in possessione honoris, qui in divitiis consistit.* Et hoc antecedente negato, ruit illa consequentia, *ergo habet ius*, &c. Addo etiam subsumptum illud, *At si Carolus*, &c. esse falsum; nemo enim spoliari poterit re, quam non habet. Consequens immediatè subductum, videlicet. *Ergo peccaret mortaliter*, debet distingui: agi enim potest, de Veracitate, Iustitiâ, & Charitate: si de primâ, cur Carolus dicendus sit mentiri, non video: si de secundâ, à te peto, ut digito mihi ostendas, quid à Friderico suffuratus sit Carolus. Si de ultimâ, dicam casum rarum aut fortè impossibilem esse, in quo error communis possit esse sine aliorum damno utilis Friderico: tunc enim Carolus contra Charitatem peccaret. Verum enim verò, si

An, qui divites, nobiles.

S. Benedictus in Reg. cap. 59.

An materia prima existat existentiâ formæ

Quâ honos subsistentiâ subsistat?

Nemo privari potest re, quam non habet.

In quam Virtutê peccet, qui crimen occultum propalat?

An debeat dici veritas, siquis se esse divitē fingat, ut præ-

potentiæ fœminam decipiat, ut in uxorem habeat?

si Fridericus, exempli gratiâ, fictâ divitiarum opinione ad nobiles nuptias viam aperit; error ille communis in damnum tertij (sponsæ) vergit, & Charitas non postulat, ut fraudi Carolus cooperetur tacendo; sed potiùs postulat, ne miseram illam sponsam falli patiatur. Altera consequentia, quæ subsequitur: nimirùm, *Ergo* (Carolus) *mentiretur*: deberet bene inferri, ut aliquid argumentum probaret: at ipsam non video à præmissis deduci: nam, si verum fuit in naufragio periisse Friderici divitias, etiam erit vera assertio Caroli. Et, si vera hæc; falsæ sunt aliæ duæ consequentiæ, quæ in argumento inferebantur.

207 Hæc omnia dicta, ut clariùs dissolvi posset illud prius argumentum, quod ad Petri favorem formabatur. Postulat profectò bonum publicum, ut boni à malis secernantur, unde Laërtio *lib. 6.* asserente, percontatus Antisthenes, quæ res portenderet ruinam, exitiúmque Civitatibus? *Quando in his*, inquit, *nullum esse potest bonorum & malorum discrimen.* Ergo Ius gentium postulat, ut omnes quà possint, huic ipsi cooperentur discrimini. Ergo contra Ius gentium ageret, qui bonum à malo posset, crimen occultum revelando, discernere, & tamen tacere præsumeret, & nollet loquendo publico bono cooperari.

An Reipublicæ intersit, ut crimina etiam occulta, detegantur?

De possessione iustâ & iniustâ.

De honore debito, & indebito.

Hinc ad argumentum illud venio, & singulas propositiones recognosco. Erat prima. *Petrus est in possessione sui honoris.* Distinguo, in justâ, nego: in iniustâ, concedo: aut aliter, *Est in possessione honoris*; debiti, nego; indebiti, concedo: nam ut *lib. 4. Ethic. cap.* 3. pronunciat Aristoteles, *si verum judicare volumus, solis bonis honos debetur.* Et, si verius judicare volumus, malis non solùm honos non debet exhiberi, sed debet non exhiberi, *honos enim malis exhibitus in eorum commutatur ruinam*, ut experientia probat, & *lib. 7. Moral.* S. Gregorius cognomento Magnus testatur. Inferebatur. *Ergo habet jus, ne privatâ authoritate ab honore possesso spolietur.* Et ego singula nego: Non enim (1) aliqua privilegia seu jura sunt peccatis concessa: immò nec concedi usquam possunt. Non enim (2) privatâ authoritate crimen

An malis debeatur honos?

An verum honorem possideant?

crimen detegit, quem ex Iure gentium loqui jubet Antisthenes. Non enim (3) honorem Petrus possidet: nam iste in virtute fundatur, & corruit sublatâ virtute. Audi Chrysostomum *de reparatione lapsi* dicentem. *Honos verus, virtus animi est:* (ergo ubi hæc non reperitur, aut nullus honos est, aut siquis apparet, non est verus.) *Hic honos* (verus) *nec à Cæsaribus præstatur, neque adulatione conquiritur*, &c. Ergo, quem à Principibus extorsit adulatio non est verus, sed imago quædam umbræ & fumo simillima. Non enim (4) etsi honorem possideret, manuteneri posset; nam esset possessor iniustus, vel ostendatur prætensæ possessionis titulus. Et hinc patet, quid ad subsumptum 208
illud, *At si, crimen*, &c. & ad consequentiam illam, *Ergo mortaliter*, &c. debeamus respondere.

Author nihil impræsentiarum docet, quia hoc Dubiũ eo fine proposuit, ut doctiores audiret.

Itaque omnia, quæ hucusque in toto hoc Dubio dicta, *valeant, quantum valere possint*. Interim tu sequentes Assertiones lege, quas non *Conclusiones*, sed *Palimpsestos* appellavi: non enim illas defendendas adsumo, sed propono, ut illas Candidi (aliis enim coloribus multi tinguntur) Theologi perpendant & examinent. Est enim παλίμψηστος charta deletitia. Germanicè *Esels hautt*. Et quidem Iurisconsulti *deletitiam* vocant. Vlpianus *leg. chartæ. D. de bonor. possess. secund. tab.* ait. *Chartæ appellatio ad novam refertur, & ad deletitiam.* Consonat Budæus *in lib. de Asse*, qui vocem παλίμψηστος interpretatur chartam deletitiam, nempe in quâ, abstersis prioribus literis, alteræ rescribuntur. Cicero vocem Græcam retinuit, & *lib. 7. Epist. Trabat.* sic scribit. *Nam quod in Palimpsesto laudo equidem parsimoniam, sed miror, quid in illâ chartulâ fuerit, quod delere malueris, quàm hæc non scribere; nisi fortè tuas formulas.* Ergo tu Conclusiones à nostris Palimpsestis distingue, illis assensum præbe, hos verò ante examen nec admittas temerè, nec incautè reiicias. Sit igitur Conclusio.

παλίμψηστος, quid sit?

Charta deletitia quæ sit?

Examinare, Quid, & Cur deletũ in palimpsesto aliquid fuerit, est communis curiositas, & non Ciceronis solius.

PRIMA. *Qui crimen verum, secretum tamen bono animo detegit: ut videlicet, Rempublicam, aut privatum quemcumque hominem à periculo eripiat, aut alicujus amici gravi utili-*

Quando crimen occultum possit detegi.

 tati

tati prospiciat, non peccat. Est communis: nam inter duos potioris pars potior est. At innocens semper est scelerato præferendus. Ergo, ubi de criminis detectione, aut occultatione differitur, curandum est, ne ita tacendo homini malo faveas, ut bono noceas.

An Amicorum literas eorum iniussu possimus edere, aut imprimere? an saltē ostendere?

Hanc doctrinam tam severè Politici & Aulici accipiunt, ut suas literas, non dicam imprimi, sed ne quidem aliis ostendi aut legi tolerent. Eorum opinioni adhærens Iustus Lipsius *Centur.* 11. *in Proœm. ad Lectorem* sic exclamat. [Mali exempli arbitrium hoc sibi sumere in scripta aliena. Mihi fieri nolim: & tamen faciunt, atque ecce edunt alibi hanc aut illam Epistolam, me non ignaro solum, sed invito. Quæ hæc temeritas, sive improbitas, est? Clamo & testor apud homines, qui sunt, qui erunt, inimicus mihi quisquis hoc facit. *Quicumque quodcumque meum, præter me, divulgat aut divulgabit, præses Litterarum & famæ Deus vindicato.* Homo imperite & φρένας ἠλεὲ, verba aliquot apud te familiaria, aut libera, aut blandè effudi: sed apud te: & in lucem tu hæc calidè effers? *Quid hoc est aliud* (utar disertissimi Viri verbis) *quàm tollere è vitâ vitæ societatem? tollere amicorum colloquia absentium? Quàm multa ioca solent esse in Epistolis, quæ prolata si sint, inepta esse videantur! quàm multa seria, neque tamen ullo modo divulganda!* Abi igitur inhumane inepte: nec sic me produce imò traduce. En, cùm cautè omnia & circumspectè scripsimus (ut hoc ævum est) non effugimus morsum: tu subitaria mea prodis, id est, latus pectusque meum nudum obiicis ad omnem ictum? Abstine, & tu Lector, mea ama, sed mea.] Interim, ut ut assentiar Lipsio, nec nænias, quæ Amicis scribuntur interdum, mitti in publicum patiar; ea, quæ cum gloriâ scriptoris, & Auditorum utilitate possunt legi, non est, cur supprimamus. Sed & in his ipsis summâ est opus prudentiâ: nam fortè Operi Author ultimam manum non imposuit: aut fortè habet rationes, ob quas aut editionem Libri differat, aut totum supprimat. Et earumdem rationum non tenetur nobis rationem reddere; suæ enim specula

Negat Iustus Lipsius.

φρένας ἠλεὸς, mente vacuus.

An Societati humanæ præjudicet Epistolas edendi libertas?

Produce & traduce *dicebant veteres, hodie dicimus* produc & traduc.

An, & quãdo aliorum scripta ostẽdere, aut etiam publicare valeamus, aut debeamus?

Virgilius suam Æneidem flammis mandari jubet: sed

ſpeculationes ſuæ ſunt, & à noſtro non dependent arbitrio. Si tamen Virgilius aliquis in ſuum ingenium ſæviat, & ſuis laboribus fraudare Orbem Literarium voluerit, ſit tibi exemplo Auguſtus, qui tam dirum facinus, prætextu ultimæ voluntatis, locum habere non permiſit. Ejus verba conſidera.

eam Auguſtus Cæſareo decreto conſervat.

Ergo-ne ſupremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare [a] nefas? Ergo ibit in ignes,
Magnaque doctiloqui morietur Muſa Maronis?
Ah ſcelus indignum! ſolvetur littera dives?
Et poterunt ſpectare oculi? nec parcere honori
Flamma ſuo, dignumque operis ſervare decorem?
Noſter Apollo vetat, Muſa prohibete Latina, &c.

a] Æneidē ſuam Virgilius flāmis in ſuo teſtamento legavit, vel ut loquar cum Auguſto, mandavit: unde Hiſpani legare in teſtamento, *mandar* dicimus: & *mandas* legata vocamus.

Ergo contra bonum publicum nunquam eſt deferendum privatæ voluntati. Et ultima, tametſi multis ſit condecorata privilegiis, nunquam hoc obtinebit, ut ſit valida & nociva Reipublicæ.

209 *De Accuſatione, & Correctione fraternâ.*

SECVNDA. *Qui crimen verum, occultum tamen, perpetrari vidit; non tenetur reum accuſare; at poteſt fraternè corripere; &, ſi non proſit, aut non ſit neceſſaria hæc fraterna correptio (non enim ubique locum habet) poteſt criminis commiſſi notitiam ad Superiorem, ut ad Patrem, deferre.*

An mentiatur, qui accuſat reum de crimine ſecretè commiſſo?

Prima Pars Aſſertionis, ſtat: nemo enim tenetur media ponere quæ finem non poſſint ſortiri. At accuſationis finis eſt, ut crimen expietur, & reus puniatur. Vbi autem deſunt teſtes, neutrum poterit obtinere accuſator. Nemo ergo alium criminis veri occulti accuſare tenetur. Eſt communis. Præterea ad §. *Qui interrogat*, & illud Protheorema, *Quod probari non poteſt, mihi infectum eſt*, à Melleo Doctore adſumptum, & à nobis dilucidatum, oculos convertamus, & videbimus, Accuſatorem in hoc caſu mentiri, nam dicit Politicè factum, quod eſt infectum (ſeu non factum) Politicè: quoniam Accuſatoris verba per conſignificantes tribunalis & muneris circumſtantias reſtricta, includunt tranſcendentalem limitationem, *ita, ut probari poſſit.* Ergo, qui vidit homicidium

à

à Francisco committi, & accusationem concipit his verbis, *Franciscus homicidium commisit*, censetur dicere, *Franciscus homicidium commisit, ita ut probari possit.* Hoc enim importat ipsummet Accusationis nomen, & susceptum Accusatoris officium: nam, ut *libr. 9. in Decalog. cap. 2.* §.4 *num.* 1. *pag.* 418. ait Tamburinus, *Qui accusat, suscipit in se onus probandi, debet se subscribere Accusationi; &, si non probat, patietur ex Iure pœnam Talionis, quam non subit Denunciator.* At occultè commissum crimen probari non potest. Mentitur igitur Accusator, cùm reum de occulto crimine accusare præsumit.

Secunda etiam est certa: eamque firmant omnia, quæ de Fraternâ Correctione à Theologis eruditè dicuntur.

An sine mendacio privatim possint crimina occulta revelari?

PALIMPSESTVS I. *Ergo, qui crimen verum, occultum tamen, extra tribunal narrat, etsi plurimis dicat privatim, & reo damnum maximum inferat, non mentitur.* Consultò illud *privatim* posui, nam verba extra tribunal dicta non possunt à tribunalis circumstantiâ restringi. Præterea neminem quis potest de crimine falso corripere, nec ullus potest crimen falsum ad Superiorem deferre. Ergo in casu, quando quis suo Superiori potest, aut debet dicere, *Titius secretè tale crimen commisit*, non mentitur. Et retine in memoriâ hòc Carollarium, nam plurimùm servire poterit.

An fieri ex malo animo ne sit mendax revelatio, sufficiat?

PALIMPSESTVS II. *Qui crimen verum, occultum tamen, sine bono animo, aut etiam ex malo animo detegit, non peccat contra Veracitatem.* Patet, quia non mentitur. Et hoc sic demonstrabo. Quando revelat bono animo, non mentitur: Ergo nec quando revelat malo animo; non enim ex eo, quod bono animo, vel malo dicatur; sed ex eo, quod res sit, vel non sit, propositio redditur vera, vel falsa.

An contra Charitatem sit revelare secreta?

210 PALIMPSESTVS III. *Qui crimen verum, occultum tamen, sine aliquâ ex illis causis, quæ in primâ Assertione ponuntur, ex malo animo detegit, peccat contra Charitatem. Et, si contra hanc virtutem tantùm, ad nullam restitutionem tenetur.*

Scitè,

Scitè, ut solet, *libr.9. in Decal.cap.3.§.3. num.4.pag.428.* Tamburinus. [Excusatur, ait, à restituendâ famâ is, qui non peccavit contra Iustitiam. Quare quoties in superioribus & consequentibus, invenies infamantem per suam actionem externam solùm peccasse contra Charitatem, vel aliam Virtutem, & non contra Iustitiam, toties eum non obligari ad restitutionem pronunciato, &c.] Iste autem contra quem peccat, An-ne contra illum solum, quem infamat? sic putabam, donec legi Maximum qui rem accuratiùs discussit, & *serm.*20. sic inquit. *Hieron. arcana enunciantes, injuriam facere dicebat etiam eis, quibus enunciarent. Odimus enim, non solùm eos, qui effutierint, sed eos etiam, qui quæ nolumus, audierint.*

An teneatur restituere, qui nullam injustitiam commisit?

PALIMPSESTUS IV. *Qui crimen verum, occultum tamen, sine aliqua ex illis causis, quæ in primâ Assertione ponuntur, ex malo animo detegit, non peccat contra Iustitiam.* Corollarium I. *Ergo ad nullam restitutionem tenetur.* Corollarium II. *Ergo, nec tenetur, nec potest se retractare, aut dicere se fuisse mentitum.* Ita Cajetanus *in 2.2. quæst.72. art 2.* & alij. Est contra doctrinam communem, quam Coronius *in summ.ver Detractio, num.*10. proponit & exponit: quam Villalobos *tom.2. tract.*11. *diff.*37. *num.*11. Tannerus *in 2.2. disput. 4. quæstion. 6. dub. 6. num.* 146. Diana *part. 3. tractat.* 5. *resol.*34. Tamburinus, & alij propugnant.

An contra Iustitiam sit revelare secreta?

Quo debeat modo, qui illa revelavit, restituere?

Doctrina profectò communis mihi nunquam placere potuit: & contra illam duo argumenta fortissima, alterum à priori, & alterum à posteriori, conformabo.

Cur communis hæc doctrina non placeat?

211 INCIPIAM ab hoc ultimo, ut notiora præmittam, nam effectus clariùs cognoscuntur, quàm causæ, & sic inquam. [Non est credibile aut possibile sub infinitè bono & justo Deo innocentem per calumniam traductum carere opportuno remedio, ut honorem injustè detractum recuperet. Non est, inquam, possibile esse à Deo esse à Christo institutam Rempublicam, in quâ calumniator debeat necessariò trumphare, & innocens nulla habeat media, ut famam per injuriam perditam possit recuperare.

Effectus sūt notiores causis.

An esse modus debeat, detractum injustè honorem recuperandi?

perare. In qua à Publicâ derelictus Iustitiâ, omne cogatur desperare remedium, & interminabilem infamiam injustè subire, & clamare, Αλλ'ουκ ἐνεστι συκοφάντου δήγματος! *Non est remedium adversus sycophantæ* (calumniatoris) *morsum*: Sed, si staret doctrina communis, innocens non haberet unde honorem posset recuperare. Ergo communis doctrina non stat. Probatur minor. Qui crimen falsum imposuit innocenti, debet se retractare, debet se fuisse mentitum dicere: &, si fuerit necessarium, tenetur retractationem suam juramento firmare Ita S. Thom. 2.2. *quæst*.82. *art*.2. *ad* 2. Scotus *in* 4. *dist*.15. Sylvius *in* 2.2. *quæst*.62. *art*.2. *quæst*.22. *tract*.32. *cap*.10. *num*.245. *&* *quæst* 10. Villalobos *tom* 2. *tract*.11. *diff*.37. *n*.3. Diana *part*.3. *tract*.5. *resol*. 39. [Consentit in cæteris Faber *in dist*. 15. *quæst*. 3. *disp*. 53. *cap*. 1. *num*. 32. nec differt in juramenti circumstantiâ; non enim dicit, detractorem non habere obligationem jurandi se falsum dixisse, si hoc sit necessarium juramentum; sed ait, hoc juramentum necessarium non esse. Et ut existimo, Faber bene discurrit; nam, si detractor sit ita lapsæ fidei, ut eius retractationi nemo debeat credere, nisi illam juramento confirmet, etiam censendus erat talis, cujus detractioni nemo debuerit credere, nisi illam juramento firmasset.] Ergo, si eodem modo, qui crimen verum, occultum tamen, detexit, se retractare, & se mentitum fuisse dicere teneretur, nunquam posset innocens recuperare honorem per mendacem detractionem amissum. Probo consequentiam clarissimè: & casum sequentem propono. Aurelium virum sanctum & probum commisisse adulterium heri narravit nobis Ioannes, in nostrâ æstimatione homo verax. Credidimus: Nam (1) præmittebat rationes verisimiles, ut ostenderet, nos indigere illâ notitiâ, quam non ut noceret Aurelio, sed ut nobis prodesset, Suggerebat: Nam (2) Aurelium esse adulterum vir bonus (sic putabamus) asserebat; & Ioannem mentiri coram nobis nullus vir fide dignus asseruit. Nam (3) consideratâ hominum fragilitate, minùs incredibile erat, virum bonum in tentatione &

An detractor debeat retractationem suam juramento firmare?

An eodem debeat modo restituere, qui falsum testimonium imposuit, ac qui crimen occultum revelavit?

An causæ interdum dentur ob quas detractori credamus?

& occasione lapsum fuisse apud pulchram viraginem, quàm virum bonum eò temeritatis devenisse, ut innocenti falsum testimonium imponeret; &c. At hodie Ioannes pœnitentiâ ductus, quæ dixerat heri, retractat, se fuisse mentitum affirmat, & Aurelium innocentem esse asseverat. &c. Et quid hîc nos, si simus prudentes, & communis doctrina retineatur, dicemus? Hanc retractationem posse provenire à duabus causis: sive enim Aurelius nunquam adulterium commiserit, sive reverà illud, sed secretò commiserit, sua Ioannes verba retractare deberet. Non esse, cur ab unâ potiùs, quàm ab aliâ retractationem causâ provenire dicamus. Immò, quia faciliùs crimina vera, quæ occulta, narrantur, quàm non vera imponuntur, censebimus Aurelium reverà fuisse adulterum, sed in secreto crimen id commisisse. Ergo Aurelius est miser: & non habet unde famam injustè detractam possit recuperare; & hoc, quia obtinuit in Scholis hæc sententia communis. [Et hîc obiter nota id: quod alibi uberiùs edisserui, videlicet omnem opinionem strictam esse laxam: nam Circulus, si ex uno latere stringitur, relaxatur ex alio: & Theologi, dum ex unâ parte contra eos qui crimina vera, sed occulta, revelant, volunt esse severi, in innocentes, quibus falsa testimonia imponuntur, sunt crudeles, & privant omni Iuris subsidio, cogúntque ut maculati iniustâ infamiâ, recuperandi honorem omni destituatur remedio.] Vide Theologiæ Regularis Procemium, quod ut ex ipsomet Titulo constat, *Geometricis Fundamentis insistit, agitque & Moralium Opinionum delectu; & demonstrat obiter, sententias, quò magis strictæ sint, laxiores esse.* Et habetur in Editione Lugdunensi anni 1665. pag. 32.

An adrestituendũ detractum honorem retractatio sufficiat

An, & cur innocens nõ possit honorẽ perditum recuperare?

An omnes opiniones, quæ strictiores, sint laxæ?

Confirmatur primò. Puella habet jus ad tuendam vitam: ergo, si post scelus commissum habet jus ad secretum, & conservationem honoris, omnia quæ gravida potest facere ad conservationem vitæ, poterit ad conservationem secreti & honoris. Quid dicis? An-ne eodem modo de vitâ, & secreto philosophandum est: an diverso? 212

De jure ad vitam conservandam

si diverso; habebit ad vitam ex Iustitiâ, & ad secretum post peccatum commissum ex solâ Charitate spem. Si eodem modò philosophandum sit in utroque casu, sequentur absurda quibus assentiri non audeas. Attende. Si fœtus inanimatus sit, & nisi emittatur, mater sit moritura, posse abortum procurari directè, nempe, ut medium conducens ad salutem matris, asserunt Sanchez *de matr.lib.9.disp.*20. Graffius *part.*1. *lib.*2. *cap.*8. *num.* 5. Sà *verb. homicidium*, Layman *lib.*3.*sect.*5. *tract.*5. *part.*3. *cap.*4. *num.*4. Et alij apud Dianam *part.*3. *tract.*3. *resol.* 11. contra Filliucium *tract.*29.*cap.*6. Lessium *lib.*2.*cap.*9.*num.*61. *&* 62. Vtramque sententiam probabilem judicat Tamburinus *in Decalog.lib.*6.*cap.*2.§.4.*num.*4.*pag.*97. qui probat asserentem opinionem. His verbis. [Ratio est: quia tunc fœtus est aggressor contra matris vitam? & sicuti pravi humores possunt depelli, quia invadunt vitam; ita & ille fœtus, qui nunc instar humoris pravi est.] Et hîc obiter nota, Conclusionem esse de fœtu inanimato, & Rationem æquè adversus animatum procedere. Sed quia nobis Conclusio sufficit, quæ de inanimato resolvuntur, sumamus. Progredior. Per te eodem jure potest gravida vitam, & honorem defendere. At, quando conjugata ex adulterio absente marito concepit, fœtus honorem suæ parentis aggreditur. Ergo potest ut contra aggressorem procedere. At vitæ aggressor potest occidi: ergo aggressor honoris. Posse in casu fœtum ab adulterâ expelli Sanchez, Graffius, Sà, Layman & alij negant: immò audio, inquit Diana *part.*6.*tract.*8.*resol.*17. affirmativam sententiam fuisse damnatam in Congregatione Sancti Officij. Et negantem contra Torreblancam, Bordonum, Lessanam, Trullenc. & aliquos ex Societate Iesu, monet Diana *part.*3.*tract.*5.*resol.*12. & *part.*6.*tract.*8. *resol.*37. & Tamburinus *loc.cit.num.*6. esse hodie in Schola communem: & debet ab omni viro pio & prudenti defendi, quoniam affirmativa summè est periculosa; aperit enim viam ad propudiosa scelera, quæ perpetrarentur cum pernicie Reipublicæ. Stat ergo Ius naturale non concedere

An liceat procurare abortum?

An possit contra fœtũ mater, si ab illo invadatur, procedere?

An ad tuendum honorem possit abortum procurare gravida?

Est falsa & perniciosa sententia asserens.

concedere adulteræ, ut defendat honorem, ſicut gravidæ innocenti concedit, ut defendat vitam.

Confirmatur ſecundò. Damnum grave eſt amiſſio honoris, pro quo tuendo licitum eſt hominem cum moderamine interimere, ſi aliter ſalvari non poteſt: *in ſumm. verb. Occidere invaſorem, num.* 23. ait Cotonius. Ergo (1) vir nobilis, ſi invadatur, non tenetur fugere. Ita Sotus *de Iuſt. quæſt.* 1. *art.* 8. Diana *part.* 5. *tract.* 4. *reſol.* 9. & *part.* 11. *tr.* 2. *reſol.* 20. §. *Præterea*, Cotonius *loc. cit. n.* 10. & 23. contra Sylvium *in* 2. 2. *quæſt.* 64. *art.* 7. *quæſt.* 9. Ergo (2) vir nobilis poterit occidere volentem ſe baculo vel alapâ percutere. Ita multi Doctores quos citat & ſequitur Leſſius *libr.* 2. *cap.* 9. *dub.* 12. *num.* 77. Ergo (3) quia hæc verba *honor pretioſior bonis fortunæ eſt*, vera ſunt, & in Cotonio *loc. cit.* expreſsè poſita, in omni caſu liceat bonorum invaſorem occidere, licebit etiam invaſorem honoris. Ergo (4) quia perinde eſt auferri honorem linguâ aut baculo, poterit vir nobilis, ſi verbis ſe non poſſit tueri, hominem contumelioſum occidere, qui ſe imponendo falſa crimina invadit. Ita Baldellus *libr.* 2. *diſp.* 24. Stroverſdorfius *in* 2. 2. *quæſt.* 64. *art.* 7. *concl.* 5. Tuetur hanc ſententiam Bañez, quia *in* 2. 2. *quæſt.* 64. *art.* 7. *concl.* 2. aſſerit falſum teſtem & iniquum accuſatorem poſſe occidi. At hoc tametſi ſpectato ſolo Iure naturæ admitti debeat, hoc Iure ceſſimus, qui leges Civiles admiſimus. Ita Coninch. *de actib. ſupernat. diſp.* 32. *dub.* 2. *num.* 12. Diana *part.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 97. & *part.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 7. & *part.* 11. *tract.* 1. *reſol.* 20. §. *Primò.* Cotonius *in ſumm. verb. Occidere invaſorem, num.* 13. Ita etiam Malderus, *in* 2. 2. *tract.* 3. *cap.* 1. *dub.* 12. negat enim falſum teſtem, & iniquum accuſatorem poſſe occidi, quia non invadunt authoritate privatâ, ſed publica: At, qui calumnias ſpargit, aut dicit, invadit authoritate privatâ. Ergo, ſi aliud non ſuccurrat remedium, teſte Maldero, occidi poterit. Sed quo tendunt hæc omnia? ut Caſum ſequentem proponam. [Anſelmus, vir Eccleſiaſticus, & in dignitate conſtitutus (ſit v. gr. Epiſcopus) unam fœminam vilem

213 *Honos defendi poteſt.*

Nobilis, ſi invadatur, non tenetur fugere.

An prævenire poſſit?

An honos ſit fortunis pretioſior?

An, qui iniurias & contumelias evomit, occidi poſſit?

An, & accuſator iniquus, & falſi teſtes?

 cognovit.

cognovit. Hæc vanæ gloriæ ducit prostituisse se Episcopo. Narrare incipit: &, si supervivat, narrabit omnibus: sibi, ut existimat, honorem indipiscens ex alterius infamiâ. Et ut aliquid dicam in particulari: scio Dominum N. ad summas dignitates evectum, & tamen etiam audivi Bertham, inveteratam meretricem, narrare passim, se illi frequenter prostituisse, &c.] An-ne illam occidere potest Episcopus? audivi Virum valde doctum dicentem, [Potuisset P. Amicus ab illâ sententiâ abstinere: nam ex illâ sequitur Religiosum, qui se immiscuit scorto, posse illud occidere. At jam, ut illum defendamus, debebimus illam defendere.] Sed ex doctrinâ Amici, si bene intelligatur & exponatur, non sequitur esse licitam scorti cædem. Nec Episcopus in casu proposito potest mulierculam illam occidere. Et hoc omnes Viri cordati mecum dicent. Sed cur non poterit? Aliam rationem non reperio, quàm hanc. Nam peccator nullum jus habet, ut servetur secretum. Nam peccator occultus, qui admisit crimen, cui infamia adhæret, reverà non habet honorem, sed habere creditur. Vnde, qui sine legitimâ causâ illud crimen revelet, non contra Iustitiam, sed contra Charitatem peccabit.

An muliercula possit post fornicationem occidi?

An ille, qui peccavit secretò, honorem habeat?

214 PONAMVS secundum argumentum, procedendo à priori, & inquirendo causam, siqua est, ob quam se retractare debeat, qui crimen verum, sed occultum detexit. Attende. Nullum privilegium aut jus peccatorum commissioni à Deo, nullum ab homine, conceditur, aut potest concedi. Ergo, qui peccavit in occulto, si fortè ejus crimen venit in alterius notitiam, non habet jus, ut alter teneatur tacere, nec possit in foro narrare, quæ vidit: nam impotentia, quæ à præcepto Charitatis oritur, non est privilegium concesso peccato, sed denominatio extrinseca, nata à lege, *Ama proximum sicut te ipsum.* Suadetur Antecedens. Quia pœnam merentur omnia crimina, etsi minùs gravia, vel levia; & privilegia seu gratias non merentur. Quamobrem illa venialis Peccati definitio,

An jura & privilegia cōcessa sint, aut possint concedi peccatu?

definitio, *Peccatum veniale est, quod facile veniam mereretur*, etsi passim recepta, à bonis Theologis communiter reprobatur; illud enim *meretur*, in *consequitur* mutari debet; quoniam nullum peccato Veniali ad gratiam jus; nam facilitas, quæ in ipso reperitur, non est privilegium ipsi intrinsecum, sed quædam denominatio extrinseca desumpta ab infinita Numinis misericordia: unde Hermanus Busembaum *in Theologiæ Moralis medullâ, libr.* 5. *cap.*2. sic id dêfinit. *Veniale est, quod ob suam levitatem gratiam & amicitiam non tollit, etsi fervorem Charitatis imminuat, & temporalem pœnam mereatur. Dicitur* Veniale; *quia salvo vitæ spiritualis principio, scilicet gratiâ, languorem animæ curabilem infert, veniamque facilè consequitur.* Nota quanta circumspectione Vir Eximius loquatur. Vtitur verbis *meretur*, & *consequitur*: sed illo, cùm agit de pœna, hoc autem, cùm de venia seu gratia. [Nec est, cur nimium causeris, si similes definitionos aut assertiones apud Veteres legas: nam singula sæcula propriam habent dialectum: unde Theologus, qui scripsit eruditas in Chrysostomum Notas, verba illa, *Nam licèt similem etiam illi consecrationem mereantur, sed non illis similis voluntas, nec rerum similis præparatio*, quæ *tom.*5. *homil. ad baptizandos*, leguntur, accuratè perpendens, negat illam esse Chrysostomi, & ut ostendat, cur hanc sententiam teneat, ait, *Homilia est Latini hominis, qui, ut ætas sua ferebat*, mereantur *dixit, pro* obtineant, &c.] Ergo, si peccatum veniale nullum privilegium sortitur, amens sim, si præsumam occultæ mortalium commissioni deberi ex Iustitia exemptiones & immunitates concedere.

Quid Veniale Peccatum sit? An aliquam gratiam, aut favorem mereatur?

Cur facilè consequatur veniam?

An singula Ætates proprias dialectos habeant?

An mereri pro obtinere aliquando ponatur?

215 Dices, nihil me probavisse, nam illud ipsum Ius, quod Lex Naturalis non concedit, impertiuntur Civiles. Et probas, producendo Cotonium, qui *in summ.verb. Occidere invasorem, num.*13. sic infit. [Banes *in* 2.2. *quæst.*64.*art.*7. *concl.*2. licere inquit prævenire falsum testem, & iniquum accusatorem, qui contra Iustitiam Legalem pandit crimen alioqui verum, sed occultum; non solùm, si ex hoc timeatur sententia mortis, sed etiam notabilis amissionis

Iustitia in Naturalem & Civilem divisio.

An liceat testes & accusatorem occidere?

rerum

rerum temporalium: dummodò priùs admonitus nolit desistere, & non sit alia spes evadendi. Quia etiam in crimine vero, quando est occultum, deest ius accusandi.] *Attende*: nam repugnantia interspicio. Agit de accusatione, quam sequi possit mortis, aut bonorum amissionis sententia. Ergo de accusatione, quæ causam possit ad plenam informationem perducere. Ergo de crimine coram duobus vel pluribus testibus perpetrato. Ergo de crimine, ob quod reum accusandi habet jus unusquisque. Non ergo bene Bañez de iure accusandi discurrit. *Præterea* scire vellem, quæ sit ista Iustitia, quam *Legalem* appellat? Et ideò *Dico primò*. Qui peccatum occultè (coram uno teste) commisit, non habet jus naturale ad secretum. Patet, quia, si hoc haberet, non esset cur Bañez ad Iustitiam Legalem recurreret. *Dico secundò*, Qui crimen verum, sed occultum detegit, contra Iustitiam Legalem non delinquit. Patet, quia nullus in Iure Pontificio canon, & nulla legitur in Regio vel Cæsareo lex, quæ prohibeat, ut crimen coram uno commissum detegatur. Vel qui oppositum pertinaciter asserat, illum, illam-ve ostendat. *Dico tertiò*. Etsi lex humana præciperet, ne criminis coram uno teste perpetrati reus accusaretur, qui illud crimen narraret, non mentiretur. Nam ex lege illâ reus adquirit jus, ne accusetur; non autem, ne privatim inter amicos aut quoscumque alios de illo crimine agatur. Et suadetur. Nam latrones viarumque excursores iniqui, interdum indultum adquirunt. Et indultum est lex, quæ concedit, ut in nullo tribunali de criminibus illis accusentur. Et tamen indulti lege non obstante verum est ipsos fuisse grassatores viarum; & qui hoc nescientibus, sine causâ legitimâ dixerit, peccabit contra

216 Charitatem, non autem contra Veracitatem aut Iustitiam: & ideò retractare, quæ dixit, non tenebitur.

An Bañez bene intelligat Iura?

De jure ad secretum. Illud, nec jus Naturale.

Nec Humanum concedunt.

An lex humana possit concedere jus ad secretum?

Qualem restitutionem debeat facere, qui crimen verũ, sed occultũ detexit?

PALIMPSESTVS V. *Si ille, qui peccatum verum, sed secretum detexit, teneretur ad restitutionem, nemo sciret eum dirigere, ut debitam restitutionem faceret.* Vel attende. Scis

Presby

Presbyterum N. evomuisse blasphemiam; crimen indignum sacerdotio, ob quod debeat ab omnibus haberi nihili. Hoc scelus tu, & sine ullâ utilitate, ut solùm illi noceas, Amicis narras. Te mortaliter contra Charitatem peccavisse, cum communi omnium Theologorum opinione concedo. Sed quia, te contra Iustitiam deliquisse asseverant non pauci, adesse volo, & videre, quomodo honorem injustè detractum restituas. Laudas illum à præclaris virtutibus: & magnas illum eleemosynas erogare asseris, servire ægrotis inculcas, & similia. Sed reponunt Amici. Hæc, vel sunt vera, vel falsa. Si falsa, non potuerunt dici, nemo enim debet honorari mendaciis. Si vera, ad rem non sunt, nam per eleemosynas & præstita ægrotis servitia, ignominiam blasphemiæ commissæ non evadet. Addentque, Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομεν αὐτόν, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας. *De pulchro (bono) opere non eum lapidamus, sed de blasphemiâ.* Ioann. 10. 33. Sed perges, dicesque, vel ut Hispanus loquitur, *te desdizes.* Retractas, quæ dixeras, & ais: *Nullam ipse unquam blasphemiam protulit. Ego, cùm eum evomuisse blasphemiam recensui, fui mentitus.* Et duo tu mendacia dicis, ut tuæ conscientiæ satisfacias. An-ne putas talem Dei legem esse, ut te obliget ad mendacia & perjuria? Deus fidelis est, & fidelis non esset, si mentiri præciperet.

Laus in uno genere non tollit infamiam in altero.

An possit, aut teneatur dicere se fuisse mentitum?

Sanè isti Palimpsesti placuisse D. Thomæ videntur, nam illos admittit Cajetanus quos alij sequuntur. Tamburinus *in Decalogum lib. 9. cap. 3. § 4. num. 2. pag.* 432. præter Cajetanum, etiam Sotum, & Villalobos citat: doctrinamque, etsi non generaliter, in aliquibus casibus posse admitti decidit. Reverendiss. Abbas D. Ioannes Baptista Sacchi Romanus, Ordinis Cœlestini decus, est vir doctus & eloquens, & Romæ hoc anno M D C L X X I. apud S. Iacobum Conciones Quadragesimales habuit, quas honoravit Eximius illustrium Virorum accursus; & in Passionis hebdomade nos docuit Cajetani doctrinam (adeoque hos quinque Palimpsestos) & monuit esse in praxi securam, & debere observari. Interim, quia Iu-

Authores, qui tuentur Palimpsestos.

niores malunt à Cajetano, aut etiam à D. Thomâ abesse, has lineas addo.


Authores, qui contrariam propugnant.

Cotonius *in summ. verb. Detractio, num.* 10. hæc habet. [Qui verum crimen, sed occultum alterius propalavit (1) sufficit, quod se retractet apud illos, quibus crimen manifestavit; (2) etiam si hi aliis notum fecerint: quia posterior hæc infamia per accidens sequitur ex priori, & ex malitiâ audientium (3) qui etiam ipsi tenentur apud suos Auditores restituere. Ita Villalobos *tom.* 2. *tract.* 11. *diff.* 37. *num.* 11. Tannerus *in* 2. 2. *disp.* 4. *quæst.* 6. *dub.* 6. *n.* 146. & Diana *part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 34. Immò in hoc casu restituendi sufficit, quod de tali delicto non ampliùs loquatur apud eosdem, & illum laudet, honorificè de eo & cum eo loquendo. Ita Cajetanus *in* 2. 2. *quæst.* 72. *art.* 2. Diana *part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 30. & alij.] Id quod *num.* 1. resolvebat Cotonius hodie passim admittitur. Et de hac materia satis strictè loquitur Tamburinus *lib.* 9. *cap.* 3. *per tot.* ubi multos Authores Recentiores pro sua doctrina producit. Quod *num.* 2. ponitur, si priora stant, non est omninò verum: ait enim Tamburinus *loc. cit.* §. 5. *num.* 3. [Certum mihi videtur, si advertis Auditores tuos esse malos, & prævides facilè coram aliis obloquuturos ea, quæ illis manifestas, te obligari etiam coram illis aliis famam restituere.] Numerus tertius ex primo oritur: & de Cajetani sententia, quæ *num.* 4. prostat, impræsentiarùm nil pronuncio. Interim, si semel dicatur non peccasse contra Iustitiam, sed contra Charitatem Titius, qui crimen verum detexit; etiam erit verum, non loqui ampliùs de illo crimine, & reum laudare, &c. Titium non ex Iustitia sed ex Charitate debere. At, quia Charitas incipit à se ipsa, cum proprio damno, & præcipuè gravi, proximo favere non præcipit.

N. B. Tamburinus *loc. cit. pag.* 431. ut te retractes præcipit, & ne mentiaris jubet, ut ad Mentalem Restrictionē recurras.

Sed hæc Mentalis Restrictio mendacium nec tollit, nec excusat: & nemo tenetur mentiri: Ergo aliam viam inire debebit Tamburinus.

ARTI



ARTICVLVS XIV.

An in Legum interpretatione uti possimus aut certè debeamus Restrictione Mentali?

OMNIA quæ hucusque diximus, destruere videtur illa Iuris Canonici Regula, quæ cæteras omnes claudit, & legum ambiguos omnes sensus, actibus purè internis restringit. Illam propono. *Certum est*, inquit Pontifex, *quòd is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis* (legislatoris) *nititur voluntatem.* Concepta & lata fuit à prudentissimo & ingeniosissimo Viro, qui supponebat, verba per loquentis voluntatem restringi. At voluntas (nam & *volitio* hoc nomine significatur) est actus spiritualis, purè internus. Ergo, si laliùs significantes voces Volitio contrahit restringitque, etiam id poterit præstare Intellectio. Ergo Mentales Restrictiones admitti necessariò debebunt.

217 *Virùm Mentales Restrictiones probentur Iuris Canonici Regulâ LXXXI.*

Voluntas *sumitur pro volitione.*

An verba per voluntatem restringantur?

Huic argumento respondet Assertionis III. Corollarium.

Variæ sunt hominum opinationes circa modum, qui debet in legum interpretatione servari. Sunt qui inculcent in Iure subtilitates reprobari: leges à Politicis & non à Metaphysicis fuisse conceptas & prolatas, adeoque non posse formalitatum denominationibus minùs notis obludi, sed exponi & observari debere ad literam; imò ad apices; illarum verba esse in omni casu complectenda: & oppositum aperire viam summæ Iudicum dissolutioni: ubi enim alicui Magistratui permittitur ex æquitate judicare, funditur ex plumbo, ne ex cera dicam ipsa hæc æquitas, ut in eam inclinetur partem, qua spirat Favor. Addebant eam, quæ contra leges sit æquitatem non esse: sed esse Iniquitatem puram, & mentito vocabulo æquitatem vocari. Quoniam Iudices, ubi soluti legibus, sunt Sarabaitarum similes, quorum mi-

An leges subsint Philosophicis subtilitatibus?

Objectio cōtra Regulā.

An liceat ex æquitate judicare?

S. Benedictus in Regul. cap. 1. *De monachis Sarabaitis. Quales sint?*

rabilem conversationem his verbis S. Benedictus describit. *Tertium Monachorum teterrimum genus est Sarabaitarum, qui nullâ Regulâ approbati (seu) experientiâ Magistri, sicut aurum fornacis, sed in plumbi naturâ molliti, adhuc operibus servantes sæculo fidem, mentiri Deo per tonsuram noscuntur. Qui bini aut terni, aut certè singuli, sine Pastore, non Dominicis, sed suis inclusi ovilibus, pro lege est eis desideriorum voluptas; cùm quidquid putaverint aut elegerint, hoc dicunt sanctum; & quod noluerint, putant non licere.*

Hæreticorū Protheorema.

Qui si fortè Regulâ & Lege gubernari dicantur, illam sibi præfigunt, quam à Calvinistis, dum essent Civitatis Domini, inscriptam muris, in nonnullis hortis Antuerpiæ (quod etiam alibi me monuisse meminerim) legi: nimirum, *Quod volumus, id justum est.* Et cur? Quoniam Antiquus dixerat, *Stat pro Ratione Voluntas.*

De Sarabaitis Iudicibus. Qui & quales sunt?

Et quid (subjiciunt) vetat, ut Iudices, qui Legum præscripta negligentes, pronunciandi ex æquitate, sibi privilegium adrogant veriùs, quàm adsumunt, vocare *Sarabaïtas*; & teterrimos dicere? [Dum enim eorum nulla sunt Regulâ approbata dictamina, non morantur Canones, quos longâ experientiâ formati Civilium morum præscripsere Magistri; auri fornacis puritatem ignorant, nam ut plumbum mollescunt, & in quam partem propria Vtilitas eos impellit, inclinant.

An hodie multi Iudices seducantur φιλαυτίᾳ?

Hodie doctrina sæculi subcollatur φιλαυτίᾳ, & hoc pessimum vitium in tribunalia irrepsit, quales fuerunt & erunt in mundo plurimi, nam dixit Christus, *Qui amat animam suam, perdet eam*; & ei consonans Paulus, *Erunt homines immites, minimè amantes bonorum, voluptatum amantes.* Et quando hi tandem erunt? *Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa: erunt enim homines se ipsos amantes, avari, &c.*

Ioann. 12. 25. 2. Timoth. 3. 4. 2. Timoth. 3. 2.

Quæ sit doctrina sæculi? Quomodo distinguat actus bonos à malis?

Et nostri temporis Iudices Apostolus expressisse videtur: dum enim sub æquitatis larvâ utilitati propriæ consulunt, servare sæculo fidem, mentirique Deo per togam & locum noscuntur. Hi bini, aut terni, aut certè singuli (nam varij sunt apud populos ob diversos mores.) tribunalibus præsunt: sine Pastoris aut Legislatoris ductu

sponte

ſponte oberrant, non præceptis Dominicis, ſed propriis præjudiciis deluſi, pro lege ſuorum deſideriorum voluntatem recipiunt, & quidquid ſibi ipſis utilius ſemper eligunt, & quidquid elegerint, aut putaverint, hoc dicunt ſanctum; & quod concernat bonum publicum nolunt, & quod noluerint, non licère pronunciant.] Tales ſunt multi Iudices: & nimis profectò multi: quorum inſolentiam debet Princeps retundere, legem hanc LXXXI. quæ ipſos exleges, reddidit, obliterando. Dicit Hiſpanus, *Llamance Letrados, porque han de eſtar à la letra atados.* Ergo oportet ad literam obſervari Canones, & nihil contra literam cogitare, *Ergo in legem committit, qui legis voluntatem, quæ fere & occulta & ignota, ſe comprehendere aſſerens, aut etiam-ſomnians, legis aperta & manifeſta verba non complectitur, & obſervat.*

Cur Hiſpanus lettados Iuris prudentes nominet?

Sed parciùs obſecro, nam legum non eſt obſcura & ignota voluntas, nec huic litera, ſi bene exponatur, opponitur: & Regula malas tantùm interpretationes incriminatur: & Bonifacius VIII. aut quicumque Author fuit Pontificiæ Regulæ LXXXI. Iurium omnium ſecura fundamenta percalluit, & illam proferendo & præſcribendo Protheorema Orbi literario propoſuit, quod debeat in omni tribunali, in omni actu publico, aut etiam privato obſervari. Conſidera Aſſertiones ſequentes. Eſto 218

Qualis ſit Regula ultima Iuris Canonici?

Prima. *Vbi non ſunt leges, non eſt bene gubernata Reſpublica*: Nam prima vitæ communis fundamenta inſiſtunt his duobus Lemmatibus, *Leges ſunto*, & *Leges ſervantor.*

An debeant eſſe leges?

Secunda. *Vbi ſunt leges, eſt tacitus inter Principem & Populum contractus, vi cujus, hic debet ſecundum illas vivere, & ille ſecundum ipſas gubernare.* Ergo ubi eſt lex, ut fœminæ in Majoratibus non ſuccedant, agnatus habet jus, ut præponatur filiæ; & Princeps, qui agnato ultimi poſſeſſoris filiam præferat, præſcriptæ Iuſtitiæ præjudicat; &, quia legis verba non complectitur, contra legis nititur voluntatem.

An legiſlatio ſit contractus?

Quid faciendum est quando lex duas diversas expositiones patitur?

Tertia. *Vbi lex duas patitur interpretationes, recurrendum est ad consignificantes circumstantias, ut voluntas legislatoris cognoscatur.* Corollarium. *Non ergo legem ambiguam restringit & determinat nuda Legislatoris Voluntas* (hæc enim est actus purè spiritualis, & in se ipso humanitùs incognoscibilis) *sed circumstantia extrinseca, quæ hanc Voluntatem significant: vel Legislatoris Voluntas per easdem circumstantias significata.* Hinc patet Regulam illam Iuris Pontificij, quæ sub initium hujus Articuli, *num.* 160. ut suaderentur Restrictiones Mentales, adducebatur, nostram adfirmare sententiam, quæ legem ambiguam restringit per voluntatem, quæ innotuit nobis ex consignificante circumstantiâ. Audi Virum Clarissimum, Dominicum de Rubeis (quem libenter nomino: in eo enim morum elegantiam, stili puritatem, rationum pondera, & probationum efficaciam suspicio) nam *Certamine* VII. *num.* 8. sic inquit. *Scire leges* [a] *non hoc est verba earum tenere, sed vim ac potestatem* [b] *Et Voluntas legis, ut pars legis præcipua, spectanda* [c] *conservanda,* [d] *non enim dubium est in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. Contra legem facit; inquit Paulus* [e] *qui id facit, quod lex prohibet: in fraudem verò, qui salvis verbis, sententiam eius circumvenit.* Addo locos unde hæc verba deduxit, a] *leg.* 2. C. *commun. de leg.* b] *leg.* 17. *ff. de legib.* c] Nota verbum *spectanda.* Agit ergo de voluntate, quæ inspicitur, quæ videtur. At in se ipsâ non potest videri voluntas. Ergo agit de voluntate notâ per consignificantes circumstantias, d] Gothofredus *ad leg.* 19. *eod.* ait: *Verbum* ex legibus, *sic accipiendum est, tam ex legum sententiâ* (sensu) *quàm ex verbis.* Verba, *leg.* 6. §. 1. *de verb. signif.* e] Paulus *in leg.* 29. *ff. eod.* Vide *leg.* 5. C. *de legib.*

Quomodo lex per Legislatoris voluntatem restringatur?

Respondetur authoritati adductæ pro contrariâ sententiâ.

D. Dominicus de Rubeis, integerrimus, & doctissimus Vir.

Quid scire leges sit?

Aliud est operari in legem, *&* *aliud* in fraudem legis.

Voluntas spectanda quæ sit?

Est sanè universalis & summè necessaria hæc doctrina: sæpe enim aliqua lex habet voces, quæ propriam, impropriam, seu metaphoricam subeunt expositionem: & contingere poterit, ut qui complectatur propriam, & impropriam reiiciat, contra legis voluntatem

nitatur

nitatur. Est igitur dicendum PRIMÒ in materiâ Civili, *Vbi alter legis sensus est contra bonum publicum, & illud alter promovet, hic ultimus est admittendus.* Patet: quia Principes creantur ob bonum publicum; & à Deo ipsi ad ædificationem, & non ad destructionem habent authoritatem: ergo ambigua lex per personam Legislatoris restricta, ad consentaneum sensum, & non ad dissentaneum contrahitur. Et SECVNDÒ in materiâ Philosophicâ dicendum est. *Vbi alter Propositionis sensus implicat contradictionem, aut absurdum infert, & alter non, priori debet anteferri posterior.* Patet: quoniam verba Philosophi debent esse digna Philosopho. Ergo ab Authoris personâ restringuntur, ut eam interpretationem accipiat, quæ non impingat in Fundamenta Naturalia. Et dicendum est TERTIÒ in materiâ Theologica. *Vbi Propositio à Viro Catholico pronunciata aut scripta duos sensus habet alterum orthodoxum & alterum heterodoxum, (hæreticum, Schismaticum, aut aliquâ Theologicâ censurâ dignum) in orthodoxo est explicanda.* Patet: quoniam verba Catholici in dubio Catholicè debent interpretari: & iniuriam illi faceret, qui in malam partem obtorqueret, quæ in bonam posset.

Quid faciendum sit in materiâ Politicâ?

Quid verò in Philosophicâ?

Et quid tamdem in Philosophicâ?

219

Vt hæc tria dicta illustrem, hoc exemplum propono. *Suspendere* propriè est *laqueo pendere.* Italicè *appicare*, Hisp. *ahorcar.* Cicero in Verrem. *Centuripinum Dioclem, hominem locupletem, suspendisse se constat.* Et iterum 1. de Orator. *Cùm familiaris quidam quereretur, quòd diceret, uxorem suam suspendisse se de ficu; Amabo te inquit, da mihi ex istâ arbore, quos seram surculos.* Aut etiam, ut *lib. 1. de Cruce. cap. 4.* exposuit Lipsius *crucifigere.* Et hoc sensu loquutus est Plautus Men. scen. 5. *Quin tu te suspendis.* Et mox, *Quin tu is in malam crucem.* Sed pergamus ulteriùs. Erant in Iure antiquo Canones, qui Clericos de tali convictos crimine, suspendi præcipiebant. Et Iulianus Apostata, ut se Pontificiorum Canonum defensorem ostenderet, laqueo in patibulo suspendi jussit, quos Canones suspendendos decernerent. An-ne justè? Porrò suspensio in dialecto

Quid propriè suspendere sit?

De suspensione Clericorum.

Ecclesia

Quid sit apud Canonistas suspensio?

Ecclesiasticâ est vox metaphorica, & censuram, quæ usu Officij aut Beneficij, aut etiam utriusque privat & destituit, significat. Et Iulianus Imperator remotâ omni metaphorâ in omni vocum proprietate voces Canonum intelligebat: cùm tamen vox *suspensio*, tametsi duas haberet acceptiones, propriam, impropriamque, per personam proferentis & alias consignificantes circumstantias restricta, non nisi impropriè & metaphoricè deberet accipi. *Ergo Iulianus Imperator, ubi maximè videri volebat Canonum observator, committebat in leges, quia verba nuda complectens, nitebatur contra* legum *& legislatoris voluntatem.*

2. Corinth. 3.6.

Hinc lux Apostolo, qui his verbis Corinthios instituit. Ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ. ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους καινῆς διαθήκης, οὐ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος: τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ. *Idoneitas nostra ex Deo* (*est:*) *Qui & idoneizavit* (idoneos fecit) *nos Ministros Novi Testamenti, non litera* [a] *sed spiritûs: Quoniam litera occîdit, at spiritus vivificat.* Videtur dixisse Paulus, quæ nuper Pontifex reponebat: sæpe enim in Sacrâ scripturâ loci & propriè, & impropriè exponi possunt: & ille sensus unicè est admittendus, ad quem vel circumstantia personæ quæ loquitur, aut de qua loquitur, orationem restringit. Proponam duos vel tres locos, ut ex ipsis, quo debeant modo similes exponi cognoscamus. Apud Prophetam Regem Psalm. 2. 7. legitur: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Et Genes. 6. 5. *Videns autem Deus, quòd multa malitia hominum esset in terrâ, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum, quòd hominem fecisset in terrâ. Et tactus dolore cordis intrinsecùs. Delebo inquit hominem, quem creavi,* &c. *pœnitet enim me fecisse eos.* Dixerat Moyses Genes. 3. 8. *Et, cùm audiissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam, & uxor eius.* In primo loco occurrit illud *hodie*, quod in communi Lexico tempus præsens importat: at in Psalmo, cùm à Patre æterno, ipsimet Filio æterno dicatur, ita debet exponi, ut interpretationi non officiat Æternitas: nam hæc est duratio distincta

a] Vulgatus legit in ablat. *non literâ, sed spiritu:* at Græcus cæteris habet in Genit.

Tres loci Sacra Pagina proponuntur.

Quid hodie significet?

ſtincta à tempore, & ſolîus Dei propria: eſt enim ſine ullâ ſucceſſione, tota ſimul in Deo, παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα, *apud quem non eſt tranſmutatio aut viciſſitudinis obũbratio*. Ergo in illo Pſalmi loco vox *hodie* ſumi debet Theologicè, *& hoc nunc Æternitatis* importare. IN SECVNDO occurrit illud verbum *pœnituit*. Quod ſumi poteſt realiter & virtualiter: & in priori ſenſu imperfectiones manifeſtas includit, quæ cadere in Numen non poſſunt. Cæterum pœnitentia virtualis eſt, quæ non eſt qualis dicitur, ita tamen ſe habet, ac ſi qualis dicitur, eſſet. Porrò quem pœnitet aliquam rem feciſſe, mutat dictamen, & illam deſtruit; & Deus tametſi non poſſit mutare dictamen, ita ſe habuit, ac ſi illud mutaſſet; delevit enim hominem quem formaverat. IN TERTIO occurrit verbum *deambulare*, quod propriè & metaphoricè poterit accipi. Propriè non niſi ſubſtantiæ finitæ competit, qualis eſt homo, leo, equus, &c. nam, niſi unus locus deſeratur, & ad alium tendatur, deambulatio inveniri non poteſt: & ideò non ſolùm Deo, ſed corpori infinito non poſſet competere. Nos Chriſtiani vocem metaphoricè ſumimus, ſcimus enim Deum eſſe ubique, eſt enim immenſus & ab uno loco in alium tranſire non poteſt. Vnde in noſtrâ habemus Regulâ. *Vbique credimus Divinam adeſſe præſentiam, & oculos Domini in omni loco ſpeculari bonos & malos.* [Vbi etiam obiter nota illud *ubique* adverbium eſſe; & ideò adverbium dici, quod ad, ſeu apud verbum, ut modificet illud, ponatur. Porrò adverbium *ubique* verbum aliquod afficit, & tametſi non conſtet ex Grammaticâ utrum ex illis duobus verbis *credimus*, vel *adeſſe*, afficiat: hoc eſt, an voluerit dicere S. Pater, *nos ubique credimus*, an verò *Deum ubique adeſſe*; nihilominùs illud ipſum adverbium reſtringitur à perſonâ dicentis, quæ cum ſciret Deum eſſe immenſum, & videret in ipſomet monte Caſſino idololatras qui hoc ipſum ignorabant & negabant, cenſendus eſt illud *ubique* non verbo *credimus* accenſuiſſe, ſed verbo *adeſſe*.] Profectò Mahometani, quia exiſtimant Deum corporeum, &

Epiſt Iacob. 1.17.

Quid ſit Æternitas?

Hoc nunc Æternitatis.

Eſt duplex Pœnitentia: Realis & Virtualis.

Deus mutari non poteſt

Quid deambulatio ſit?

An poſſet corpus mole infinitum deambulare?

Deus eſt ubique.

Sanctus Benedictus in *Regul. c.19.*

De appellatione adverbiorum.

An etiam in ipsâ locû habeat Reſtrictio?

An Deus corporeus sit?

similem hominibus esse, tametsi gigantæam illi molem adfingant, allatum locum in sensu proprio & Grammatico accipiunt: *& ideò certum est, quod committunt in textum; nam complectentes textûs verba, contra Moyseos, qui illum scripsit, & Spiritus-Sancti, qui illum dictavit, nituntur voluntatem.*



ARTICVLVS XV.

De incivilibus, sordidis & condemnatis Vocibus, & de earumdem emaculatione.

220 *Quid sit Emaculatio?*



D Restrictionem pertinet Emaculatio: Est autem Emaculatio, quædam Rhetoricæ figura, quæ adjungit verbulum, quo assertæ aut adsumptæ vocis, improprietas, insolentia, novitas, impudentia, aut dedecus emaculatur. Et hoc multis modis contingit.

Primò enim apud mercatores, *nomen*, *nomina* | *facere*, *nominari*, &c. sunt *debitum*, *credere*, *debere*, &c.

Cautus nominibus certos expendere nummos:

dicebat aliquando Horatius: & Iuvenalis eodem sensu,

Qui venit ad dubium grandi cum codice nomen.

Quid apud mercatores sit Nomen. Nominari, Nomina facere: habere, &c.

Hinc *lib.* 48. *Digest. tit. de fut. leg. siquis uxori.* Vlpianus, *siquis servo meo persuaserit, ut nomen suum ex instrumento tolleret.* Et hîc *tollere* idem est ac *delere.* Cùm autem debitum sit duplex: nempe solutum & solvendum, idem omninò est nomen è mercatoris libro tollere seu delere, ac debitum restringere, ut pro soluto, & non pro solvendo supponatur.

Videtur expositione, aut etiam restrictione opportunâ egere Columella. *Optima*, inquit, *nomina*, *non appellando fieri mala*, hoc est, *Certissima & securissima debita, non exigendo in litigiosa verti.* Vnde Seneca *de vitâ beatâ*

venit

venit intelligendus. ***Nunquam magis nomina facio, quàm cùm dono.*** Et quidem aptè loquuntur: quoniam debita in certa & dubia distinguuntur; & quæ creditor exigendo ad classem certorum restrinxerat; si negligens sit, & non exigat, ad alteram classem traducit, & ita suâ negligentiâ restringit, ut in litigiosa & difficilis solutionis debita convertantur. Porrò Senecæ authoritas mihi in memoriam revocat verba Ciceronis *de Amic.* dicentis. ***Vt enim benefici, liberalesque simus, non ut exigamus gratiam; neque enim beneficium fæneramus*** (id est, fœnori damus) ***sed naturâ propensi ad liberalitatem sumus.*** Oportet effectum, à fine distinguere. Si illum respicias, ***Cùm beneficium præstamus, illud fæneramur, nomina facimus, gratiam adquirimus***, ut inquit Seneca: at finis operantis emaculatus esse debet, ac propter eà, ***Ita debemus beneficia præstare ut illa non demus fænori, non faciamus nomina, nec speremus ullam gratiam.*** Et sic à Cicerone instituimur. Igitur ***beneficium præstare*** actus est indifferens, qui potest, aut Liberalitatis condecorari gloriâ, aut Avaritiæ labe commaculari. Si per utilitatis propriæ spem restringatur, maculatur: & tunc emaculabitur, cùm ita fiat, ut solius donatarij respiciatur utilitas, & donantis usura negligatur.

Debita, vel certa, vel incerta sūt.

Quo debeat animo beneficia præstare, qui à liberalitate dilaudari desiderat?

Tametsi, qui beneficium præstat, illud fœnori det, non debet illud præstare, ut usuram recipiat, sed tantùm, ut amico faveat.

Quomodo nomina in libris scribantur?

Profectò nomina in Mercatorum libris ad majorem horum securitatem Debitorum manu scribebantur, & tunc dicebantur χειρόγραφα: & à voce hac Paulus *libr.* 42. D. *tit. de privil. cred. leg. bon.* deduxit nomen *Chirographarius*, ut significaret creditorem, qui haberet debitorum chirographa, *leg. pen.* C. *de Novat.* & C. *etiam ob chirogr. pecun.* Et sciri debet obiter *chirographum inane* dici, cùm persolutum est, quod debebatur. Vlpianus *leg.* 18. D. *de solut.* ibi *Solutione chirographo inani facto.* Hinc Paulo lux: nam ad Coloss. 2. 13. sic inquit. Συνεζωοποίησεν ὑμᾶς σὺν αὐτῷ χαρισάμενος ἡμῖν πάντα τὰ παραπτώματα. ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν, ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν, καὶ αὐτὸ ἦρκεν ἐκ τοῦ μέσου, προσηλώσας αὐτὸ τῷ σταυρῷ. *Delens illud adversus nos chirographum dogmatibus, quod erat subcontrarium nobis, & ipsum tulit de*

medio, affigens illud cruci, Vbi legitimæ insistendo metaphoræ, *chirographum deletum, de medio sublatum, crucique affixum* nominat, quod *persolutum*, Vlpianus nominaret. Hanc ob rem, qui Titij nomen in Mercatorum libris legi asserit, eum ære alieno onerari asseverat. Et quia Persæ Herodoto asserente, duo esse turpia peccata fatebantur, videlicet, debere, & mentiri, quòd debita, sicut mendacio contrahuntur, sic etiam mendaciis protelantur, quem cum ignominiâ *debitorem* dixissent, salvo honore *veracem debitorem* (Hisp. *un deudor de crédito*) nominabant. Hoc ergo nomen *Debitor*, quod ignominiæ confusione non caret, quia suscipit epitheton *verax*, restringitur & emaculatur.

Ab ignominiâ præservatio.

Reorum nomina in tribunalibus passim audiuntur: & ideò ingenui Viri non libenter tolerant sua declamari pro rostris, aut in processibus scribi. Et hanc ob causam Oratores, cùm alicujus dictis aut factis volunt rem assertam firmare: *Hoc Titius*, inquiunt, *quem honoris causâ nomino, solebat facere*, quam loquendi formulam, in usu apud veteres fuisse, multis possem testimoniis probare.

221 *Res immunda & obscœna vocibus mundissimis & castissimis possunt significari.* Dignus reprehensione videtur Cicero, ubi 2. *Officiorum*, nam dixit, *Liberis dare operam re honestum est, nomine obscœnum.* Res potest esse immūda & licita; & matrimo-

Mundæ esse debent Rhetorum linguæ, mundæ Auditorum aures, & ideò voces obscœnæ pronunciari non debent, sed illarum aliæ loco substitui, quæ puræ sint, & tamen res impuras significent. Tropos hos etiam Canonici Scriptores observant. Considera textus sequentes. Genes.4. *Adam verò cognovit uxorem suam Hevam, quæ concepit & peperit Cain*, &c. *Cognovit quoque adhuc Adam uxorem suam, & peperit filium, vocavitque nomen ejus Seth*, &c. *Cognovit autem Cain uxorem suam, quæ concepit & peperit Henoch*, &c. cap.16. *Ingredere ad ancillam meam, si fortè saltem ex illâ suscipiam liberos*, &c. & cap.9. *Cùm vidisset Cham, pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nunciavit duobus fratribus suis foras*, &c. Quibus in locis verba *cognoscere*, & *ingredi*, & nomen *verenda* sunt pura, & tamen res immundas significant.

Occurrit aliud turpium verborum genus, quæ tametsi apud

apud Latinos casta sunt, sunt similia vocibus, quæ in aliis linguis non sunt castæ: & tunc modestia postulat, ut vim inferatur Orthographiæ, ne præjudicetur verecundiæ & pudori. Octavius Boldonius *in suâ Epigraphicâ, lib. 2. pag. 54.* edisserit hoc argumentum dicens. [*Alterius ordinis verba turpia sunt, quæ non Latinis quidem veteribus, sed nostratibus vel Latinè enunciata, obscœnum quid sonant. Idcircò exempli locum non obtinebit Epitaphium inter Brabantina monumenta à Sweertio relatum: videlicet.*

nialis copula, etsi ad procreationem filiorũ necessaria, est obscœna.

De vocibus quæ in unâ linguâ puræ sunt, turpes in aliâ.

Vera atri (ubi consuli non potest utrique) Orthographia Verecundia, an verò hæc illi debeat præiudicare?

DIONYSIVS FEVTEN
Abbas huius Ecclesiæ, dum viveret, meritiss.
Cui Grudij Athenæ altera Patria,
Virtutis Antistes Eximiæ,
Candoris Animi in Canonicâ suâ candidissimâ familiâ
Candidus ipse * fotor, & fautor. &c.

Nam dictio in postremo versu asterisco prænotata vulgo Italorum nostratium fœda est. Id quod in similibus alibi gentium observandum. Cavit hoc Thesaurus in Mundi Viril. Elogio. *quod inscripsit* Historia, *pro* Achaz *Patriarchâ dicens* Achás, *& pro* Ioachaz, Ioachás.]

D. Octavius Boldonius laudatus.

Est sanè D. Octavius dignissimus Theanensium Episcopus, & hodie inter Eruditos præcipuus; propter eximias Animi dotes universis charissimus. Interim nescio, cur diphthongos dissolvat? Scio Erycium Puteanum diphthongos omnes in manuscriptis dissolvisse, at permisit Typographis, ut morem communem in Orthographiâ sequerentur. Ego amo distinctionem: & *i* & *u* vocales ab *j* & *v* consonis discerni libentissimè video: & quia nomen *aeris* est æquivocum, nam vel unum è quatuor elementis, vel unum è metallis significat. Illud ad priorem significationem duo puncta literæ *e* superscripta restringunt, nam diphthongum dissolvunt, ut sit *aër*, *aëris*: ad posteriorem autem contrahit illarum vocalium (*a* & *e*) adglutinatio, quam exhibet character *æ*, ut sit *æs*, *æris*. Et ratio postulat, ut quas connectit

An binas vocales in diphthongis debeat calamus dissolvere, an verò adglutinare?

An, & quomodo i & u ab j & v distinguãtur?

vocales, lingua, etiam stylus connectat.

De vocibus dicendis & fugiendis.

De voce Puta. Quid Latinè, quid Italicè, & quid tandē Hispanicè significet?

Esse voces, quæ tametsi in unâ sint linguâ purissimæ, in alia sunt sordidæ, & omnino fugiendæ exemplis plurimis probari posset. Interim in illis proferendis & scribendis indigemus prudentiâ: nec enim reprobandæ sunt passim, nec ubi illas pudor proscribit, admittendæ. Quam ob rem voce *puta*, quæ Latinè est *existima*, & *adolescentulam* sonat Italicè, non ideò Latini & Itali abstinere debebunt, quod significet *meretricem* Hispanicè. Interim quando cum Hispanis agit Latinus, aut Italus, consultò ab hac voce abstinebit, ne occasionem præbeat, aut ridendi, aut errandi: puniri enim Salmanticæ juvenem Concionatorem vidi, quòd conversus ad fœminas è suggestu dixisset *Quid* (*Putas*) *puer iste erit?* nam ex modo dicendi, illud *Putas* in Vocativo poni, colligebatur: est enim res valde seria concio; nec est permittendum, ut cum audientium injuriâ in concione jocetur Ecclesiastes. Et hanc ob rem, etsi loquamur in linguâ, in quâ vox non habet significationem indecentem, si tamen cum hominibus agimus, apud quos illa malè sonat, prudentiùs loco illius aliam substituemus. Vt hoc persuadeam opportunum exemplum apud Petrum della Valle *Epist.* 11. *num. ult. pag.* 120. reperio: inquit enim. *Trovai d'Italiani il Padre Christoforo Boro Milanese, detto* Brono *in India, per non offender le orecchie Portoghesi con la voce* Boro, *che in lor lingua non suona bene.* Ecce Societatis Superiores, quoniam prudentissimi sunt, ut sapientibus insipientibusque satisfacerent, vocis *Boro* significatione circumspectè consideratâ permiserunt, ut Pater Christophorus cognomen suum retineret inter Italos; & tamen inter Lusitanos, siquidem male apud illos sonat, mutaret. Et, ut puto, suasissent Nicolao Fullero, Ioanni Locko, &c. mutarent nomen, si in Hispaniam venirent: in quâ *Fullero* aleatorem fallacem, & *Loco* stultum, &c. sonat.

An vox in contextu unius linguæ, alius linguæ possit habere significationem?

De vocibus, Boro, Fullero, Loco, &c.

An, & quando voces turpes debeant necessariò proferri?

Contingit aliquando, ut non liceat circumloqui, sed debeant ob aures poni ipsa verba formalia. Si enim accusetur Antonius, quod verba obscœna aut sacrilega dixerit,

dixerit, de illorum gravitate & malitiâ non poterunt dictamen formare Iudices & Senatores, nisi formalia proferantur. Ideò Accusator his verbis aut aliis similibus utitur. *Ioannes, quod horreo dicere, Deum injustum & sceleratum esse asseruit.* Vel etiam, *Petrus, cum reverentiâ, Titium porcum vocavit.* Hinc Hispanus, si fortè immundum verbum protulit, *con perdon* (hoc est, *cum veniâ*) ait: & putat quod addendo hoc verbulum, rem exposuerit, & vocis sordes emaculaverit. Cùm alicui contradicit Hispanus, ut mentem suam exponat, & urbanitati non desit, loquentem interpellat dicens, *Con licencia de v. m. yo lo diré, como passó, que estoy bien informado.* Et merâ petitione licentiæ putat contradictionis labem emaculari. Gallus in occasione simili ait. *Pardonnez-moy, Ie conteray cette histoire, parce que je la sçay.*

Quo modo voces sacrilegæ & propudiosa illasâ religione & verecundiâ proferantur?

Dixi in turpium vocum proscriptione opus esse prudentiâ; nam etiam puritas non caret vitio, si minimis videatur affectata. Vnde ita debemus nomina obscœna fugere, ut non illa fugisse censeamur. Scio enim Concionatorem, qui ne Auditores vocem *Caro* pro luxuriosâ voluptate usurparent, noluit dicere, *Caro perplacuit Titio*, sed abstulit homonymam dicendo, *Titio placuerunt carnes.* Et reprehensionem promeruit: nam ostendebat se turpia mente concepisse, dum illa removebat à labio. Nimius Boldonius inter alios etiam haberi poterit, nam *loc. cit.* sic inquit.

Ita turpia nomina debemus fugere, ut advertentiam in illorum fugâ non prodamus.

Tertiâ sede reponimus, quæ sexum vel primis devehant oculis. Proinde cultor quidam observantissimus Iuglariani characteris, magis autem Elogiastici pudoris non dubitavit particulam carpere Epigraphes in imaginem Christianæ Franciscæ: ibi: In Christianæ corpore totam Henrici Animam vides. *Nam ubi (inquit Censor) fœminæ corpus audieris, species illicò obscœna ingeritur menti, ni aliquid honestum quasi velum prætenderis. Itaque disposuit is ea verba hoc ordine:* Henrici Animam in Christianæ corpore totam vides: *Aut (si priùs enunciandum illius nomen, cui dicatur Epigraphe)* In Christianæ pectore totam Henrici patris Animam vides. *Vtrum hic*

An D. Boldonius sit nimius?
Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra, citraque vetat transcēdere virtus.
N. B.
Ignorantiâ hic meam ingenuè &

sincerè fatebor: nam duos locos adductos à Boldonio cõsidero: priorem enim ex Christiana imagine desumptum carpit, posteriorẽ exscriptum è Lario Sigismundi commendat: & tamen neutrum, aut saltem posteriorem deberet; nã hic Solus puerorum, puellarumque sexum devêlat. a]

hic superstitiosior? Ego verò pudore haud veter, quin commendem hoc loci pudicitiam Sygismundi fratris in suo Lario, ubi nuditatem virilem, muliebremque describens sic habet: Vincunt tamen omnium pulchritudinem fictæ in unâ tabulâ Charites, Ceresque simul, & Venus, & hujus Comes Liber Pater, quibus Amores parvuli ad pedes ludunt; omnes Græco more corporibus nusquam velatis. *Illud verò nè censura nimium tetrica det nobis, sed magis pudicitiæ studio, lectorem precamur; quod in hunc numerum accensemus Epitaphium Mediolanense in Divi Francisci (citat Placidus Puccinellius* in calce sui Zodiaci) *videlicet.*

Catharinæ Calcaterræ Vxoris pudicissimæ Francisci Ferrarij conjugis dilectiss. amplexus secundos post maturè truncata Parcæ stamina hoc in tumulo sepulti, expectant cineres M. D I X. Die X I I I...

Non enim amplexus secundos memorare fas est, quin primorum recordatio subiens, obscœnis imaginibus pudicam mentem labefactet. Caterùm hac Inscriptione vix quidquam viuidius.

An contra Modestiam peccet Titius si, verbis puris insinuet, mentem suam immundâ cogitatione præpeditã

Nimia hæc sunt, ut existimo; nam Thesauri *Achás* pro *Acház*, & *Ioachás* pro *Ioacház* dicentis mentem immundiciæ accusabunt Lectoris, non enim Z in S, contra etymi rationem linguâ & calamo verteret, nisi turpitudinem, quam ultima illa Syllaba continet, consideraret. Et dicent esse Gallicis virginibus similem; ipsæ enim unguentum *Basilicon* pronunciare non audent; &, siquando illud petere debeant, ne ultimam illam syllabam, quæ est valde obscœna, proferant, dicunt *Basilichose*, ostenduntque se reflectere ad ultimæ syllabæ significationem. Debemus ergo dicere syllabas, quæ seorsum positæ immundæ & turpes sunt, per unionem cum aliis & ad vocem aliam conformandam concurrunt, emaculari: & hanc ob rem potuisse & debuisse Thesaurum *Acház* & *Ioacház* etiam coram Italis dicere; & *Basilicon* etiam coram Gallis proferre, etsi ultima harum dictionum syllaba ineffabilis sit separata. Idem dixero de vocibus *Cognosco*, *Mesopotamia*, & similibus, quarum

Basilicon. Basilichose. Achaz, Ioachaz. Cognosco. Mesopotamia.

quarum prior prolata ab Italo, in Hispanorum auribus sonum turpem sub initium ingenerat: & posterior in medio continet, quod si separaretur, Italicæ aures sordidum judicarent.

In illis verbis, *Tertiâ sede reponimus, quæ sexum vel primis develant oculis*, reprehensionem dignam reprehensione reperio. Non sunt turpia verba quæ sexum apertè exprimunt; ergo nec illa, quæ innuunt, & quasi primis oculis ipsum devélant. Pura sunt hæc Ecclesiæ ad Reginam Angelorum suspiria. *Ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto fæmineo sexu*, &c. pura hæc etiam Oratio. *Deus, qui inter cætera potentiæ tuæ miracula, etiam in sexu fragili victoriam Martyrij contulisti, concede propitius*, &c. Non ergo nomen *sexus*, si subaudiatur, sonum obscœnum reddet, siquidem expresse positum turpitudine caret. Præterea, in illâ particula Epigraphes, *In Christianæ corpore totam Henrici* (Patris) *Animam vides* (quidquid de ingenio sit: carent enim acumine) nimis oculatus Cato sit, qui rimetur turpitudinem aliquam. *Sed ubi* (inquit Censor) *fæmina corpus audieris, species illicò obscæna ingeritur menti*, &c. Et hîc Ego; adsumptum assero, nec esse verum, nec ad rem. Et quidem, verum non esse suadeo; quoniam illius vocis *corporis fæminei* auditio, & rei obscœnæ cogitatio, non habent connexionem intrinsecam; & illam externam, siquam habent, nanciscentur à malitiâ auditorum, qui si probi & prudentes, non recipient scandalum, ubi non datur. Audiat quæso Boldonius Nyssenum *in Oratione de Placillâ*; & audiat posteà Chrysostomum *tom.4. in Epist. ad Colossens. cap.4. homiliâ 12 fol. 479. col.2.* audiat & alios Patres, qui de corpore fœmineo scripserunt; & deinde cogitet de carpendo Christianæ productam imaginem. *Tulit*, inquit Nyssenus, *ætate nostrâ Humana Natura, extra suos terminos egressa, virilem animam in fæmineo corpore supra omnia propemodum superiora Virtutis exempla.* Plus hîc habes, quam in lapide, & tamen hoc olim Nyssæ S. Gregorius coram numeroso populo declamavit: & nuper

Nomen sexus expressè aut implicitè positum, nisi abusum concernat, turpitudine caret.

An ubi fæmina corpus auditur, statim menti species obscæna ingeratur.

Scandalum est duplex; alterum receptum, & alterum datum.

Qualis Placilla fuerit

Est Reverendiss. Pater Oliva, Concionator Eximius, quo hodie Italia celebriorem non habet. nuper (ann. 1668.) Reverendissimus P. Ioannes Paulus Oliva, S. I. Generalis dignissimus, in Concione de S. Rosâ, habitâ Romæ apud Minervam, eadem verba reposuit & pulchro commentario exornavit. Et Constantinopoli, Imperatoriâ Civitate, ad quam ex toto terrarum Orbe confluebant populi, sic S. Ioannes (quem ἀπὸ τῦ σόματος, καὶ χρυσῦ, *ab ore, & auro*, passim appellamus Χρυσόστομον, hoc est, *Os-aureum*) perorabat. *Siquis ex theatro & scenâ lasciviorum quopiam abstracto, in corporum amore flagrante & debachante, Virginem quamdam ostenderet, ipso ætatis flore atque in cæteris Contubernales vincentem; & in facie, præter reliqua membra, oculos habentem teneros ac delicatos, tacitè insidiantes, tacitè circumspicientes, flexibiles, placidos, serenos, subridentes, & multo quidem exornatos pudore: verùm & multâ gratiâ ex nigris decoratos palpebris; deinde, & infernè & supernè, coronatam, vividam, ut ita dicam, ac splendidam habentem frontem: Et rursus infra illam genas exactum ruborem adsequutas, & marmoris instar plurimam subiectam æquabilitatem*, &c. Et similia ex aliis Patribus possem adducere, quæ passim in eius scriptis cum ædificatione leguntur. Boldonius ergo, cùm nimium esse severus vult, adlucinatur (sed felix adlucinatio, quæ seducit in melius:) nam, si Veteres Patres, castis verbis (quin obscœna menti species ingeratur) Virgineæ faciei partes (Hisp. *las faciones del rostro*, Italic. *le fatezze del viso*) sigillatim, ut vidisti, depingunt; proculdubio etiam poterit (quin cogitatio lasciva in mentem ingruat) in effigie Christiana *corpus fœmineum* nominari. Non esse ad rem ostendo: quoniam, etsi esset verum, nîl probaret: non enim verba turpia & sordida illa sunt, quæ significant res turpes & sordidas: quoniam sicut sol loca immunda illuminat, quin maculetur, sic mens, Soli simillima, potest & solet purè impura concipere, & sordida immaculatè cogitare. Dicuntur autem verba turpia, quæ turpiter res turpes significant; & videntur turpiter significare, quæ propriè; modestè & sobriè, quæ impropriè & per succurrentem metaphoram.

Virgo speciosa, castis verbis depingitur à S. Chrysostomo.

Memoriæ inhærent aliquando res leues, excidunt graves; &, ne hic vacet margo, sequentem histotiolam scribo. Salmanticæ anno 1630. Pater N. cecinit in Refectorio, *Ecce Rebecca egrediebatur*, &c. *puella decora, nimis virgo*, &c. Genes. 24. 16. Et quidem, nulla in Sacramétali Confessione fœmina peccata sua posset exponere, si Confessarij aures nimis Virgines essent. Ergo sordes, quas castè potest dicere pœnitens, castè

Præterea

Prætereà, in Catharinæ Calcaterræ Epitaphio translationem importunam veriùs, quàm vocem obscœnam aut immundam reperio: quod sic persuadeo. Quisquis *amplexus secundos* audit, fuisse subaudit primos, ad quos secundi referantur. Porrò amplexus puri & impuri possunt esse; qui enim inter amasios sunt lasciui; lasciviâ, qui inter amicos, carent. Ergo hæc vox *amplexus*, per statum connubialem restricta, innuit primos amplexus ad procreationem filiorum ordinatos. Eadem autem vox per mortem, & carnis resurrectionem, necnon per illa Christi verba: Ἐν γὰρ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίζονται, ἀλλ' ὡς ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἐν οὐρανῷ εἰσι. *In enim resurrectione, neque nubent, neque dantur nuptiæ, sed sicut Angeli Dei in cælo sunt*: contracta, sunt mera testimonia amicitiæ, & suspicione turpitudinis carent. Firmat hoc Sacer Textus, quoniam supernaturales Charitatis actus, quibus Christus & sponsa (Anima pia & sancta) se redamant, non potuere immundis symbolis significari: & tamen Cantic. 2. 6. & 8. 3. amplexuum exprimuntur imagine; utrobique enim Sponsa ingeminat. *Fulcite me floribus, stipate me liliis, quia amore langueo. Læva eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*, &c. Interìm, quia sapientibus & insipientibus debitores sumus, & præter corporea & sensibilia gaudia, nulla suis Clientibus Alcoranus promittit, & beatitudinem in gulâ & voluptate æternâ collocat, hoc idèm Epitaphium sensum absonum redderet, lectum à Mahometanis: & hanc ob rem, ubi dominantur, aut serviunt hujusmodi homines, illud prostare non permitterem: secundi enim amplexus, qui apud nos per Sacram Scripturam restricti, immaculati sunt: apud ipsos per deliria Alcorani contracti essent libidinosi. Denique, quomodocumque illa vox restringatur, etiam, ubi sensus est sanus, se in illam ingerit importuna translatio; nam Epitaphia prostant publicè, & quæ à vulgo legenda, debent esse tam clara, ut non indigeant commentario. Et hìc mirabor iterum clementem Boldonij censuram, qui à vivacitate Epitaphium commendat. Mea tamen sen-

poterit audire Confessarius.

Quænam sint verba sordida?

Lipsius lib. Saturnal. in Præfation.

Ut radij Solis in sordes & caligantia loca coniecti, illustrant nō inquinantur: sic boni inter feros squalentesque animos resplendents nihilominus verâ Virtute sua laude.

Qui sint secundi amplexus in conjugibus?

Alij mundi, & alij immundi sunt.

Matth. 22. 30. Marc. 12. 25 Luc. 20. 35.

Charitatis supernaturalis actus, amplexuum nomine in Canticis significatur.

In quo consistat æterna ad mentem Mahometi beatitudo.

Quæ à vulgo legenda debent attēperari vulgi captui.

tentiâ plerisque omnibus esse nequit vividius quod non est vividum; nec dici debet vividum, quod caret ingenioso conceptu.

De illo, qui fuit lacte ab uberibus hausto, nutritus.

Boldonij, Optimi Viri, pace dixeram, omnia, quorum notitiâ indiget Lector, etsi obscœna & sordida, castis & puris verbis posse dici. Cæterùm jam, ut video, meliùs perpensâ, communi ille opinioni subscribit: libri enim sexti capite quinto membr. 2. pag. 706. b. sic inquit [*Apud eumdem* (Athenæum) libr. VI. cap. V. *Pausimachus, eum parasitum, qui à vetulâ nutriebatur*, contrarium pati, *dicebat*, ab illis, qui cum vetulâ coïrent: cùm ipsemet in ventrem accipiat. *In membro priore proponit, in posteriore probat. Id quod clariùs in rem nostram distinxit Machon Comicus inquiens.* Nunc cuncta fiunt. *Ecce propositio: deinde ratio.* Hæc non concipit; in ventrem at hic capit diebus singulis.] Ergo si hîc ipsummet *coitum* verbis exprimit, non est cur *fœminæ corpus* nominare interdicat.

N. B. Nescio, cur ubera esse vetulæ insſerit Athenæus, nam vetulæ lac habere non possunt.

Et hæc de vocibus turpibus immundisque scripsisse sufficiat; aliquid etiam de aliis, quæ ex alio capite damnari solent, breviter subnectamus.

222 *Quomodo nova & barbara, quin subjaceant Criticorum Censuræ?*

QVi novâ aliquâ voce uti vult, timère debet Criticos, quorum delicatæ sunt aures. Et ideò addit parenthesim (*ut ita dicam*) quâ lævigetur novæ vocis austeritas. Alij (*si liceat sic loqui*) solent dicere, ut mollescat durities vocis aut phraseos insolenter prolatæ. Porrò ob barbaram vocem notaretur Orator, at illum parenthesis interposita emaculat: demonstrat enim non ob ignorantiam, sed ob necessitatem, aut vocem finxisse, aut reprobatam usurpasse. Augustinus *de civit. libr.* 7. auditor: inquit enim. *Hanc Divinitatem (vel ut sic dicam, Deitatem) nam & hoc verbo uti jam nostros non piget, ut expressius è Græco transferant, quod illi* θεότητα *appellant.* Chrysostomus *loc. cit.* dixit, *Vividam* (*ut ita dicam*) *ac splendidam habentem frontem.* Et author Notarum, quæ ipsius Sancti Patris verba dilucidant *in Epist.* 2. *ad Timoth. homil.* 10. *columm.* 1425. A. juxta Basileensem Editionem ann. 1536. & *fol.* 578.

Θεότης. Divinitas, vox est à Theologis conformata.

*fol.*578. *column.*4. C. juxta Venetam ann. 1583. sic ait. *Indicat autem duplicem illam gratiam à Theologis nostris accuratè distinctam; unam habitualem; alteram, quæ est veluti movens: & (ut Scholastica utar voce) manutenens.* [a] Et idem S. Chrysostomus *homil. de Spiritusancto column.* 799. B. *Basileens.* & *fol.* 321. *column.* 4. *l. Venet.* ἵνα μή τις (ὅπερ εἶπον) ἀκούσας πνεῦμα Θεοῦ, νομίσῃ οἰκειότητα τινὰ σημαίνεσθαι, καὶ μὴ φύσεως κοινωνίαν, &c. Vertit Basileensis, [*Vt igitur (sicut dicebam) nequis audiens* Spiritum Dei, *putet proprium quiddam significari, & non commune naturæ, Paulus dicit,* Nobis autem, non datus est Spiritus Mundi, sed Spiritus, qui ex Deo est.] At ex verbis Pauli, oppositum videtur inferri; nam, si ex Deo est, quid notionale & non commune est Spiritus. Porrò Chrysostomus contra Hæreticos, qui Spiritum-Sanctum esse creaturam, ministram aut familiarem Dei existimabant, declamat dicens, [*Ergo (quemadmodum dicebam) nequis audiens* Spiritum Dei *putet significari* (ministerium) *aut familiaritatem quamdam, & non naturam, Paulus dicit,* &c.] Ita Editio Veneta *pag.* 321. *column.* 4. *l.* Pierius Valerianus *lib.* 24. *pag.* 125. *A.* sic inquit. *Sunt, qui benevolum hominem per* Ascolopaga (*quam* Gallinaginem *Latini appellant*) *pictam intelligant, quòd avium nullam majore erga hominem studio affici compertum sit,* &c.

Gratia duplex: iustificans, auxilians que.

a] Passim *moventem,* & *præmoventem gratiam* lego: at *manu tenentem* alicubi me legisse, non [illegible].

Spiritus, alius est mundi, & alius Dei.

An Spiritus-Sanctus sit creatura?

Avis Ascolopaga benevolentiæ Symbolum.

Augustus Pfeiffer *in Fasciculi sui Dissert. Philol.* IV. *de Alkorano pag.* 54. sic inquit. [Nam Suratâ XXV. & aliàs (Alkoranum) à Scriptoribus vocatur אלפרקאן, *Alfurkán.* non tam, quòd discernat verum à falso, ut ut hæc Etymologia Muhammedis adulatoribus non displiceat, nec quod in certas partes divisus, & distinctis vicibus è cœlo (si fas est credere) demissus sit, ut volunt Fabritius *Specim. Arab pag.* 46. Levinus Warnerus *App. Comp. Confess. Muhamm. de Fide Christ. pag.* 7. & alij: sed quòd contineat lectiones, quas Iudæi ex eodem themate פרקי appellant. Sic *in Berachot. fol.* 28. 2.] Vbi, ut conspicis, blasphemia illa, quod Alkoranum è cœlo venerit, per illam parenthesim (*si fas est credere*) evacuatur, & emaculatur.

An, & cur אלפרקאן *Alfurkán Alcoranum dicatur?*

פרקי *Sunt* Lectiones *Hebraicæ.*

Quomodo sententias, & phrases vulgo ignota?

Vt de vocibus, sic rebus, quæ minùs vulgo notæ, est statuendum: dicimus enim, *ut aiunt Medici*, &c. *ut loquuntur Philosophi*, &c. cùm vel propositionem reponimus, aut phrasin usurpamus, illarum Facultatum propriam. Solemus etiam dicere, *ut ajunt*, quin illos exprimamus, quorum utimur authoritate; & tunc illi subintelliguntur, qui artem illam, de quâ peroratur, percallent. Probat hoc Axioma illud Morale. Τόξον μὲν, ὥς φασιν, ἐπιτεινόμενον ῥήγνυται, ψυχὴ δ' ἀνιεμένη. *Arcus quemadmodum ajunt* (nempe, *Venatores*) *cùm intenditur, rumpi solet: contrà animus, cùm remittitur.*

222.b. De verbis *obscœnis, & in Republicâ damnatis.*

PRæterea, *sunt aliqua verba ex Lexico Politico expuncta, & obliterata in Republicâ, quibus non utantur ingenui, & loco illorum alia adsumuntur metaphorica, quæ castitas aut urbanitas substituit pro obscœnis, lascivis, & inurbanis.* Sanè mundæ aures αἰσχρορρημοσύνην non patiuntur, & ideò circumloquimur, ne modestiam auditorum lædamus. *Adam cognovit Euam* dixit Moyses, & Virgilius *Speluncam Dido, Dux & Trojanus eamdem.* Præter Obscœna, sunt etiam verba inurbana, quæ in aulâ apud nobiles nutritus non toleret. *Volo* & *Nolo* absoluti Principes possunt, & solent dicere, non autem qui cum æqualibus aut cum Superioribus agant: quoniam absolutum, aut etiam dissolutum modum regendi important illa verba, *Sic volo, sic jubeo: stat pro ratione voluntas.* Et hanc ob rem ex Palatino Lexico verba *Volo* & *Nolo*, qui nos docent urbanitatem, expunxerunt. Et quidem tam absurda censentur; ut, ne quidem à vilibus homuncionibus sine reprehensione proferantur. Tyrsus de Molina (sic enim dici voluit quidam ingeniosus & eruditus Theologus) in libro, qui *Cigarrales de Toledo* inscribitur *pag.* 193. *a*, introducit Gasconem Equisonem, & Carolam Ancillam loquentes. Eos ausculta.

Volo & Nolo sunt verba inurbanissima & nec apud inferioris sortis homines tolerata.

Voces, quiero & no quiero apud Hispanos condẽnata.

GASC. *Discretaza eres. Sêr quiero*
Perdigon de tu reclamo.
CAROL. Quiero, *dixo? ay que grossero!*

Sepamos,

Sepamos, quien es su amo,
Y quien es el; que me muero
Deste antojo; y podrá sér,
Que algun monipodo hagamos.

Ecce vilis Ancilla, sibi *quiero* (*volo*) dici non tolerat; & tamen minori indecenciâ (Hisp. *con menor descorteZia*) dicitur *quiero* (*volo*) quàm *no quiero* (*non volo*) unde in Proverbium transit, *Ya no hay de no quiero.* Et quidem tam absurda vox *no quiero* (Lat. *non volo*) censetur, ut in duorum equorum rixâ, ut à suo esse rationem persuaderet Tamavus, incriminatur alterum hinnivisse *un No quiero.* & ideò illum *grosserum*, crassum, & incivilem nominat. Illum audiamus.

Hispanorũ Adagium.

D. Gascon. *No es poco esso! Pues, Tamayo,*
Con quien el enojo ha sido?
Tamayo. *Yo con nadie. Hal han reñido.*
Dos Frisones con mi Vayo.
Dile un pienso de cebada,
Mas segun le despachó,
Que no era pienso pensó;
Y como cha de picada,
Al mas cercano caballo
Le dixo, Monsieur Frison
Yo tengo hambre: mas raçon
Será pedillo, que hurtallo.
De esse medio celemin
He de comer la mitad
En buena conformidad.
Herizó el Frison la crin,
Y dandole un mordiscon,
Echó en fin como grossero,
Tras un relincho, un No quiero.
Mi Vayo con la raçon
Airado, aquessa arrogancia,
Dixo, os costará pesares,
Y señalandole a pares
Los doze Pares de Francia,

Augustus Pfeiffer in *sui Fasciculi differt.* 4. *de Alcorano*, *pag.* 71. [Sur. 31. *narrat* (Mahometus) *quomodo* Lokmannus *quidam*, *filium suum instruxerit. Quis iste fuerit*, *ὡς ἐν παρόδῳ investigare lubet.* Christianus Ravius Panegyr. *eum vult esse* Alemanum. *Cl. Golius* pag. 189. & *Hottingerus* Hist. Orîental. pag. 68. *existimant fuisse* Æsopum: *qua*

Se

Se metió entre los Frisones,
Y con ser pares los dos,
Si no le apartan, por Dios,
Que me los reduce a nones.
Metiose en medio un Gascon,
Con un palo a apaziguallo,
Y sobre, si mi caballo,
O el suyo tuvo raçon,
Llegó la pendencia en fin
A que, si no se repara
Casi le enceleminára.
Con el medio celemin
Los cascos, y satisfecho
Mi aggravio, me salí a fuera:
Y esta es la hazaña primera,
Que dentro de Francia he hecho.

sententia ex collatione dictorum & factorum Æsopi & huius LoKmani, & convenientiâ apologorũ ab utroque editorũ (ut ut Cl. Erpenius Prof. in Fab. LoKmanni *obiiciat, quòd Arabes eum, & natione Persam, & Religione Iudæum desscribant) cùm primis redditur probabilis.]*

Ergo, si in illo tempore, quo loquebantur Animantes, quorum gesta Æsopus Græcè, & Arabicè LoKmannus edidit [a] quidam equus *un No quiero* ab altero dici non voluit, quâ fronte audedit unus homo nisi in humanior & incivilior brutis sit, alteri homini respondere, *no quiero?*

De vocibus Possum, & Non possũ. *An sint æquivocæ? Quomodo restringantur?*

At instat Alethinus, & ait. Habere debeo verba, quibus mentem meam possim exponere, quin lædatur Veracitas. Ergo, si rem facere nolo, & ut eam faciam petas, habeo jus respondendi, *non volo*: aliàs enim, aut non responderem directè, aut mentirer. Sed respondeo (1) esse voces, quas Modestia & Vrbanitas proscripsit à Politico Lexico. (2) Non ideò gravem Oratorum dialectum redditam pauperiorem: nam loco illarum aliæ æquisonantes substituuntur. (3) Fuisse expunctas voces *Quiero*, & *No quiero* (Latinè *Volo*, & *Nolo*) quæ jam apud Viros modestos ineffabiles sunt. (4) Earumdem suffectas esse loco has *Puedo, No puedo* (Lat. *Possum*, *Non possum.*) Et tandem (5) vocem istam *Non possum* (& de alterâ *Possum* analogicè philosophator) esse æquivocam; & jam impotentiam veram, jam autem noluntatem significare: & ex circumstantiis adiacentibus debere colligi, utrâ significa

ſignificatione illa vox recipiatur. Si enim dixero, *Non poſſum tranſvolare Caucaſum*, egero de carentiâ potentiæ: ſi autem ſubjunxero, *Modo non poſſum reſpondere*, egero de carentia voluntatis: etſi enim rationes, ob quas debeam tacere, habeam, ſi proximam quæram, inveniam, me tacere, quia loqui non volo.

An Pontifex diſpenſare poſſit, ut fiant matrimonia in gradibus à lege naturali prohibitis?

Porrò verbum *Poſſum*, cum decentia & urbanitate exprimere, quod aliis verbis non niſi indecenter & inurbanè diceretur, multi Scriptores obſervarunt; ſufficit nobis impræſentiarùm unum aut alterum producere. Diana *part.4.tract.4.reſol.93.§.Verùm pro coronide.* Et ex eo Antonius Cotonius *verb. diſpenſare.num.* 4. aſſerunt, poſſe concedere ſummum Pontificem, ut frater ducat in uxorem ſororem. Et quia obiiciebatur caput *literas de teſtam. ſpoliat.* in quo Pontifex aſſerit *ſe non poſſe diſpenſare in gradibus prohibitis à lege divinâ*, & Gloſſa, ut ſciamus, quinam illi ſunt, *ad caput.* 18. *Levitici* deciſionem remittit, reſpondent, vocem illam *non poſſe*, ſignificare *non debere ſine magnâ cauſâ*; & ſic illam interpretandam eſſe ſuadent, quia etiam in illo capite prohibetur matrimonium cum uxore fratris, & tamen in hoc diſpenſavit ipſemet Innocentius cum Libionenſibus, Alexander VI. cum Emanoële Luſitaniæ Rege, & Iulius II. cum Henrico III. Adde Vrbanum VIII. qui ſimiliter cum Principe de Ligne in Belgio diſpenſavit. Ecce docent hi Authores *non poſſe* poni pro *non debere*, unde ſcripſit Cotonius in margine. *Si aliquando Pontifex reſpondit* ſe non poſſe, *voluit ſignificare* ſe non debere. Et quidem hanc eſſe huius verbi acceptionem, conſtat ex Iuris-conſultis, qui ſic illam accipiunt. Alexander Scot. [*Poſſe*, id eſt, debere. *ff. de lib. & poſth.l.placet.regulariter tamen contra.ff.de off. Præſ.l.ſæpe cum l.ſeq.& de iudic.non quidquid, & C. quo modo, & quando Iudex l.*1.] & alibi [*Debet*, *& oportet*, aliquando dicunt neceſſitatem, aliquando honeſtatem. Vide Ioann. Andream *in cap.fin.de iur.calumn.ſuper verba,(per te ipſum.) & not. in capit. intelleximus, in verb. (poteſt) de iudiciis,* &c. Honeſtatem ſignificat, ubi æquitate ſuadente

An, ut fratri nubat ſoror?

An ut quis fratris uxorem ducat.

An non poſſum idē ſit ac non debeo?

Debet, & Oportet, quid ſint?

Ggg verba

verba possunt improperari. C. *de pign. leg.* 3.

Quantam authoritatẽ habeat Glossa? At ego, ut in aliis locis vocem *possum* variè accipi fateor, verbis Innocentij non urgeor. Ait ille, *se non posse dispensare in Gradibus à lege Divina interdictis.* Assentior. sed qui sunt isti gradus? eos esse respondet Glossa, qui in illo Levitici capite proponuntur: sed fallitur; quia illud cerœmoniale est: & Glossa non habet Apostolicam authoritatem.

An quæ per figuram dicuntur, sint mendacia? Et quidem quoniam de vocum translatione agebamus, notandum esse in metaphoris & aliis Rhetoricæ, aut etiam Grammaticæ figuris nullum reperiri mendacium; nam, ut *Epist. ad Cant.* & *in coment. Epist. ad Galatas* nos docet Augustinus, *Quidquid figuratè fit, aut dicitur, non est mendacium.* *An Ironia sit toleranda?* Interim præter nonnullas alias figuras ironiam iudico periculosam, & præcipuè in scriptis: hæc enim nec tono, nec gestu juvantur. Illâ frequenter utebatur Socrates, & ideò vapulat ab Epicuro in Philosopho, & Morali præcipuè candorem maximum desiderante. Petrus Gassendus *lib.8. de vita Epicuri.* [Quæ restant, vel laudes Epicuri sunt, ut quod salibus ad irridendum caruerit (hoc enim arguit morum illius simplicitatem, & innocentiam, ac eam, simul veracitatem, ob quam ne probaverit quidem hominem sapientem Ironicè loqui: nam & Cicero in eo improbat, quod Ironiam Socrati familiarem reprehenderit) vel certè occurrunt, &c.] *Illâ frequenter Socrates utebatur.*

NOTA I.

In Praxi maxime necessaria.

Exponit, Cur Articuli sequentes subjungantur?

223 VT præcedens doctrina, quæ generalis est, & multas potest consequentias inferre, confirmetur, & plurimæ Quæstiones quæ externam Fidei confessionem concernunt;

concernunt; resolvantur, duo Dubia necessariò proponam, in quibus de vestibus, ornamentis & signis Mahometanismum & Ethnicismum indicentibus disputem. Examinabo in ipsis, An & quo modo illa signa indigitent Infidelitatem? An, & quo illa modo à sacrilegio emaculentur: & ad Orthodoxam significationem restringantur? Et occasione hinc sumptâ, de Persarum & Indorum Superstitione aliqua edisseram, quæ libenter legentur; quoniam in re communi, & quæ universis nota creditur, occurrunt plurima, quæ quasi ad subsellia solius pertinerent Grammaticæ, à studiosis sublimium scientiarum negliguntur; ac propterea nesciuntur à Theologis, etiam eruditissimis.

Sicut externa Fidei cōfessio verbis, signis operibus, vestibus, &c. fit, sic etiam verbis, signis, operibus, vestibus, &c. violari potest.

N. B. Dum Notā sequētē relegerem, addidi aliqua, quæ possint literam dilucidare.

NOTA II.

Ex Theologia Præterintentionali. Præcept. 1. Cas. 5. pag. 26. desumpta.

De Vestibus, Ornamentis, Vexillis, Signis, &c. quibus Infideles (Iudæi, Ethnici, & Mahometani) utuntur. An sine ullo sacrilegio illis Christiani uti possimus?

Mercatores Christiani, imò etiam peregrini, qui devotionis causâ Palæstinam inuisunt, ut suis personis consulant nonnunquam vestibus Mahometanis, & præcipuè pileoturcico (*turbantum* nominant) utuntur. Et quia res omninò perplexa, doceri volunt, *An Christiani, qui turbanto illo utuntur, ut securi per Turcicas ditiones transeant, peccent mortaliter?* esset enim miserum pietatis & devotionis gratiâ loca adire, quæ sine peccato mortali contra pietatem & Religionem transiri non soleant, imò nec valeant. 223. b.

An liceat Turcicis vestibus indui?

Turbantum *pileus Turcicus est.*

An Christiani apud Turcas Turbantum gestare possimus?

Respondeo cum communi Theologorum sententiá varia esse vestimentorum genera, nam sexum, provinciam, prosapiam, Religionem, & vitæ professionem, seu statum significant.

Quot sint vestimentorum præcipua genera?

Primò enim nulla est gens, quæ alias viris, & alias fœminis vestes non præscribat. Deut. 22. *Non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste fœmineâ: abominabilis enim apud Deum, qui facit hoc.* Et quales esse debeant mulierum vestes exponitur 1. Timoth. 2. 9. & 1. Petr. 3. 3. Et reprehenduntur Græci, apud quos habitus medius videbatur admitti: quo utebantur effœminati juvenes, qui ab specie & pulchritudine laudem aucupabantur. Laërtius libr. 6. [Cùm adolescens quidam comptior quæstiunculam proposuisset Diogeni, *Non tibi priùs*, inquit, *responsurus sum, quam sublatis vestibus ostenderis, masculus sis, an fœmina?* Ex vultu & habitu parùm virili, notavit illius mollitiem.]

De virili, & Fœmineo.

De habitu inter Virilem & Fœmininum medio.

Emaphroditæ dicuntur, qui utroque sunt sexu sigillati: & hi, sicut utriusque sexûs genium & passiones participant, sic & vestibus partim virilibus, & partim fœmininis utuntur. De quodam ex his laudabatur hoc Distichum.

De Emaphroditis.

Dum dubitat, faceret-ne Virum faceret-ne Puellam,
Iuppiter, est factus Semipuella Puer.

Sed à naturâ habent Emaphroditæ, quod semipuellæ sunt; at Catamiti, aliquid simile à propudiosæ Veneris sordibus aucupantur. Sunt frequentes in Asiâ; & apud Mahometanos præcipuè: & quales erant, qui se prostituebant in Combru, in suæ Persiæ Epistolâ XVIII. 18. Jan. 1623. his verbis Petrus della Valle recenset. *Dopo il nostro ritorno in Combrù altro non mi occorse ivi da notare, se non la sfacciatezza grande fra' Mahomettani, di certi giovanacci effeminati, che fan vita abominevole & infame: i quali non si vergognano punto di andar publicamente per le strade, vestiti, dalla cintura in sù, da huomini, & dalla cintura in giù, quasi da donne; con canti, & con suoni, e con altri loro stomachevoli è lascivi scherzi pro curano di allettar le genti alle loro opere nefande, per guadagno. Alcuni di questi erano cosi laidi, cosi fochi, o cenericci di colore, assai peggio di quel che son di ordinario gli altri habitatori delle terre qui d' intorno: in fine,*

Catamiti, qui? quales?

Sunt effrentes, & inverecundi.

A cingulo sursum virili, deorsum fœmineo habitu utuntur.

Sunt immundi & deformes.

fine; al veder mio, così brutti, che io mi feci ſegni di Croce, maravigliandomi, come il Diavolo con zimbelli così ſozzi trovaſſe genti da pigliare a reti tanto immonde.

Secundò ſingulæ provinciæ & regna habent diverſum habitum, aliter enim veſtiuntur Romani, aliter Græci, aliter Germani, & Hiſpani. Togam habebant Romani, pallium Græci: & hodie plerique omnes Europæi geſtant pileum, & turbantum Aſiatici. Et qui oras Euxini Ponti colunt, tam magnas habent manicas, ut & illis ſe cingant, & modeſtiæ gratiâ manus tegant: & ideò uti dicuntur χειροβρῶτι δεσμῷ. *Manivoro vinculo.* Et qui volunt haberi graves, etiam quando peregrinantur, & per exteras regiones excurrunt, veſtes retinent patrias: & hac virtute Hungari alios populos ſuperant; & ſunt alij tam leves, ut ſe ἐσθῆμαι attemperent peregrinorum. Tales erant Romani; Auguſtus enim Cæſar, cùm pro concione eos palliatos videret, indignabundus dixit,

Diverſorum regnorum & provinciarũ homines habitu ſecernuntur.

—— Ecce Quirites,
Romanos rerum dominos, gentémque togatam.

Tertiò, hodie apud nos Clypeus, Stemmatibus Majorum ornatus, proſapiam à proſapiâ diſtinguit. Enſis in Germaniâ ſoli permiſſus nobili. Et Mahometi nepotes gerunt turbantum viride, ut ab Agarenis cæteris diſtinguantur. Habitus Militares (nimirùm, Vellus aureum, & diverſæ Equeſtrium Religionum Cruces) inter Chriſtianos, non niſi Nobilibus dantur.

Aliqua proſapia habitu diſtinguntur ab aliis.

Quartò Iudæi diverſis in locis ſignantur: utuntur Romæ pileo flavo, Venetiis rubro; & in Germaniâ circellum panni flavi pallio affigunt: aliiſque locis aliis ſignis notantur.

Iudæi ſignãtur.

Quintò & ultimò ad Religionem converto oculos, & aſſero Religionis talis aut tales veſtes ſpeciales non eſſe: non enim Iudæi habitu ſpeciali induuntur, nam hodie miſeræ, & nulli miſerabiles, Hebræorum reliquiæ populis Catholicis, Hæreticis, & Mahometanis immixtæ utuntur veſte patriâ, &, ſi aliquo ſigno, non ex Rabbinorum, ſed ex decreto Principum (adeóque in variis re-

An Religionis Chriſtiana, Mahometana, &c. ſpecialis ſit habitus?

An dentur ſolius religionis veſtes?

Iudæi utũtur veſte patriâ.

 gionibus

Ipsi & Mahometani circumciduntur? gionibus vario: nec utiliter ad circumcisionem recurritur; hæc enim Iudæorum character non est, nam etiam circumciduntur Mahometani: sed neque ex istis omnes, nam multi non sunt scrupulosi, & Mahometanismum Atheismo temperant: sed neque Mahometani sunt in toto orbe quoad vestes similes; aliter enim in Barbariâ, aliter in Turciâ, & aliter induuntur in Persiâ.

An omnes Mahometani circumciduntur?

An omnium Mahometanorū vestes sint eadem.

His positis, & aperiamus mentem nostram, & controversiam decidamus. Esto

223.c.

An Infidelu nationu vestibus uti possimus? CONCLVSIO I. *Qui inter Mahometanos aut Ethnicos utitur veste nationis, non peccat.* Sic & Patres Iesuitæ qui convertendis infidelibus navant operam, utuntur Sinensi, & Iaponensi habitu, dum apud illas gentes Apostolos agunt; nulla enim lege divina humanave interdictum ne more regionis in qua degimus, Vestes habeamus.

An Infidelu genealogiæ? CONCLVSIO II. *Nec peccat (nimirùm contra fidem) qui veste utitur certa genealogiæ.* Religiones enim hominum dictamine distinguuntur, non prosapia: bene enim stat, quod sis nepos Mahometi, & tamen Mahometanus non sis; & quod sis Christianorum filius, & tamen professus Alcoranum. Consultò illud, *nimirum contra fidem*, apposui; potest enim peccare contra humanas leges, qui indebita adsumit insignia, hoc enim cavetur Cæsariis Regiisque, ne detur qualitatum confusio, & plebei privata audacia & industria ad nobilitatem promoveantur.

An prosapiæ simul & religionis, aut nationis simul & religionis. CONCLVSIO III. *Non peccat contra fidem, qui utitur veste, quæ sit prosapiæ simul & religionis, aut nationis simul & religionis index, si per novæ circumstantiæ additionem superstitionis impietatem elidat.* In duabus prioribus Authores universi conveniunt, differunt in hac, & ut rem fatear, non differunt Theologicè, sed grammaticè: nam ut singulis diebus experior, contumaces Theologorum conflictus non semper nascuntur ex ipsismet Theologiæ Fundamentis, sed ex Conclusionibus artium & facultatum, quas supponunt. Omni Theologo hæc duo Asserta

Quàm sit certa hæc conclusio? Vnde pleraque Theologorum Controversiæ aboriantur.

ſerta ſunt vera; videlicet, I. *Nemo poteſt negare Religionem Catholicam.* II. *Negat, qui profitetur Catholicam.* Sed hæc tantùm inter ipſos eſt quæſtio, *An qui veſte utitur proſapiæ & Religioni, aut nationi & Religioni communi, profiteatur Religionem illam, an verò tantùm nationem, aut proſapiam?* Soluitur quæſtio veſtes cum verbis & aliis ſignis comparando: Signa enim ſunt, & debent ad placitum, ut ſigna reliqua ſignificare. Rem igitur radicitùs expoſiturus, dico dari voces compoſitas, æquiuocaſque; utraque duo ſignificant, differunt tamen, nam poſitæ ſimul, & æquiuocæ ſeorſim. Verbi cauſa *Equiferus* & *Canis* nomina ſunt ſignificantiæ duplicis: prius *Equum* & *Ferum*, poſterius *Animal* & *Stellam* indigitat: eſt tamen hæc diverſitas, quod prima vox ſimul utrumque exprimat, non alterutrum, & ſecunda vix poſſit, aut ſoleat utrumque connectere; nam vox *canis*, quando ſignificat ſtellam, non ſignificat animal; & quando ſignificat animal, non ſtellam. [Conſultò illud vix poſui, quia poteſt aliquando æquiuocum dupliciter ſimul contrahi, & ſimul tunc plura ſignificabit, ſed hoc non habebit à ſe, ſed ab alterâ voce, quæ adnectitur. Loco exempli ponatur & contrahatur illud Diſtichum.

Quid ſuppo-nant omnes, de quo diſputent.

Veſtes ſunt ſigna ad placitum.

Vocum aliæ ſunt compoſitæ, aliæ æquivocæ.

Quomodo differant?

Æquivocorum ſignificatio eſt diſiunctiva.

An, & quomodo poſſit æquivocum duas res ſimul ſignificare?

Quis neget Æneæ clara de ſtirpe Neronem;
Hic ſiquidem matrem ſuſtulit, ille patrem.

Quid ſufferre ſignificet?

Abſtuli alterum *ſuſtulit*, vt melius cógnueret exemplum.

quoniam verbum *ſufferre*, quod eſt æquivocum, reſpectu Neronis & matris eſt *occidere*; reſpectu verò Æneæ & patris eſt *humeris vehere*.

Ex hâc doctrina, quæ omninò certa, progredimur, & adhuc inferimus Aſſertum III. nimirùm, *Nemo, niſi prius ſignificatio ſacrilega elidatur, poteſt uti veſtibus ſignificationis compoſitæ, bene autem æquiuocæ.* Et reſtat examinandum, an flauum ſignum pileo adpoſitum Romæ; an circellus pallio adfixus, Francofurti (idem de Turbanto viridi, Leone nigro, & aliis apud Mahometanos inſignibus, dico) ſignificet coniunctiuè nationem & religionem Iudaicam, an verò nationem, vel religionem diſiunctivè: an verò ſolam religionem.

223.d.

An veſtes, quæ duas ſignificant res, illas coagulatim nō verò diſiunctivè ſignificent?

Signifi

De copulativa significatione.

An, & quomodo signa illa, quæ Iudæis imponuntur, significent eorum perfidiam?

Significare religionem (nempe aut solam, aut cum natione coniunctam? alterutrum enim dicatur in idem recidit) existimauit Cajetanus 2.2.*quæst.*3.*art.*2. D. Antonius *part.*2.*tit.*12.*cap.*6.*sub finem*, Syluester *verb. Apostasia quæst.*1.*num.* 4. Angelus *verb. Infidelitas num.* 9. Nauarrus *in man.cap.*11.*num.* 17. Philiarchus *de Officio Sacerd. tom.*1. *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 9. Toletus *libr.* 4. *cap.* 2. Valentia *tom.* 3. *disput.quæst.*3. *punct.*2. Becanus *in* 2. 2. *cap.* 9 *quæst.*5. *dub.*6. *n.* 35. quibus probabiliter subscribit Diana *part.*3. *tract.*5. *resol.* 49.

An, & quando, & an sine peccato, Christiani pileũ Iudæi adsumant?

Significare nationem vel religionem disiunctivè probabilius putat ipse Diana subscribens Emanuëli Sà *verb. Fides, num.* 5. Tannero *in* 2.2.*disp.*1.*quæst.*7.*dub.*5. *num.*110. Bañes *in* 2.2.*quæst.*3 *art.*2.*dub.*2. Sanchez *tom.*1.*lib.*2.*cap.*4. *num.*20. Coninch. *tract.de Fide disp.* 15. *dub.* 3. Laymano *in Theol. Morali, lib.*2.*tract.*1. *cap.* 11. *n.*.... Villalobos *in sum. tom.* 2. *tract.* 1. *difficult.*5.*num.* 10. Suario *de fide disp.*14.*sect.* 5.*n.*7.& aliis. Et hanc esse Romæ opinionem communem patet, quia in Bacchanalibus, larvati & ementito habitu Viri, etiam nobilissimi excurrunt, & multi Iudaicum præseferunt, quod licitè minime facerent, si ille determinatè profiteretur Religionem Hebræam.

Qualia Iudæorum signa sint?

An copulativa, An disiunctiva.

Augustin. *ad Possidon.*

Cùm sint vtrimque Authores graues erit temerarius, qui aliquid certi se resoluturum existimet.

Sed inquiris, utra ex his opinionibus haberi debeat? & respondeo, multos non facile posse induci ut credant, signa illa Iudæorum, quibus apud Christianos, Turcasque utuntur, esse signa nationis, vel religionis disjunctivè. Putant enim utramque significare, & probant, quia Iudæo ad fidem orthodoxam conuerso dantur vestes candidæ, & vestes priores interdicuntur. Ergo, sicut vestis candida, quam gestare debet anno integro, significat nationem Hebræorum, & religionem Christianam simul; sic etiam priores vestes nationem Hebræam, & religionem Iudaïcam simũl significabant. Et quia video, consequens probabiliter & non necessariò ex antecedente deduci, audio vocem August. dicentis, *Nolo, ut de ornamentis auri, vel vestis properam habeas in prohibendo sententiam.* Et nolo properâ sententiâ obscuram definire Quæstionem; & ideo, siquidem

ſiquidem utraque ſententia ſuos Authores habet, & ſignificatio pendet ex hominum arbitrio, iudicabo, utramque eſſe probabilem, ex utrâque aliqua Corollaria deducam, & incipiendo à benigniori, hoc eſt, à ſecundâ, ſit

Corollarium I. *Non peccat, qui ſecuritatis gratiâ (puta, dum quæritur à Satellitibus) pileum palliumue ſigno flavo notatum inter noſtros, aut Turbanto viridi inter Turcas, utitur.* Et oſtenditur. Potes uti verbis æquiuocis, & intendere ſenſum verum, tametſi ſcias te in alio ſenſu intelligendum, quia quando voces habent duplicem ſenſum, potes unum intendere rejecto altero. Atqui hæc ſigna etiam ſunt æquiuoca. Ergo poteris illis uti in vnâ ſignificatione, tametſi præuideas à me receptum iri in alterâ. 223.c.

De mutatione veſtium.

An vocibus æquivocis uti poſſit

Veſtes ſunt ſigna & interdum æquivoca.

At dicet aliquis eſſe rationem diſparem; quia cum uteris verbis æquiuocis, habent illa duos ſenſus, quorum ille ſaltem, qui à te intenditur, verus eſt; at quando vteris veſtibus ſignificationis æquiuocæ, neuter ſenſus eſt verus: tu enim, ut euadas periculum, uteris pileo Iudaïco, & tamen non intendis profiteri hac actione religionem, ſed nationem, & ne quidem hæc ultima profeſſio vera eſt. Hic ego. Eſto non ſit vera: ſit ſi velis peccatum veniale: per me ſtat; non tamen eſt confeſſio Iudaicæ fidei: nam, qui illum pileum gereret, eſſet ſimilis Chriſtiano, qui diceret, *Ego natione ſum Hebræus*; quod aut verum aut falſum, non militat contra noſtram fidem.

Obiectio.

An homo ſicut verbis, ſic etiam veſtibus mentiri poſſit?

Subiunget alius [Nunquam licet negare veram religionem: at, qui aut Iudaicum pileum palliumue, aut Turcicum turbantum geſtat, negat veram religionem: rem igitur illicitam facit. Probatur minor. Negat veram, qui falſam profitetur: at, qui Iudaïco illo pileo aut pallio ſicut & ille qui Turcico turbanto utitur, falſam: (videlicet, Iudaicam aut Mahometanam) profitetur: ergo negat veram] Et ego nego utriuſque ſyllogiſmi minorem; qui enim pileo aut pallio Iudaico utitur, non Mo-

Obiectio altera.

Solvitur.

saitam fidem, sed nationem profitetur: qui turbanto albo, nationem Turcicam; qui viridi, non fidem, sed consanguinitatem Mahometi.

De vexillis in quib. sint figura Ethnica. An liceat illa expandere.

Corollarium II. *Probabile est licère vexilla Turcica & Ethnica expandere, tametsi in illis sint imagines Mahometi, Solis, Lunæ, Iouis, aut cuiuscumque Idoli.* Ita Tannerus *in* 2.2. *disp.*1.*quæst.*7.*dub.*7.*num.*117.Laymanus *Theolog.Moral.lib.*2. *tract.* 3. *cap.* 11. *num.* 4. Diana *part.*3. *tract.* 5. *resol.* 49. §. *notandum est secundò.* Contra Azorium *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 27. *quæst.* 9. Et ratio est; quia cùm illa vexilla Nationem vel Religionem significent, sunt significationis æquiuocæ, & ego possum illis uti in quacumque significatione velim, & nihil contra fidem est, si intendam credi natione Turca, Maurus, aut Tartarus. Sed erit saltem hoc, signis mentiri, ais, & hoc ego non nego, sed erit mentiri nationem, non fidem: adeóque ut plurimum, peccatum veniale. Consultò dico, *ut plurimum*, quia fortè æquiuoca ante restrictionem, non habent significationem disiunctiuam, sed neutram actu, utramque autem potentiâ.

Pars asserens probatur.

An eiusmodi vexilla sint æquivoca?

An sicut verbis sic etiam vexillis possit homo mentiri?

Æquivoca ante restrictionē nihil actu significant.

223.*f.*

Dices hæc omnia tolerari posse, nisi in vexillis sint Idolorum imagines, tunc enim stemmata ad Idololatriam vergunt, & qui ipsas erigit, erit idololatra.

An Gentilium Idolorum imagines in nostris vexillis habere possimus Catholici.

An Solis & Syderum imagines sint æquivoca.

Respondeo primò, Solis & Stellarum imagines esse æquiuocas: nam, si ab Ethnicis figurantur, ut Apollinem, Iouem, Martem, aut alios Deos falsos significent, à Christianis sine superstitionis ulla nota, ut generis splendorem & puritatem exprimant, usurpantur. Mahometani utuntur in vexillis hoc signo ☽ Lunam esse plerique dicunt: aliqui Venerem, quod hæc sicut Luna interdum falcata conspiciatur. Hæc secunda expositio hodie doctissimum propugnatorem Romæ habet, cui non assentior; nam hoc signnm apud Mahometanos antiquissimum est, & in falcem acui Venerem à paucis annis post telescopij inuentionem detectum. Porrò hoc signum ☽ apud Mahometanos, seu Venerem, seu Lunam significet, omnis idololatriæ exsors est. Si illud Venerem signifi-

care

care dicas, scire debes Mechæ (ibi Mahometus natus fuit cultam fuisse Deam Venerem, antequam Mahometus suam legem promulgaret. Ergo, cùm unum Deum cœli & terræ creatorem Saraceni hodie colant, non utentur Veneris imagine ob deuotionem, ut colant: sed ob contemptum, ut triumphatam & destructam veterem idololatriam à se fuisse significent: ergo nihil erit mali, si Christianus etiam vexilli erectione se Venerem & omnia Ethnicorum Idola vicissè & triumphasse protestetur. Nec mirum, si in stemmatibus illi posuerint Deam triumphatam: nam etiam hodie Maurorum capita, & Saracenos Reges in stemmatibus Nobilium Hispanorum conspicimus, quos illi non ponunt ob oculos, ut veneremur, sed ut victos captiuos & occisos fuisse cognoscamus. Hoc ergo Mahometani sensu posuerint Veneris imaginem in stemmatibus. Si hunc characterem ☽ non Venerem, sed Lunam significare dicas, moneberis esse purè politicum, & religionem non concernere. Canit Hispanus,

Mecha Mahometus nascitur.

Mecha Venus vt Dea colebatur: tollitur à Mahometo eius cultus, & in memoriam illa triumphata in vexillis depingitur.

Cur Hispani Principes praeferunt in suis stemmatib. Regũ Maurorum capita? An, vt ea venerentur?

Luna creciente
Cuernos à Oriente.
Luna menguante
Cuernos à delante.

Alij, qui cultiùs loqui volunt, non *cuernos*, sed *puntas* dicunt.

Quomodo cognoscere possis an crescat, aut decrescat Luna?

Agareni igitur, dum Lunam cornua in sinistram obvertentem depingunt, crescentis Lunæ Symbolo suam Monarchiam semper crescere volunt significare. Cessat ergo scrupulus; nam signa in vexillis aut sunt heroica Symbola, aut Deorum imagines; si primum, sunt politica: si secundum, licet ab Ethnicis, ut triumphantia erigantur, erigi poterunt à nobis ut triumphata, iuxta ea, quæ dudum dicebamus.

Cur Mahometanorum symbolũ sit Luna crescens?

Corollarium III. *Probabile est licere uti vestibus, tametsi institutis à Iudæis, Mahometanisque, ad solum vsum rei Sacræ.* 223.g. Ita Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 2. cap. 4. num. 20.* & aliis quibus minùs probabiliter subscribit Diana *ubi supra §. Sed plus.* Ratio est vera, subtilisque, & indiget expositione. Vox *camelus* secundum communem & universalem suppositionem, animal significat, quem etiam κάμηλον

An uti liceat vestibus religionem tantum significantibus.

An quando vox ka-

 Græci

bet duas significationes, alteram communem, & alteram particularē possit in cōmuni sumi, rejectā particulari.

Græci nominant: & tamen in dialecto Nauticâ, quâ in mari utimur, sonat rudentem crassum fortemque qui vela sustinet. Et quis demonstrabit te in navi non posse voce *camelus* uti juxta communem acceptionem? Ergo similiter de vestibus philosophemur. Nos ipsæ, quæcumque sint, distinguunt à Barbaris, qui nuditatem suam non tegunt; ergo universæ indigitant illum, à quibus geruntur, non esse barbarum: si accidat, quod gentis speciali ritu aut consuetudine etiam ipsæ ad alias significationes transferantur, erunt in regione illa significationis duplicis, & poterunt in alterâ cautè usurpari. Puto hanc rationem, si bene perpendatur, sufficere. Interim, si adhuc in vestibus remanere opineris aliquod impiæ Religionis vestigium, elidi poterit, ut inferiùs dicemus.

Vestes habēt significationē communem & particularem.

An verbis quæ ad duas linguas pertinent, uti possimus in alterutra significatione.

Præterea, si sint verba communia tuæ & externæ linguæ (puta tuæ patriæ, & provinciæ in qua peregrinaris) poteris uti in significatione materni idiomatis, modò non adsint (præcedant aut sequantur) alia verba aut circumstantiæ quæ illa ad linguæ externæ significationem restringant. Pono exemplum, *largo* vox est Italis & Hispanis communis, illis significat *latum*, & his *longum*. Si Hispanus Romæ Vaticanum conspiciens admirabundus dixerit, *O edificio largo*! non erit cur magis latitudinem, quàm longitudinem admirari credatur: nam si instes, *Loquitur Romæ, Ergo loquitur Italicè*: Instabo dicens, *Est Hispanus, Ergo loquitur Hispanicè*, & addam neutram consequentiam esse infallibilem, aut necessariam. Si autem Hispanus diceret, *Questo è un edificio largo*: censendus esset loqui Italicè propter voces *questo* & *è* (nam Hispanicè deberet dicere, *Este es un edificio largo*) & quia Italicè, non longum, sed latum dixisse.

Largo *Hispanorum & Italorum vox.*

Quomodo contrahatur?

213.*h.* *An sicut de verbis, sic de vestibus philosophãdum?*

Ergo si Vestes, quæ in meâ patriâ significant hominem, non esse barbarum, in regione, in quâ peregrinor, habent aliàs significationes, etiam ibi vestibus loquar. Sed cur in significatione regionis peregrinæ, & non patriæ? Profecto vestes illæ, illarumque significatio, si nullæ

nullæ circumſtantiæ conſignificantes accedant, manebunt æquivocæ, & neutram habebunt ſignificationem; vel ſi aliquam habere, dicendæ ſunt, hahebunt ſignificationem meæ patriæ. Cæterùm, ſi circumſtantiæ particulares accedant, ab illis reſtringi poterit veſtium ſignificatio. Nam ſi veſtes apud Iudæos, Mahometanos religionem ſignificantes ritu & cæremoniis religionis recepero, hæ cæremoniæ me Iudæum aut Mahometanum eſſe conſignificabunt; æquivocationem tollent, & ad ſignificationem religioſam reſtringent: ſi autem illas ego ſæculari authoritate ſumpſero, & illis crucem adiecero, hoc Crucis ſignum omnem tollet æquivocationem, & ad ſignificationem politicam ſeu civilem reſtringet. *Quomodo contrahatur veſtium ſignificatio?*

213.*ſ.* Hinc intelligemus hiſtoriam de quâ multi loquuti ſunt, & non pauci ſcripſerunt. *D. Rupertus Scherley, nobilis Anglus, curioſitatis gratiâ per diverſas Provincias peregrinatus, tandem in Perſiam venit, Abanti Regi placet ingenium Iuvenis: utitur in rebus Politicis, legat ad diverſos Principes, & ille negotiis ad votum Regis expeditis in Perſiam redit. Ad Catholicam Religionem (erat enim Hæreticus) Spanaamij (id urbi Regiæ nomen) convertitur: à Rege donatur Perſiâ & ut indigenarum juribus & privilegiis nobiliùs frueretur, Qizilbaſtiis adſcribitur, & Tago inſignitur: uxorem ducit, in Hiſpaniam mittitur, &c.* *D. Ruperti Scherley hiſtoria.* N. B. Rex Perſiæ Abas Chriſtianos & Religioſos præcipuè ad alios Principes ob gravia negotia legabat.

Incipio à primâ circumſtantiâ, ut laudem Deum mirabilem in operibus ſuis. E parentibus Puritanis in Angliâ naſcitur, ab Hæreticis Magiſtris inſtituitur: peragrat Belgium, Galliam, Germaniam, & Italiam, & manet in ſuâ hæreſi contumax. Tranſit in Perſidem, ubi luxus immenſus, vita ſub Abante liberrima, mores corrupti, & hic juvenis diveſque, qui poterat hac libertate fruiſci, à Deo tangitur, & à Patribus Carmelitanis excalceatis adjutus ad Catholicam fidem convertitur. Fœlix hæc reſolutio, & Regi & Principibus placuit: amabant juvenem propter ingenium & mores, at propter Calvini dogmata contemnebant, Angli enim apud Perſas, quia non adorant Crucem, deſpiciuntur, & ha- *Manet D. Rupertus inter Chriſtianos hæreticus, & inter Perſas Mahometanos convertitur.* *Angli & omnes Calviniſtæ cenſentur Pſeudo-Chriſtiani apud Perſas, quoniam non*

adorāt Crucem, quam Franci, Græci, Armeni, & cæteri Christiani adorant.

Alij etiam hæretici Germani &c. in Persia conuertuntur.

bentur tanquam Pseudo-Christiani. Vide in Petri de Valle Persiam, Epist. IV. datam Terhabadij Kalendis Maiis 1618. *num.* 16. *pag.* 212. Sed & alios Europæos Hæreticos & Idololatras Indos Lusitanorum & Italorum Religiosorum operâ conversos ad Catholicam Religionem fuisse in Persiâ recenset idem Author Epistola III. dat. 18. Decembr. 1617. Quod ipsum est valde mirabile.

Conceditur D. Ruperto ut sit Persa virtualiter: hoc est, ut ita se habeat, ac si natus esset in Persia.

Fuit donatus Perside, hoc est cooptatus genti & nationi Persicæ: An-ne licitè? Hîc nemo difficultatem reperit: hunc potuit honorem Rupertus tutâ conscientiâ acceptare: nationem enim & non religionem concernit.

Adnumeratur Chizilbasciis.

Qui & quales ipsi sint?

Familiam Vsuni-Hasani extinxerunt, Ismaëlem ad regiam coronam euexerunt, & eius hæresim sāguine suo firmarunt.

Tag nobilitatis & religionis signum est.

Qizilbascij apud Persas sunt Religiosi militares.

At fuit adscriptus Qizilbasciis, & Tago insignitus. Hic est nodus difficultatis. Qizilbascij, ut Epist. V. dat. 22. April. & 8. Maij 1619. nos docet idem Author, sunt nobiles Supremi Ordinis apud Persas, quos Dom. Ioannes de Persiâ ad Fidem Catholicam in Hispaniâ conversus in sua Historia, cum nostris Ducibus & Marchionibus componit. Hi Qizilbascij sunt nepotes & posteri militum, qui extinctâ familiâ Vsuni-Hasani, & abactis Turcomannis, Sciham Ismaëlem primum Persarum Regem & Hæresiarcham (Persæ enim in Mahometanâ religione sunt Hæretici) ad Coronam imperiumque evexerunt. Hic Rex, ut ait citatus Author pag. 372. *Gli raunò, gl instituì, e gli nobilitò; e diede loro per insegna di nobiltà, e di Religione il Tag, che portano in capo, da che si chiamano Chizilbasci, o Capi rossi.* Qizilbascij ergo sunt militia religiosa, & Tagum pileus est, quo & nobilitas & Religio significatur. Volebat Abas, Persiæ Rex, propter ingenij dotes honorare Rupertum; & ut faceret, obtulit ipsi pileum rubrum, insigne Nobilitatis Qizilbasciæ. Et Rupertus me consulit, An possit tutâ conscientia acceptare hunc honorem?

An D. Rupertus Tag à Rege oblatum acceptare potuerit?

Laërtius *libr.* 2. *capit.* 22. in meam memoriam ante Responsionem succurrit, si enim bene recordor, Stilpo conspiciens Craterem media hyeme frigore titubantem, Δοκεῖς, inquit, μοὶ χρεῖαν ἔχειν ἱματίου καινοῦ. (seu καὶ νοῦ) Lepôris

ris festivitas consistit in vocabulo ambiguo quod Latinè reddi non potest: nam καινῶ conjunctim, sonat *novo*, & καὶ νῶ divisìm, sonat *& mente*: & discrimen, si scribatur hoc verbum, oculis videri potest; sed auribus vix sentiri potest. Sensus totîus propositionis est. *Vidêris mihi egere pallio novo*, seu *pallio & mente*. Arguebat enim amentiæ Cynicum, qui vestem tempori non accommodabat.

Apophthegma curiosū in verbi divisione consistens.

Sunt tempori vestes accommodandæ.

His positis ad Persiam revertamur. Dicebat Rex Abas 223.k.
Ruperto, Δοκεῖς μοὶ χρεῖαν ἔχειν Ταγὶν καινῶ: ad literam. *Vidêris mihi necessitatem habere pilei novi*, Hisp. *Me pareces tener necessidad de un sombrero nuevo.* Et quia, Tu Ruperte, me consulis, &, an possis sine conscientiæ scrupulo pileum hunc novum hoc est, Qizilbascium acceptare requiris; Ego tibi respondeo. Δοκεῖς μοὶ χρεῖαν ἔχειν Ταγὶν, καὶ Νῶ. *Vidêris mihi necessitatem habere Tagi (pilei Qizilbascij) & Mentis.* Illud itaque accepta, ut apud exteros gloria & honore condecoreris: & hac utere, ne fortè Tagum ipsum aliquam superstitiosam circumstantiam importet, quæ obsistat puritati conscientiæ. Ergo, quærendus modus est, quo tametsi Tagum Procerum te numero accenseat, te esse Mahometanum non dicat. Crucifixum igitur super Tagum impone; hic enim, ibi collocatus, intactam relinquet Nobilitatis gloriam; & Mahometanæ Hæreseos impietatem elidet. Sic fecit, ut Vallæus narrat, ille; & sic in eodem pileo Politicam à Theologica, Civilem à Religiosa circumstantiam distinxit.

Quia Rupertus Tagum Crucifixo exornavit, honorē Qizilbasciū admisit, & cōtra Hæresim Qizilbasciā clarissimè protestatus est.

Corollarium IV. *Probabile licere uti cæremoniis & cultu infidelium etiam idololatriam concernentibus, modo cum æquiuocatione fiat: sine hac æquiuocatione nunquam licere certum est:* His paucis verbis comprehenditur sententia Lorcæ, cum omnibus suis limitationibus; asserit enim *in 1.2. quæst. 6. disp. 24. num. 7. & 9.* licere uti Gentilium & Ethnicorum cæremoniis. *Primò* si tales actiones ipsæ sint, ut ratio cultûs ab iis separari possit. *Secundò* si absit scandalum. *Tertiò*, si non obscuretur confessio Fidei, quando hæc obligat. Et sanè,

An & quomodo liceat uti infidelium ceremoniis?

An cultus ab ipsâ materiali caremoniâ sit separabilis?

sanè, qui æquiuocatione utitur, cultum à cæremoniis abstrahit, & quantum ex intentione sua neminem scandalizat: Et non teneri pro tunc fidem suam confiteri supponitur. Consentit nostro Lorcæ Medina *in part.* 2. *quæst.*103.*art.*4. An Lorcæ sententia si probabilis, aliis iudicandum committit Diana *ubi suprà.§.Notandum est etiam.*

An hæc doctrina sit probabilis.

An Elisæus in Decalogo dispensauerit

Et quidem mihi videtur plusquam probabilis: vel supponamus Lorcæ opinionem esse falsam, & videamus qui poterit Diana historiam Elisæi & Naamani defendere; maximè, si dicatur, ut potest & solet dici, Propheta in Decalogo non dispensasse. Prophetæ Assyrius Princeps, *Non faciet ultrà seruus tuus holocaustum aut victimam Diis alienis, nisi Domino. Hoc autem solum est, de quo depreceris Dominum pro seruo tuo* (legunt alii, *in hoc negotio propitius sit Dominus seruo tuo*) *quando ingredietur Dominus meus in Templum Remmon, ut adoret* (*ut incuruet se*) *& illo innitente super manum meam, si adorauero* (*si incuruauero me*) *in Templo Remmon, adorante eo* (*incuruante seipso, nempè meo Domino*) *ut ignoscat* (*ut propitius sit*) *mihi Dominus meus* (hoc est, *Deus*) *seruo tuo pro hac re.* Et Propheta Principi. *Vade in pace.*

Elisæi & Naamani historia recensetur.

Ismenias floret ann. 368. ante Christű. Ergo Artaxerxes, quicum erat acturus, fuit Tertius, qui *Ochus* nominabatur.

Sacræ huic historiæ alteram non omninò dissimilem ex Regiis Annalibus adnectam. Apud Persas, Medos, & Indos Reges adorari, & qui illos salutabant toto corpore inclinari (incurvari) invenîmus: quo apud Thebanos cultu solus Deus honorabatur. Et quid Ismenias faceret? Cum Artaxerxe de gravissimis rebus acturo corpus inclinare non permittebant leges patriæ, erat enim Thebanus: & toto procidere corpore jubebant Persicæ. Magno consilio annulum labi in terram permisit, lapsum sustulit; & sic toto corpore se inclinavit coram Rege, non tamen se inclinavit Regi. Alexander ab Alexandro *libr.*2.*cap.*19. Ergo Naamanus poterat se inclinare & incurvare coram Remmone, quin se inclinaret aut incurvaret Remmoni.

Ismenias corã Rege Persarum se inclinat, & tamen illum non adorat.

Interìm, ne major ingruat difficultas ex Versione Latina, à verbo *adorare* abstineamus, Historiam secundum verbum *incurvare se* consideremus. Et discurramus sic.

Cùm

Cùm Naamanus militiæ Assyriæ Princeps, Regi à suo brachio, genuflectebat coram Remmone Idolo, vel peccabat mortaliter, vel non; &, si non, vel Propheta dispensavit in primo præcepto Decalogi, vel actionis æquivocationem approbavit. Atqui primum non potest dici; nam quomodo in pace mitteretur, qui petebat conscientiæ remedium, ne peccaret: & tamen dimittebatur peccaturus: Ergo dicendus est Naamanus non peccasse genuflectens coram Assyrio Idolo: & quia Propheta proprio nomine in Decalogo dispensare non potuit; & Dei nomine non dispensasse modo ponimus, videtur sententiam Naamani approbasse, cujus genuflectio erat, ut sic loquar, æquivoca; poterat enim fieri vel ad ψευδοθεῶν cultum, & ad obsequium Regis. Illam ministerium, quo fungebatur Naamanus, ad secundam significationem restingebat, Ergo Naaman se coram Idolo inclinabat, ut Regem sustineret, ne caderet; non autem, ut illud adoraret.

An Naamanus suo Regi serviens, & se idolo inclinans peccaverit.

Resolutio negans.

Si Naaman Idolo reverentiam fecisset peccavisset mortaliter.

An quis possit dispensare in Decalogo?



ARTICVLVS XVI.

Quid Petasus Qizilbascius sit. Cur Tag *vocetur? &* *An tutâ conscientiâ posit à Christianis gestari? Ea, quæ præcedenti in Notâ posita uberiùs retractantur.*

ERAT Persia, ut paulò antè insinuavimus, divisa in provincias & Regulos, discordes inter se, & se mutuo infestantes. Et Ismaël, quem numerosa Turcomanorum colluvies sequebatur, regionem imparatam invasit, & totam brevi tempore subjugavit. Et novam invexit hæresim sub Mahometi doctrina, ut longiùs subditorum animos à Turcæ imperio separaret. Sequutus 224

Ismaël invadit, & occupat Persiam.

 fuit

Acriùs pro Religione, quàm pro Regno defendendâ animi concitantur.

fuit Politicam veterum Regulam, quæ jubet Regionis bellum, in bellum Religionis deformari: vassalli enim, cùm non possint esse liberi, an huic, aut illi servire & obedire debeant, remisse cogitant: ubi autem de aris defendendis & propugnandis agitur, vitas exponunt, & sanguinem generosè profundunt. Vt se manuteneret, Religionem mutavit Ieroboam, Rebellaverat contra, Roboam Salomonis filium, & fuerat in Regem adsumptus. *Dixitque Ieroboam in corde suo: Nunc revertetur regnum ad domum David, si adscenderit populus iste, ut faciat sacrificia in domo domini in Ierusalem: & convertetur cor populi huius ad dominum suum Roboam, Regem Iuda, interficientque me, & revertentur ad eum. Et excogitato consilio facit duos Vitulos aureos, & dixit eis. Nolite ultra ascendere in Ierusalem: Ecce Dŷ tui Israël, qui te eduxerunt de terrâ Ægypti: posuitque unum in Bethel, & alterum in Dan. Et factum est verbum hoc in peccatum; ibat enim populus ad adorandum Vitulum usque in Bethel.* Ieroboamum imitati sunt alij, qui bello regionis diffidentes, mutarunt ritum cultumque ut subditos nomine Religonis cierent. Id ante centum annos præstitit Willelmus Nasovicus, quo authore à Catholici Regis obedientia defecerunt Hollandi: hic enim prævidens tueri Hollandos rebellionem non posse, si in Orthodoxâ Religione persisterent, eos in Calvinianam impulit, suasitque arma pro Religione contra Regem moveri. Sic etiam Muhamedes, cuius gratiâ hæc dicuntur, ut Mechensis civitatis potiretur imperio, novam Religionem cudit. Sed qualem? sordidam, sensui gratam, & rationis expertem. Sit mihi testis Avicenna (& ipse Muhamedanus, & qui huius sectæ recessus exploratos haberet) inquit enim. *Lex nostra, quam dedit Muhamed, dispositionem felicitatis & miseriæ, quæ sunt secundum corpus, attendit. Sed est alia promissio, quæ attendit intellectum. Sapientibus verò Theologis, multò maior cupiditas fuit apprehendendi istam, quàm corporum, quæ quamvis detur eis, non tamen attendunt eam, nec in pretio habent, in comparatione felicitatis, quæ est conjunctio cum Veritate.* Ita ille apud Boterum

3. Reg. 12. 26

A Roboamo Salomonis filio, & Hebræorũ Rege, deficit Ieroboamus.

Ethnicismũ inducit, ut regnũ usurpatum conservet.

Hollandi, ut tueantur rebellionem Calvinismũ admittunt.

Muhamedus, ut imperiũ invadat, prætextũ novæ Religionis adsumit.

Qualis sit secta Muhamedana?

An vera Beatitudo in conjunctione Mentis & Veritatis consistat.

part. 3.

part. 3. lib. 2. pag. 441. *iuxta Editionem anni* 1659. Sicut Muhamedus suum firmavit imperium deficiendo ab Ethnicis, qui dominabantur in Asiâ; sic Ismaël, ut suum securum redderet, defecit à Muhamedanis, qui dominabantur in Persiâ, & novam finxit hæresim, quæ Persas scinderet ab Europæis; & ut schisma manuteneret tutius, Victoriosus & triumphans Religionem militarem instituit, cuius milites donavit pileo rubro, quem iussit dici *Tag* hoc est *Coronam* concessitque, ut qui illum gestaret, *Beig*, hoc est *Domini* glorioso titulo à cæteris honoraretur. Hi Religiosi milites vocantur *Qizilbasci*, ac si diceremus *Rubricipites*, hoc est *Habentes rubra capita*. Et de illis Petrus della Valle *in suæ Persiæ Epist.* 1. *dat. Sphahany* 17. *Martij* 1617. *num.* 7. *pag.* 46. hæc scribit.

I Qizilbasci possono di due sorti: o vero hereditarij, da quei primi, che sin che dura la generatione, dure anche loro la dignità, el luogo nella militia; o vero fatti dal Rè, di quando in quando, perche tutti i suoi Schiaui di qualsiuoglia natione, pigliando la lor fede, si ascriueno, come fra Turchi, nella militia, e si fanno Qizbalsci, & immediatamente naturali, e nobili del paese con tutto la loro progenie, si fà anche tal uolta Qizilbascio qualche forestiero, che professi seruitu col Rè; egli si dà il Tag per honore come frà di noi gli habiti di Caualleria: ma questo rade volte; e da persona informata hò inteso, che in quindeci anni incirca, che hà praticato questo paese, non hà veduto farlo se non vna volta sola, e si fà con ceremonia d'atti & di paroles, mettendo il Re proprio il berettone in testa a colui con la sua mano. In questo modo, fu dato il Tag a quel Don Roberto Skerley Inglese, che gli anni passati venne in Roma Ambasciador di questo Rè a Papa Paolo, & adesso torna vn'altra volta a tutti i Principi della Christianità; & ho inteso qui, che Don Roberto lo domandò, ma io a dire il vero, non solo non dimandarei già mai tal cosas al Rè di Persia, ma mi dispiacerebbe sopra modo quando egli me l'offerisse: perche non so, come vn Christiano possa lecitamente portar quell' insegna, che, insieme con l'honoreuole della militar nobiltà, hà congiunto anche in se non poco del superstitioso della

Iii 2 *falsa*

Ismaël Persiam [illegible] novam cudit hæresim, ut [illegible] separaret.

Novam Hæresim cudit.

Qizilbasci instituuntur.

Et hi, vel genere, vel facti sunt.

Rarò assumuntur exteri.

Robertus Skerley Anglus adscribitur Qizilbascia militiæ.

An hunc ille honorē postulaverit?

An illum tuta conscientiâ postulare potuerit:

Cur Cruci gestaverit supra Tag?

falsa loro setta : onde , per rimediare , a cio conforme io penso Don Roberto , intendo , che in Christiani[illegible] solcua portarui in cima vna Croce. Mà oltre di questo , [illegible]on tengo , che vn Franco [a] *nostro pari , debba ambire di portare una insegna di honore , che è commune à molte migliaia di Schiaui , e di soldati ordinarÿ : però , per chi hauesse voglia di viuere in Persia, come forse deve hauere in detto Don Roberto , potrebbe passar per cosa , se non desiderabile, al meno honorata.* Et ego, ut ab hoc ultimo incipiam , non video , cur noster Vallæus *Tag* , & Qizilbasciam dignitatem contemnat , siquidem est summus honos, quem Rex Persiæ impertitur : nam & ipsemet τὸ *Tag* gerit, illoque donat Principes, non solùm subditos, sed & confæderatos & amicos. Testatur hoc etiam ipse Vallæus *in suæ India Epist. XI. scriptâ Aleppi.* 5. *Augusti.* 1625. quoniam *num.* 3. *pag.* 396. narrat se in Arabiæ deserto transivisse apud oppidum Argiam , in quo quidam Hhasan Aga Curdus dominabatur : ad quem per Ibrahimum Agam , qui erat socius itineris, Serdar Turcicus, ut honoraret & in obsequio contineret , mittebat unam vestem , qualem etiam miserat ad Regulum , qui Persis obsistebat Bassoræ. Et qualis, aut quantus erat ille Hhasânus ? *Pag.* 397. *num.* 4. idem Scriptor. *In sopradetto nominato Hhasan Agà , signor di Argià , nelle revolutioni di Baghdàd fu visitato da Persiani : lo Sciah gli mandò* il Tag, *come si suol fare ad huomini grandi , quando vuole invitargli ad essere , ò dichiarar che siano della suo fattione : & egli si portò in maniera , che rese à i Turchi la sua fede alquanto sospetta : onde un Bascia hebbe intentione d'amazzarlo , è non lo fece , perche forse non doverte potere : per la qual cosa cred'io , cioè per tenerlo al meno in fede , gia che castigar non si poteva , gli madò poi il Serdar per questo Capigi il presente che dissi.* Venerunt aliqui ex Argiâ , *è dissero , che Hhasan Agà era in colera perche il Capigi non gli habeva mandato il prasente del Serdar , che portava : e'l Capigi non glie lo mandò , perche seppe , che Hhasan Agà stava col* Tag, *è con Persiani appresso, gia dichiarato di quella fattione.* [Vt voces intelligas adnotato , *Capè* significare *Portam* , quo intelligimus nomine *Aulam Principis.* unde *Capigì* , erit *Aulicus.* vel *Palatinus.* Hisp.

a] In Asiâ & etiam apud Turcas, Europæi omnes vocantur Franci.

In quanto sint honore Qizilbasci apud Persas?

Hhasanus Aga Curdus Argiæ Regulus.

Sed qualis & quantus fuerat ipse?

Deficit à Turcâ , & Persæ adhæret.

Donatur τῷ Tag , ut Magni Homines solent.

Eum occidere conantur Turcæ, sed non possunt.

Et non traditur munus, & cur? Exponuntur voces Capè, Capgì , Agà , Sedar , Tefderdar.

Hisp. *una persona de palacio.* [Nomen *Agà* est *Superior*, Hisp. *el Cabo.* Latin. *Caput, Dux, Capitaneus.*] Et tandem Serdar est compendium vocis *Tefderdar*, & Thesaurarium, Hisp. Thesorero, Guardaropa, significat.] Ergo Imperatoris Turcici Thesaurarius per quemdam Aulicum mittebat munera (hoc est, vestes) ad Regulos. Ergo Hhasanus in illâ Arabiæ eremo erat Regulus ; nec Persis, nec Turcis subditus ; jam his, & jam illis adhærens, prout utilitas, quam *Statuś rationem* vocitant, postularet. Ergo *Tag* apud Persas est Aureo velleri simile ; &, siquidem à Persiæ Rege gestatur, & absolutis Regulis honoris gratiâ imponitur, si per Christianam Religionem non obsit, peti à D. Roberto potuit, nec debuit à Petro della Valle contemni. Sit igitur Conclusio.

Quid Ratio status sit?

An Tag sit aureo velleri simile?

PRIMO. *Qizilbascÿ sunt milites Religiosi.* Eos Religiosos voco, non quod votis solennibus Castitatis, Paupertatis, &c. obstringantur, sed quia ad propagandam Persicam Hæresim, & exstirpandam Turcicam doctrinam fuerint ab Ismaële instituti, & ab aliis Persarum Regibus stipendiis & honoribus aucti. Sumo igitur *Religionis* vocabulum ut sic, prout in abstracto concipitur, & significat veram vel falsam.

An Qizilbascÿ sint milites Religiosi?

SECUNDA. *Si nihil accedat, quod ipsius* Tag *significationem contrahat & imminuat, nullus Christianus potest illud recipere, aut gestare.* Et hîc obiter examinare oporteret, An Rex cùm illud imponit, aut Miles, cùm illud recipit, recitet aliquas orationes, aut juramenta eliciat, quæ sacrilegium & perfidiam importent ? si enim similia inaugurationem comitentur, hoc novo adhuc titulo erit res omninò sacrilega illud petere, vel acceptare.

An Tag gestari possit?

TERTIA, *Quidquid de receptione sit, Christianus* Tag *cum cruce superpositâ gestare potest ; sine cruce non potest.* Et hanc Conclusionem persuadeo. Ideò Christianus *Tag* portare non potest, quoniam duo significat, Religionem, & Nobilitatem : quia, qui illo insignitur profitetur per petasum (nam sicut linguâ, etiam vestibus loquimur) se esse Nobilem, & se esse Mahometanum : &

An saltem superpositâ Cruce?

An Crux, Religionis sacrilegæ significationem auferat?

juxta Hæresim Persicam, se intelligere, & tutari Alcoranum. Ergo videndum, *An, & quo possint modo, res cultui dedicatæ sacrilego, ab impietate emaculari*? Proderit audire P. Franciscum Carriere, qui *in digesto Chronologiæ Papalis, pag.9. in Evaristo, ad ann.*112. sic inquit. [Titulus, quo apud Christanos, domus aliqua cultui Divino mancipabatur, fuit vexillum Crucis; quod intelligimus ex eo quod Theodosius Imperator edicto præcepit *leg. si decernimus*, C. *de Episc. & Cleric.* ut delubra Gentilium, Christianæ Legis cultui manciparentur, *collocato in eis venerando Christianæ Religionis signo*, eaque ratione quod titulo Crucis recenserentur res dicatæ Religioni; Leo itidem Imperator *Novell.*117. *capit.*7. vetuit, *venerabilem Crucem, aut sanctorum Martyrum reliquias* inferri in ædes publicas, vel loca populi voluptatibus fabricata, *ne sic occuparentur ea, quæ ad causas publicas, vel ad populi oblectamenta, extructa esse....* Præterea sunt & alia permulta exempla, veteraque monumenta, quibus probetur, Crucis signo, velut præfixo titulo, res Deo dicari consuevisse.] Ergo Crux, cuicumque Ethnicorum templo imposita, illud à supestitione emaculabat, & in oculos ingerebat hæc verba, *Hoc templum* D. O. M. *juxta Christianæ Religionis Veritatem consecratum est*: & illi, qui in illo rei sacræ intererant, virtualiter dicebant, *Nos sumus Christiani.* Ergo, honorifica Crucis gestatio, est publica Christianæ Religionis professio. Iam ergo habemus modum, ut Miles per *Tag* se esse Nobilem dicat, & se esse Mahometanum neget. Cùm enim Crux, sit insigne Religionis Christianæ, Crux Tago superposita illam sacrilegam significationem elidet, non minùs, ac si ore Miles diceret, *Ego sum Christianus.* Ergo, qui Tagum ornatum Cruce gerit, honore Qizilbasciæ Nobilitatis fruitur, petasum sacrilegâ significatione emaculat, & Fidem Christianam profitetur, adeoque Mahometanam negat & exsecratur positivè. Et hîc obiter nota hanc Quæstionem, quæ videtur Theologica, esse purè Grammaticam: hanc enim Propositionem, *Habitum, qui Religionem*

An templa, & res consecrata Idolis possint sacrilegam labem exsuere, & D. N. Iesu-Christo cōsecrari?

Quomodo id olim fieret?

Cur fuerit vetitum, ut in theatra & loca recreationi publica destinata, Crucis vexillum induceretur?

Quid significauerit Crux templo Ethnico imposita?

An Quæstio hæc Theo-

gionem infidelem significat, nemo adsumere potest sine culpâ mortali, nobiscum Theologi universi concedunt, & tota difficultas est in hoc. *Petasus ruber (sive* Tag) *Crucem erectam sustinens, Christianam Religionem, & non Mahometanam, significat.* Quoniam, si est vera, ut puto, ille pileus est licitus; si falsa, illicitus. Vtrùm autem sit vera, vel falsa, pendet à judicio Grammatico.

logica, an Grammatica sit?

Vt tertia nostra propugnetur Conclusio, prodest ad homonymiam recurrere: nam signa, quæ habere duplicem significationem dicuntur, ad duas pertinent classes: alia enim habent duas significationes disjunctivè: alia copulativè: illa *signa disjunctivæ significationis*, hæc autem *signa conjunctivæ significationis*, dici poterunt: usus tamen obtinuit (nam rationem ne quæras) ut illa priora ὁμώνυμα à Græcis, *æquivoca* à Latinis dicantur. Dicimus signa æquivoca habere significationem disjunctivam, & hoc non ita intellige, ut Nomen æquivocum, ex. gr. actu unum aut alterum significare dicatur: potentiâ enim alterutrum; & antè quàm determinetur, neutrum significat, ut *Aries*: nam potentiâ, vel animal, vel astrum, vel instrumentum militare significat: actu extra orationem nihil: in oratione autem unam tantùm ex illis rem, nam ab aliis vocibus determinationem & restrictionem patitur, quoniam in hac oratione, v. gr. *Sol est in ariete*, vox *aries* est determinata, ut tantùm significet primum signum Zodiaci. Et, ut hoc ipsum meliùs intelligatur, addantur adhuc aliquæ Conclusiones. Sit ergo

De signis.

Sunt in duplici genere.

Æquivoca multa disjunctivè in potentiâ, & nihil actu significant?

QVARTA. *Vox æquivoca, si attentè consideretur, est similis syllabæ indifferenti:* nam in nomine *tenebræ*, illud *ne* est indifferens. Sed quomodo est indifferens? Est potentiâ, non actu: videlicet antequam proferatur: qui enim hanc vocem proferat, vel *ténebræ* dicet, vel *tenēbræ*; non enim est in mundo linguâ, quæ *tenebræ* proferre possit. Sic etiam in versu Heroico, ex. gr. ut apud Virgilium

De indifferenti syllabâ.

An sit similis nomini æquivoco?

Hetrusci socios, ténebras *& inertia furta*, &c. Æneid. lib 9.
Euryalum ténebræ *ramorum, onerosaque præda*, &c. Ibid.

Semper

Georg. lib. 1. *Semper & obtentâ densantur nocte* tenébræ, *&c.*

Æneid. lib. 3. *Noctem, hyememque ferens, & inhorruit unda* tenébris, *&c.*

Ecce in prioribus illa syllabo *ne* versibus non est indifferens, sed brevis: & in posterioribus non est indifferens, sed longa. [Et hîc obiter nota in nostris Breviariis & Diurnalibus Monasticis (utor impressis Venetiis apud Baba. 1658.) vocem *ténebra* habere accentum acutum in primâ, cùm in secunda debeat, ut patet in hoc versu,

Ignorabat Metricam, qui expressit accentus in Hymnu.

Cedant tenebræ lumini.

Cujus symmetria postulat, ut *tenébra*, & non *ténebra* proferatur.]

215 *De signis significationis conjunctiva.*

QVINTA. *Signa conjunctiva significationis sunt, quæ simul duas res significant: quæ materialiter solent esse composita, & sunt aliquando simplicia.* Tália sunt nomina *Equiferus*, *Homo*, *Gigas*, *Pygmæus*. Prima vox est composita, & significat *equum ferum*: cæteræ sunt simplices, & significant, *Animal rationale*, *Hominem nimis magnum*, *Hominem nimis parvum*, &c.

226 *An ab acceptione differat significatio?*

SEXTA. *Differt à significatione acceptio: & non illam, sed hanc respicit verificatio.* Significationis nomine intelligimus primariam vocis acceptionem, quæ Nomenclatorem concernit; aut illum saltem, qui priùs illa voce fuit usus: nam acceptiones posteriores ad Metaphoram, Accommodationem, Paraglossam, aut aliam similem Figuram pertinent. Rem exemplo dilucido.

Quid sit Fingere?

Verbum *Fingo* primaria sua significatione est *formo*, πλάθω, σχηματίζω. Hisp. *Hazer, formar, o componer.* Et hinc dicuntur *Figuli*, qui ex argilla aut creta vasa formant: Græcè κηροπλάσται. Plinius libr. 35. cap. 12. *Dibutades Sicyonius primus Plasticen invênit Corinthi, filiæ operâ.* Colum. libr. 11. cap. 1. [a] *Tam docendus est futurus villicus, quàm futurus figulus aut faber.* Hinc etiam dicuntur *Fictilia*, vasa ex argilla aut creta formata. Ausonius.

Figuli quid? Plastica inventor.

a] Ergo à fortiori in aliis facultatibus docendi sunt, qui illas sunt professuri.

Fictilibus cœnasse ferunt Agathoclea Regem.

Vasa fictilia.

Seneca cap. 12. de consol. ad Helviam. *Fictilibus tantùm*

tùm certo die divites utebantur. Et Plinius libr. 35. cap. 13. *Quoniam eò pervênit luxuria, ut etiam fictilia pluris constent, quàm murrhina.* Et hinc patet verbum *Fingo* esse generale ad omnia quæ manu & ingenio formantur. Quam ob rem Natura res dicitur fingere, Sal. in Catil. *Quæ Natura ventri prona atque obedientia finxit.* Apes etiam dicuntur favos fingere. Cicero libr. 1. Offic. *Apum examina non fingendorum favorum causâ congregantur, sed cùm congregabilia natura sint, fingunt favos.* Et Georg. 4. Virgilius,

An magni habeantur?

An Natura fingat?

An, & cur Apes favos fingant?

Non aliter, si parva licet componere magnis,
Cecropias innatus, apes amor urget habendi
Munere quamque suo, grandævis oppida curæ,
Et munire favos, & Dædala fingere tecta.

Et tandem etiam homines artefacta dicuntur fingere. Lactantius libr. 1. *Itaque homines eorum simulachra finxerunt, ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione solatium*

An artefacta homines: Cur finxerint Majorum imagines?

Secundaria verbi significatio est *simulare* & *mentiri*, quoniam multa aliqui ingenio & verbis fingunt (formant) quæ in rerum natura non sunt. Cicero de Amicitia. *Hos delectat assentatio, his fictus ad ipsorum voluptatem sermo, cum adhibetur, orationem illam vanam testimonium esse laudum suarum putant.* Terentius in Eunuch. *Postquam sentit me tecum quoque Rem habere, finxit causas, ne det, sedulò.* 227

An *fingere pro mentiri* ponatur?

Tertia vocis significatio intra Theologorum se Scholam continet, & significat Sacramentum sine debita dispositione suscipere: quod præcipuè contingit, cùm quis est in actuali peccato mortali.

Quid fingere apud Theologos sit?

In hac significationum varietate Acceptio vocem, quæ quodammodo potest vocari æquivoca, ad aliquam determinatam restringit & contrahit: Vnde in illis numeris, quibus Poëta asserit,

Quid præstet Acceptio?

Procubuisse lupam: geminos huic ubera circum
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem
Impavidos, illam tereti cervice reflexam
Mulcêre alternos, & corpora fingere linguâ.

Virgilius Æneid. 8. *Vrsa (an & lupa etiã?) fœtus fingunt: hoc est, formant.*

An sint scriptores Vrsæ similes?

Verbum *fingo* est *conformo*. Et adtribuitur Lupæ, quod de Vrsâ recenset Naturalis historia: nam *lib.* 10. *cap.* 63. ait Plinius. *Informia etiam magis quam supradicta, Vrsæ pariunt*, &c. de quo vide Agelium *lib.* 17. *cap.* 10. notat enim *Virgilium solitum fuisse dicere, se versus parere more atque ritu ursino*.

Cùm autem idem Poëta Æneid. XI. cecinit.

Vel cùm se pavidum contra mea jurgia fingit.

Fingo, *hoc est*, mentior.

Verbum *fingit* idem est ac *mentitur*.

Fictio *apud Theologos quid sit?*

In illis Augustini verbis: *Tunc valêre incipit ad salutem Baptismus, cùm fictio veraci confessione recesserit*. Quæ *in lib.* 1. *de Baptismo.cap.* 12. & etiam *de consecr.dist.*4.*cap.* 42. leguntur; nomen *fictio* actualè peccatum significat. Et sub vocis acceptione propositio illa verificatur.

228 *De Ampliatione & Restrictione dictionum.*

Septima. *Significationi accidit Ampliatio & Restrictio.* Nempe Ampliatio, *cùm significatio prior ad plura extenditur:* Restrictio autem *cum eadem prior significatio ad pauciora contrahitur*. In voce *Flandro*, & *Franco* exemplum Ampliationis habemus: Flandria enim est una ex septemdecim provinciis Belgicis: & Francia est unum ex Christianorum regnis: & tamen sic obtinuit usus, ut Hispani, omnes Belgas nominemus *Flamencos*: & Turcæ ac Persæ omnes Christianos vocent *Francos*. Habemus autem Restrictionis exemplum in vocibus *Christianus*, *Nestorianus*, *Iacobita*. quæ tametsi Religionum sint, & latissimè ex vi primariæ significationis extendantur, in Oriente sunt ad locum resticta, & Religionem non videntur concernere. Hodie *Nestorianus*, *Iacobita*, &c. obliteratis antiquorum erroribus esse nationum in Oriente nomina P. Philippus de Sanctissimâ Trinitat. & Petrus della Valle diversis in locis testantur: & similiter nomen *Christianus*, quod apud plerosque omnes Orthodoxam Religionem concernit, apud Americanos, ad quos, primi Christiani qui appulerunt, Hispani fuerunt, significat Hispanum, non Christianum. Thomas Tamburinus *in Decalog.lib.* 2. *cap.* 1. §. 3. *Casu* I. *pag.* 113. *num.* 3. [Certum est id (negare se esse Catholicum) licere nunquam,

Flandria. Belgium. Francia. Christianinus. Christianus. Nestorianus. Iacobita.

An Hispanum vox Christianus *significet? Hispani sunt primi, qui detexere Americam.*

quam, etiam siquis ficte, hoc est, animo retinendo, Fidem neget: siquidem id esset absolutè exteriùs negare. Quoniam verò aliquando contingere posset, ut nomen hoc *Christianus* apud aliquas gentes non sit significativum Religionis, sed Nationis, ut in Indiâ Occidentali contigisse testis est Bañes *in 1.2.quæst.3.art.2.d.2.* ubi nomine *Christiani* intelligebant Hispanum: ideò tunc posset quis sine mortali negare *se esse Christianum*, quia non negaret, nisi *se esse Hispanum*, quod esset leve mendacium, &c.] Et, ut hanc doctrinam bene intelligas, ponis ob oculos Averroëm, qui natus Corduvæ, & Mahometanus fuit: Petrum, natum Madriti: & Ausonium Gallum, ab Indis interrogari, *Quales sint?* ponis unumquemque eorum respondisse. *Ego non sum Christianus.* Et interrogas, quâ sint sententiâ absolvendi, aut damnandi? Respondeo Averroëm tametsi Mahometanum, negando se esse Christianum, mentitum fuisse: quia stando vocis acceptioni se esse Hispanum negavit. Addo Petrum etiam mentitum fuisse: sed leviter quia non Religionem, sed Nationem negavit: nam responsionis verba restringit interrogationis acceptio; &, ut monebamus Indi illi, qui interrogarunt Petrum, voce illa *Christianus*, non intelligebant Christianum, sed Hispanum. Subjungo, Ausonium, quem esse Christianum suppono, dixisse verum, fuisset enim mentitus, si respondisset, *sum Christianus*, nam per hæc verba diceret, *sum Hispanus*.

An possit aliquis negare se esse Christianus?

Averroës. Aristotelis commentator; Corduvensis, Mahometanam fuit Religionem professus.

An, & quo sensu Averroes sit Christianus?

Interrogatio Responsionem restringit: & cõtrà.

OCTAVA. *Sicut una & eadem vox in unâ linguâ habere potest diversam significationem, quam in alia: sic similiter signa, quæ in una regione aut apud tales homines habent talem significationem, poterunt in aliâ & apud alios diversam aut adversam sortiri.* Patet: quia LARGO. v.gr. apud Hisp. *longum* est, apud Italos *latum*. Et *camino* apud Hisp. *via*, est apud Latin. verò *fornax*, &c. Præterea hoc signum (;) in linguâ Græcâ est interrogatio, & in Latinâ divisio. Ergo eodem modo in Deorum Ethnicorum statuis tametsi Gentiles Divinitatem adorent, Christiani nullam esse supponimus, & solam Artificum industriam & diligen- 229

Quomodo una & eadem vox significet in diversis linguis?

Largo.

Camino.

Quid character (;) sit?

De Idolorũ statuis.

An possimus signa falsa Religionis habere? tiam collaudamus. Audi Laymanum: agens enim de his, qui gerunt signa, quæ apud aliquos falsam Religionem significant, sic ait. *Hanc professionem falsi cultûs generatim loquendo non cogimur agnoscere, cùm etiam apud Christianos eiusmodi signa, puta Mercurij, Veneris, &c. tanquam fabulosa, ornatus gratiâ adhibeantur. Igitur non damnarem milites nostros si his* (signis) *tanquam indifferentibus insidiarum causa in bello uterentur.* Ita ille *lib.*2. *tract.*1. *cap.*11. *num.*4. cujus sententiam Castropalaus *tom.*1. *tract.*4. *disp.*1. *p.*17. *num.*7. Azorius, Coninch. & alij probabilem esse fatentur.

An expandere vexilla Turcica?

An-ne Christiani Musas invocare possimus? Hinc patet nostros hodie Poëtas sine ulla superstitione Apollinem & Musas invocare: nam tametsi Deum, & Deas illos crediderit Romanorum & Græcorum antiquitas, nos illorum nominibus utimur, ut nostra ornemus carmina eorumdem Poëticâ (seu à Poëtis fictâ) Divinitate.

230 NONA. *Sine mendacio uti solemus ciphris & paraglossis.*

De occulto scribendi, & loquēdi genere. Si duo amici conveniant, ut character ✱ significet summum Pontificem, & ♋ Romam. qui scribat, [*In fine Decembris* ✱ *erat* ♋.] non mentietur. Ergo, quia paraglossa est quædam vocalis ciphra: qui Regem Hispaniæ velint vocare *Magnum Ducem*, Madritum *Mexicum:* matrem *militem*, &c. hanc Propositionem, *Hispaniæ Rex cum matre suâ manent Madriti*, reddent hoc modo. *Magnus Dux cum militè suo manet Mexici.* An-ne sic loquendo mentientur? Minimè: si illi, quibuscum loquentur, sciant hæc verba in paraglossa proferri. Et quid, si alij audiant, qui paraglossam nesciant? ais: Et quid si Epistola in ciphra scripta ad ejus manus venerit, qui clavi careat? inquam Ego. Porrò nemo illi mentiri poterit, cui nihil scribit: ergo nec illum fallere poterit, cui nihil dicit: & illi cui non loquor, etsi fortè me audiat, nihil dico. Cùm igitur vexilla in navibus ornent, & significent; quid vetat, ut ad solum ornatum expandantur, & jubeantur nihil significare? Et quid vetat, ut existentibus in navi, & non aliis significent? nam, si Navarchus speculatoribus,

Non sufficit ut in paraglossâ loquaris; sed necessarium est, ut ille, cui loqueris, te uti paraglossâ cognoscat?

Nemo mentitur illi, cui nihil scribit aut dicit.

Quid præstent in navi vexilla?

bus, qui ſunt in carcheſiis, præcipiat, ut viſis navibus Turcicis labarum lunis ornatum pandant, tunc illi exiſtentibus in hac navi, & non aliis, loquentur, & expandendo lunatam telam illis dicent: non quidem, *Hæc navis, qua hoc labarum fert, eſt Turcica*: ſed *Ex hujus navis carcheſio Turcarum naves deteguntur*. Et hæc doctrina, ſi ſemel bene intelligatur, diſſolvet nodos gravium Difficultatum. *Quid, & quibus ſignificent?*

DEbui profectò hanc Quæſtionem Logicam, aut Metagrammaticam veriùs, aut ſi malueris Criticam, uberiùs ediſſerere: nam multi Theologi inferiores has Facultates negligunt, & illarum defectu impræſentiarùm adlucinantur: nec parvi debent illa fieri, ſine quibus magna obtineri non poſſunt. Ergo præmiſſa hac generali doctrina, ad ſpecialem & ſingularem revertamur: & quia *Tag* eſt pileus ruber, de hoc latiùs ſumpto diſputabitur. *Cur hic tradã Grãmaticam?*

Sanè purpureus hodie Pileus à figura nomina ſortitur in materna, quæ nequeunt in lingua Latina diſtingui: [non enim *bonetillo*, *bonete*, *montera*, *ſombrero*, &c. ſynonyma ſunt apud Hiſpanos:] & hoc vel illo modo conformatur (nam in hoc eſt varietas) à Cardinalibus, Theologiæ Doctoribus, Iudæis, Qizilbaſciis, Armenis, Nautis, Mechanicis, & aliis geſtatur, & universìm ſumptus eſt ſignum æquivocum, nam eſt ſignum commune plùribus, ratio autem per illud ſignificata in ſingulis eſt omninò diverſa: non enim Pileus ille ſumptus ut ſic habet aliquam ſignificationem generalem, quæ univerſis illis, à quibus geſtatur, conveniat. Ergo ante contractionem nihil actu ſignificat, potentia tamen ſignificat Cardinalem, Theologiæ Doctorem, Iudæum, Qizilbaſcium, & cæteros: poſt contractionem autem, unicam tantùm rem, & non plures ſignificat. Sed quomodo contrahitur? Locus, figura, & perſona ad ſignificationis reſtictionem concurrunt. Figura ipſum in ſimplicem, alatum, & quadratum dividit. Quocumque ex 231 *An, & cur Pileus ruber ſit ſignum æquivocũ?* *S. Theologiæ Doctores pileo rubro quadrato*

Viennæ utuntur. istis utuntur Cardinales Romæ; quadrato S. Theologiæ Doctores Viennæ; alato Iudæi in Republicâ Veneta; simplici, sed magno, & infra turbantum Qizilbascij in Perside: simplici parvo Nautæ, Mechanici, & cæteri. Et in istorum capite nihil prorsus significat. Quo enim pauperes & ignobiles, etiam Proceres & Principes ad ornatum aut commoditatem utuntur. Petrus della Valle *in sua India Epist.* VII. *datâ Goa.* 31. *Ianuar.* 1614. *num.* 4. *pag.* 262. agens de Rege Cioghio (qui est quidam Ecclesiasticus Princeps) sic inquit. *In testa teneva un berrettino rosso, di quei che portano i nostri Galeotti, che sino in India si portano a vendere con guadagno.* Et hîc obiter nota nomen Aries v. g. ante divisionem esse æquivocum, nam animal notum, instrumentum bellicum, & signum Cœleste, quibus nullus est conceptus communis, significat: post divisionem autem esse univocum: nam Aries animal de multis arietibus; & Aries machina de multis similibus machinis; & Aries signum de multis similibus signis, saltem in Mundis possibilibus, univocè prædicatur. Ergo singuli post divisionem Pilei ad determinatam significationem redacti sunt signa univoca in suâ classe: nam Romæ convenit univocè omnibus Cardinalibus, Viennæ omnibus Theologiæ Doctoribus, Venetiis Iudæis, & Sphahanij omnibus Qizilbasciis, &c.

Cioghi sunt Monachi notissimi in Indiâ, quorum Abbas vocatur Rex.

Æquivoca post divisionem, singula in suâ propriâ serie sunt univoca.

232 Porrò Pileus ruber in Qizilbascij capite duo simul significat: nempe Nobilitatem & hæresim Ismaëliticam, quæ à Turcicâ differt, quod aliter sit Mahometana. Si superponatur huic *Tag*, seu rubro Pileo Crux, supprimitur sacrilega eius significatio, & solam Nobilitatem importat. Et hoc persuasurus, hanc Conclusionem generalem propono.

Quid significet Tag?

Persarum Religio, qualis sit?

Generalis Hypothesis.

Quotiescumque signo compositæ significationis addatur aliud signum alteri significationi contrarium, in ipso altera propter contrarium illud signum sibi oppositum supprimitur significatio.

Proponuntur nonnulla voces, Possem à Variis signorum generibus exempla petere: sed quia vocum significatio est magis nota, & accuratiùs elimata,

elimata, & examinata, aliqua Nomina compositæ significationis proponamus. *conjunctivâ significatione prædita.*

Herradura vox Hispanica est; equi soleam significat, dicitque ferrum (Hisp. *el hierro*) ut materiam, figuram & usum ut formam. [Et hîc prorsus hærebo, & Hispanorum generositatem admirabor. Nihil profectò ineptius auro & argento, ut soleæ equorum conformentur. Interim in solenni pompâ, quâ Romam Excellentissimus D. D. Petrus de Aragoniâ, Segorbiæ Dux, &c. Prorex Neapolitanus, Orator, ut vocant Obedientiæ est ingressus, onerarij septuaginta quatuor muli (Hisp. *acemilas*) & Sociorum equi argenteas; & Oratorum (tam Proregis, quàm Marchionis de Astorga) equi, aureas habuerunt soleas: & eò pervênit magnificentiæ gloria, ut non defuerint, qui in meridie mero noctem quærerent; & ausi fuerint Pietatem Aragoniam prodigalitatis incusare.] Porrò cùm *Herraduras de oro* dicimus, aut etiam *Herraduras de plata*, tunc in voce *Herraduras* altera significatio (quæ erat præcipua; nam ab ipsâ Etymon desumebatur) tollitur & eliditur: nam in hac voce *Herraduras de plata* Latinè *solea equi argentea*, nulla ferri manet significatio. Et hoc clariùs conspicitur in Linguâ Italicâ; quæ, ut vocem Hispanam *Herraduras* exprimat, nomen speciale non habet; & ideò communi utitur dicens, *Ferri d'argento*. Latinè *Ferra argentea*, ubi evidenter vides Ital. *Ferro*, quod significabat, primariò materiam, secundariò figuram, usumque; illa voce *d'argento* superveniente primariam perdere significationem, & retinere secundariam.

Herradura. Hierro. Herraduras de plata. y de oro. Ferri. Ferri d'argento. *Quartâ pompâ Prorex Neapolitanus, ut Sedi Apostolicæ Regis Hispaniæ nomine obedientiã præstaret, Romã ingressus est.* N. B. Steterunt quaternæ equorũ singulorũ soleæ, quã argēteæ 100. & quã aureæ 1200. ducatis. *Aurea & argentea ferra calcant Equi Hispani, ut serviant in pompâ solemni.*

Similiter *Ferrata* Italicè est *transenna ferrea*. Hisp. *una rexa*: ubi autem dicitur *Ferrata di legno*, tunc vox *Ferrata* non jam *ferream*, sed solum *transennam* significat.

Ferrata. Vna rexa. Ferrata di legno.

Nec aliter voci *Palo* contingit. Ipsa Latinè est *palus* Hisp. *un palo*. Ergo *lignum*: & tamen *un palo di ferro* aut *un palo di bronzo* ad literam est *lignum ferreum*, aut *lignum æreum*, ad sensum verò est *stylus ferreus*, aut *stylus æreus*. Ergo vox *palo*, quæ materiam & figuram importat, addita

Palo. Palo di bronzo.

dita voce, quæ metallum significet, amittit priorem significationem, & posteriorem tantùm retinet. Petrus della Valle *Epistola citatæ num. 2. pag. 260.* describit templum Gioghiorum, & Æneum candelabrum, quod ante illud prostat his formalibus verbis depingit. *La doue la scala comincia, incontro alla porta del Tempio, stà piantato un'alto e dritto palò di bronzo rotondo, rigato à luogo, a luogo, a cordoncini: può esser' alto circa assessanta palmi, grosso circa d'un palmo e mezo di diametro*, &c. *Nella cima finisce il palo in un candelabro del medesimo bronzo, di cinque lumi; de quali quel di mezo è il più alto, e gli altri quatro più bassi egualmente*, &c.

Candelabri Ænei, quod ante Gioghiorum tẽplum erigitur magnitudo.

233 Hispanis *dorar* est inaurare: & *platear* argentare: at verò *argentear* (quod præcipuè dicitur de coreis, quæ nos vocabulo à Mauris relicto, *guadameciles* nominamus) est argenteo colore tingere. Cùm autem dicimus, *Que un borcegui estaba argenteado con oro*, tunc verbum *argentear* restringimus, ita, ut *tingere* tantùm significet, & argenti, quòd priùs significabat, ne quidem suspicionem retineat.

Dorar, Platear, Argẽtear.

Guadameciles *sunt aulea ex coreo.*

Borceguíes *sũt tibialia etiam ex coreo.*

Et hic alienandi vocem à propria & primária significatione modus, quem in lingua Hispanica & Italica inveniri notabam, est & fuit in universis communis. Exemplum aliquod ex lingua Græca postulemus. Ἀλαβαςρίτης, est lapis, humani unguis candorem referens, unde & *Onyx* appellatur. Et hic lapis ab Hispanis *Alabastro* vocatur. Est autem ἀλάβαςρος, aut ἀλάβαςρον, apud Græcos vasis genus ex alabastrite lapide torno excavatum, ad conservanda unguenta maximè idoneum. Martialis.

Hæc vocum alienatio etiam apud Authores Græcos legitur.

Quid sit ἀλαβαςρίτης? *Quid* ἀλάβαςρος? *Quid* Onyx?

Quod Cosmi redolent alabastra, focique Deorum.

Et hîc vox *alabastra* dicit duo: videlicet, materiam & figuram seu usum: illam primariò, hanc secundariò. Et tamen apud Theocritum *Idyll.* 15. *vers.* 113. ita extinguitur significatio illa primaria, ut ne quidem illius ulla perseveret suspicio. Sic ille cecinit.

Aliud pro materiali, & aliud pro formali significat.

Παρ'

Παρ' δ' ἁπαλοὶ κᾶποι, πεφυλαγμένοι ἐν ταλαρίσκοις
Ἀργυρέοις. Συρίω δ' μύρω χρύσει ἀλάβαστρα.

Adsunt & molles hortuli inclusi calathis
Argenteis, & aurea alabastra plena Syrio unguento.

Ecce ἀλάβαστρον pro materiali dicit lapidem, & pro formali vasis figuram, at verò, cùm ἀλάβαστρα χρύσεα, *alabastra aurea*, inquit Theocritus, transmaterializatur significatio illius vocis, ita ut tota lapidis ratio convertatur in aurum, quin aliquid remaneat lapidis.

Χρύσεα ἀλάβαστρα, quæ sint?

Sed cur profanos authores produco, cùm rem quæ ad Virtutem Religionis spectat, & est purè Theologica, debeo dilucidare? In Eucharistia non est substantia panis, non est substantia vini. Ergo cum *panem consecratum*, aut *vinum consecratum* dicimus, illud Epitheton *consecratum* à nominibus *panis*, & *vini* substantialem aufert significationem; quia panis consecratus non est reverà panis: & vinum consecratum non est reverà vinum. Sic similiter in illis versibus,

Panis Angelicus fit panis hominum,
Dat panis Cœlicus figuris terminum, &c.

Et in illis verbis Apostoli 1. Corinth. 11. 26 & 27. *Quotiescumque manducabitis panem hunc.* Et in illo versu, *Panem Angelorum manducabit homo*, &c. adiectivæ, & adhærentes voces, [*Angelicus Cœlicus*, *hic. Angelorum*, &c.] sunt alienativæ; nam nomen *panis* à suâ significatione substantiali & propriâ alienant.

Scriptores, qui de Eucharistiâ tractant, cum vocibus panis, & vinum Epitheta tanto mysterio convenientia addunt, illa nomina substantiali significatione spoliant.

NEc ex his locis inferas, licêre cuicumque verba ita accipere, ut varâ significatione exuantur, & aliam diversam recipiant. Quod enim S. Thomæ aut aliis Patribus Ecclesiæ licuit, non debet permitti juniori & indocto Poëtastro. Contra me Eximius Dominus N. semel argumentabatur; &, cum Ego vocabulorum insolentiam, & significationum parallaxes reiicerem, se opposuit dicens, *An-non possum voces recipere in significatione, quâ voluero?* & respondi. *Si male loqui velit, potest: sed, si bene, non potest.* Id etiam impræsentiarùm dico: nam 234

MONITUM Inscriptum Poëtis & Grammaticis, qui Patres dilucidant, & Theologicè audent.

loqui debemus ut coætanei, & voces in sensu communi & præscripto recipere. Quòd, si in Veterum Patrum lectione sit ambigua aliqua verborum significatio, homonymia tolletur, si ad personam loquentem recurramus. Vide quæ *num.* 29. dicebamus. Vt doctrinam hanc aliquo pulchro exemplo illustrem, istud producam ex Hymno S. Thomæ Tetrastichum.

An unicuique liceat voces sumere in significatione quâ velit

Verbum-Caro panem verum
Verbo carnem efficit:
Fitque sanguis Christi merum:
Et, si sensus deficit,
Ad firmandum cor sincerum
Sola Fides sufficit.

De tertio versu.
An possit bifariã exponi?
Quo sensu sit interpretandus?

Tertius versus sensum duplicem habere potest; continet enim propositionem, quæ, si subiiciat sanguinem, est hæretica; &, si merum, seu vinum, Catholica. Sed utro sensu debet accipi? Non est dubij suspicio; nam hæc verba, quæ in lucem duplicem exire possunt, à persona, à quâ sunt dicta, à causâ etiam restricta, significationem hæreticam incriminantur: Doctor enim Angelicus, fuit sanctissimus & doctissimus Vir, & hoc Hymno Dei voluit Omnipotentiam & Misericordiam celebrare, dilucidare Dogma Fidei, & nos instituere & docere. Ergo hæc verba, *Fitque sanguis Christi merum,* non æquivalent his, *sanguis Christi convertitur in merum,* sed his *Merum convertitur in Christi sanguinem.* Nam subiectum huius propositionis est *merum*, & non *sanguis*.

Quæ vox sit subiectũ, & quæ prædicatum?

235

Illud Evangelij, & Deus erat Verbum, dilucidatur.

Scripserunt etiam cõtra hos illo tẽpore Hæreticos SS. Ignatius & Dionysius, ut Irenæus *lib. 1. c. 25. & lib. 3. c. 3.* testatur.

Est huic S. Thomæ propositioni similis illa Sancti Evangelij, *Et Deus erat Verbum.* Ioann. 1. 1. in quâ *Verbum* subjectum est, & *Deus* est prædicatum: quoniam homologia, siqua esset, tollitur per Restrictionem, quæ à personis, contra quas scripsit S. Ioannes, desumitur: non enim Ebion, Cherintus, & alij Hæretici, qui turbarunt primitivam Ecclesiam, *Deum esse Verbum*, sed *Verbum esse Deum* negabant. Ergo Latinus Textus per personas contractus, non est æquivocus. Sed neque Græcus est æquivocus, etsi suscipiatur ut jacet, nam articulus

lus, quo caret Latinus, conſtituit ſubjectum, & tollit omnem æquivocationem. Ait enim Textus ſacer, Καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος, & quia non poſſum Latinè verborum rigorem exprimere, dicam Hiſpanicè, *Y Dios era el verbo.* nam articulus (Græcè ὁ, & Hiſp. *el*) afficit ſubjectum, & à prædicato illud ſecernit: ut in hac, *Grande era el Rey*, quæ æquivalet huic, *Rex erat magnus*, non autem huic. *Magnus erat Rex.* Vnde illa Angelici Doctoris verba, *Fitque ſanguis Chriſti merum*, erunt Græcè γίνεται αἷμα Χριστοῦ ὁ οἶνος: non verò γίνεται τὸ αἷμα Χριστοῦ οἶνος: eruntque Hiſpanicè, *Se haze ſangre de Chriſto el vino*, & non, *La ſangre de Chriſto ſe haze vino.*

Articulus in propoſitione ſubjectum afficit, & non prædicatum.

Huius doctrinæ veritas in linguâ Hiſpanicâ manifeſtè conſpicitur.

Hæc expoſui radicitùs, ut videat Lector quanto periculo, qui Reſtrictiones has, quæ à circumſtantiis ſumptæ, neſciunt, in Theologica Myſteria ſe protrudunt. Et, ut aliquem nominem in ſpecie, prodeat Ioannes Perez de Montálvan, qui cum Ovidio *in Ibin* poteſt dicere,

Ioannes Perez de Montalvan à modeſtiâ laudatus.

Nullaque, quæ poſſit, tot ſcriptis millibus exſtat
Littera Naſonis ſanguinolenta legi.

In Ovidio nullus verſus Satyricus legitur.

Fuit enim urbaniſſimus Poëta; &, ſi Villaizanem excipias, neminem carpit, ſed univerſos quà poteſt celebrat & commendat. Ergo, quia eſt dignus, ut & ipſe honoretur, loquar moderatiſſimè, & eius tantùm verba ſine longo commentario producam. In Actibus Sacramentalibus (Comœdiæ ſunt devotæ, quæ in Corporis Chriſti ſolennitate in Hiſpaniâ exhibentur) Polyphemi fabulam dedit: in quâ inventionem incriminabantur Theologi, quod Vlyſſi vafro & perfido militi juſſerit, ut Chriſtum Dominum repræſentaret. Ibi itaque illa S. Thomæ verba, *Fitque ſanguis Chriſti merum*, ita intelligit, & ita exponit, ut ſanguis ſubjectum propoſitionis ſit, & in vinum vertatur. Eius verſus ſunt hi.

Qui ſint Actus Sacramentales?

An fuerit indiſcreta Pietas, quæ D.N. Ieſum Chriſtū ſub nomine & figurâ Vlyſſis, hominis perfidi, repræſentavit?

Se recogió con los ſuyos
A la parte mas ſecreta
De la cueva, y prometió
Hazer de ſu ſangre meſma
Vn vino, con cuyo olor

An ſanguis Chriſti in vinum convertatur?

Antes de probar su fuerça
Me perturbo los sentidos.

At D. N. Iesus Christus non fecit ex suo sanguine vinum: sed vinum convertit in suum sanguinem. Et hîc obiter nota Censores sæpe indoctos, interdum negligentes esse: nam hæc Comœdia iterum, iterumque Censuram subiit (semel, ut ageretur; & posteà, ut imprimeretur) & tamen hæc manifesta hæresis inter lineas transivit. Transiverunt & alia, quæ quia sonora intexunt verba, & nullum sensum reddunt, se subtrahunt à Tribunali Theologorum, & in Criticorum Senatu discutiuntur.

Quales Censores aliquando sint?

236 DVBIVM ALTERVM. De Evangeliis à Ioãne Baptistâ Ionâ Hebraïcè editis.

236 EGimus de Græcorum Articulis & asseruimus eos terminum, qui esse poterat subjectum aut prœdicatum, restringere; & præstare, ut subjectum sit, etsi in fine orationis ponatur. Nunc alterum occurrit Dubium, quod in duo potest membra dividi: nam inquiro, (1) *An in linguâ Sanctâ sint Articuli?* & (2) *An illos Ionas expresserit in sua versione?*

An in linguâ Hebraïca sit Articulus?

Ad primum respondeo affirmativè: & quia est res universis nota, Bellarminum adlegare sufficiet. Hic enim *in Linguæ Hebraicæ Institutionibus, part. 4. cap. 2. pag. 131.* de litera ה *He* differens ait. *Est signum Demonstrativum, & idem fere valens apud Hebræos, quod Articulus apud Græcos: & tunc ordinariè sub se requirit Patach sequente Daghes, ut* הבית *habáith* illa domus, *&c.*

An Ioannes Baptista Ionas, Iudæus, ad Fidem Orthodoxã cõversus, & anno 1625. baptizatus vir verè pius & doctus, in Evangeliis, quæ in linguam He-

Ad secundum respondeo Ionam Textui adhæsisse Latino, & ideò signum demonstrativum interdum, ubi erat necessarium, omisisse: & interdùm accensuisse vocabulis, quæ carere illo possent, aut deberent, si velis. Locos, quos paulò antè adduximus, in exemplum vocemus. *Ioann. 1. 1.* Καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. *Et Deus erat Verbum.* Ionas; ואלהים היה דבר: Velohim hajah Dabar. *Et Deus erat Verbum* Potuit & debuit scribere ואלהים היה הדבר: ut vim Articuli exprimeret, & moneret הדבר, Hadabar, *Ipsum Verbum* esse subjectum hujus propositionis. Alius locus

erat

erat ex eodem cap. 1. 21. desumptus: Venerunt Sacerdotes & Levitæ missi à Iudæis & inter alia interrogarunt D. N. Iesum-Christum dicentes. ὁ Προφήτης εἶ σύ; *Es-ne tu ille Propheta: videlicet, quem expectamus?* Ionas. האתה הנביא Hăathah hănabi. *Est-ne tu Propheta?* Et ibi non ponitur signum demonstrativum: nam licèt ה voci נביא præfigatur, illud ipsum ה non esse demonstrativum, sed interrogativum demonstrat Chatephpatach, subscriptum. Bellarminus ibid. pag. 132. *Est nota Admirationis & Interrogationis, & tunc recipit plurimùm Chatephpatach sub se: ante Gutturales autem*, &c. Ergo in voce הנביא dele punctum -: & pone - Tunc enim exprimetur Articulus: quem etiam vers. 25. omisit. Ibi illi, ἠρώτησαν αὐτὸν καὶ εἶπον αὐτῷ· τί οὖν βαπτίζεις, εἰ σὺ οὐκ εἶ ὁ χριστὸς, οὔτε Ἠλίας, οὔτε ὁ Προφήτης. *Interrogaverunt, & dixerunt ei. Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta?* & Ionas. רשאלוהו ואמרו לו ולמה אתה טובל אם אין־אתה המשיח ולא אליהו ולא נביא Vesciaaluhu ueamrulo: Velamah athah tobel, im einathah hamasciah, uelo Elihau, uelo Nabi. *Interrogaverunt & dixerunt illi. Et ad quid tu baptizans, si non-tu ipse Messias, & non Elias, & non Propheta.* Vocî נביא debuit addere signum demonstrativum, ut esset הנביא, Hanabi, *Ille Propheta*: ille videlicet, qui expectabatur. Versu autem 14. bene expressit Ionas signum demonstrativum: ibi enim lego, Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. *Et Verbum caro factum est.* Esse *Verbum* subjectum, in Græco demonstrat Articulus; in Latino genus; *factum* enim dicitur, & non *facta*: & in Hebræo signum demonstrativum. Ionas. והדבר נעשה בשר: Vehadabar neesciah basciar. *Et ipsum Verbum factum est caro.* Hisp. *El Verbo se hizo carne:* non autem, *Verbo se hizo la carne:* nam, si afficeret carnem Articulus, Carnem in Verbum conversam pronunciaret.

braïcâ convertit, voluerit exprimere articulos, qui in Textu Græco prostant passim?

ה He, *vel est signum demonstrativum, vel interrogativum, aut admirativū: puncta illud ad alteram acceptionem restringunt?*

Deus adsumpsit humanitatem, non autem homo Divinitatem: nā ante incarnationem non erat illa humanitas, quam Verbum adsumpsit.

ETiam loquuntur vestes, & earum significatio eliditur & aufertur per signa contraria. Pono exemplum. Petrus, homo Religiosus, in peccatum fragilitatis lapsus, venit ad confessionem, aitque, *Fornicationem commisi.* Et

Quomodo voces communes per vestes restringantur?

nihil de sacrilegio dicit. An-ne fuit diminutè confessus? minimè. Cur ergo? quia fornicationem fuit confessus per linguam, sacrilegium per vestes. Quam ob rem vox, *fornicatio*, quæ ad simplicem & sacrilegam est indifferens, per vestes restringitur, ut sacrilegam notet, & non alteram.

237 Pono alium casum. Ioannes, vir secularis, volentem defloraverat virginem: &, quia, ut occideretur, aut caperetur, quærebatur, ut cognatorum virginis, aut etiam Satellitum diligentias obluderet, habitum monachalem adsumpsit; & quia confiteri voluit, ad Parochi pedes provolutus, sic inquit. *Semel sum fornicatus*. Et inquiris, An sit bene confessus? Respondeo negativè. Sed cur? An-ne, quia Virginitatis circumstantiam subticuit? minimè: quoniam cognoscere volentem virginem, est simplicem admittere fornicationem, ut inferiùs videbimus. Cur ergo? Quia confessus est circumstantiam sacrilegii, quod non commisit. At ille, ais, nihil dixit de sacrilegio. Et hoc ego rotundè nego; quia sicut per linguam dixit se fornicationem, sic & ipse per vestes dixit, hanc fornicationem fuisse sacrilegam. Quo igitur modo confiteri debebat? Exponam. Debebat Ioannes dicere, *Commisi fornicationem, non autem votum violavi; quia non sum Religiosus, nec voto Castitatis obstringor.* Tunc enim oppositum linguâ dicente, tacerent vestes, & Ioannem esse Religiosum non suggererent.

Virginis volentis defloratio est fornicatio simplex.

Quomodo confiteri debeat sæcularis, qui vestibus Monasticis indutus est?

Hæc omnia à doctissimis viris asseruntur, & ideò poterunt securissimè admitti. Et omnia sunt etiam necessaria, ut prioris Casûs Resolutio firmetur, & demonstretur D. Robertum potuisse tutâ conscientiâ illo Persarum *Tag* (pileo rubro) quod gestant Qizilbascij, uti, modò Crucem adjungeret. Nam tametsi *Tag*, instrumentum aptum fuerit, ut Robertum esse Nobilem & Mahometanum denotaret, quando expresse Robertus Crucem superponit suo capiti, & se esse Christianum publicè profitetur, cessat in *Tag* altera significatio: & solam significat nobilitatem. Occurrit aliquid simile in Historiâ

Ornato Cruce Tago Dominus Robertus uti potuit.

Cæsareâ

Cæsareâ; nam erat dignitas ab Ethnicis ad Christianos proveniens: Ergo diadema, quod in Gentilium Imperatorum capitibus Majestatem Ethnicam significabat, ne eamdem in Christianorum capitibus significare censeretur, fuit Cruce ornatum. Iustus Lipsius *lib. de Cruce. cap. 16.* in titulo. *Crux in militum armis: in Imperatorum capite & manibus: & pro insigni.* Et in corpore exhibet Æreum Heraclij Imperatoris nummum satis magnum, in quo Crux supra Coronam Imperatoris eminens, eam ab impietatis notâ emaculat, & abjurato Deorum cultu, Christo consecrat. *Cur Christiani Imperatores Crucem in coronâ suâ collocaverint?*

NOTA I.

An Qizilbascius *sit nomen Persis universis commune?*

COnstat ex præcedentibus esse aliquarum familiarum proprium, & non spectare ad ignobiles. Ergo constat adlucinatum fuisse M. Augustum Pfeifferum *in Dissertationum Fasciculo pag.* 88. dicens. [*Alio etiam nomine* (Persæ) *à Religionis suæ Primipilo* Sofi *à quibusdam appellantur* Sofiani. *A Turcis ludibrij fere causâ vocantur* קזל־באש. Kisilbaschi. *Germ.* Rothkopffe: *quod ipsum nomen tamen Persæ non adeò repudiant, cùm ob mitras rubras, quas nonnulli eorum Religionis causâ gestant ita dicantur.* Conf. Olearius *in Hodæp. Pers. lib. 5. pag. 582.*] 237.*b.* *An Persæ à Turcis ludibrij causâ vocentur Qizilbascij?*

NOTA II.

Cur articulus XVII. interseratur?

GEstant Indi triplicem Funiculum per pectus pendentem, & Inaures etiam; & his duobus signis dicuntur suam Religionem publicè protestari: quando Fidem Orthodoxam accipiunt, nec illum, nec istas demittunt, 237.*c.*

An post baptismum Indi retinere possint insignia avita Nobilitatis? mittunt, & ideò quæritur, *An retinere post baptismum signa possint, quibus ante baptismum, ut colerent Idola, utebantur?* Res est summi momenti; nam severa Responsio conversionem illorum maximè retardaret: ergo ante Resolutiones, quæ Articulo XVIII. & XIX. exhibebuntur, operæ-pretium erit hunc Articulum XVII. interserere, in quo, qualis sit hodie Indorum Orientalium Religio, & quos Deos delirent, exponatur.



ARTICVLVS XVII.

De Gentilium Religione in Indiâ Orientali.

An sint veriùs Athei, quàm Idololatræ? An adorent Diabolum, & cur? An & suos Principes? an etiam suum veterem Magistrum Pythagoram? An animarum transmigrationem admittant? An bruta animabus rationalibus onerent? An habeant uxores in communi?

238 *De Orientalium Indorum Religione. Qualis ea sit?*



POLYTHEI dicuntur, & idololatræ sunt; ut autem puto adnumerari debent Atheis. Et hanc ob rem ut nostros Hispanos juvem, & Concionatores moneam, quo debeant modo in illorum conversione procedere, debebo de eorumdem erroribus & superstitionibus breviter disputare.

In maiori aut minori abstinentiâ à cibis tota illorum observantia, & dissidiũ consistit. Consentiunt quoad substantiam doctrinæ, & in cerœmoniis tantùm & circumstantiis aliquibus accidentalibus discriminantur: & hanc ipsam differentiam, potiùs humana conditio induxisse videtur, quam malitia aut temeritas: nam sectarum & Hæreseon Indicarum discrimen

men in majori vel minori abstinentiâ consistit; & sunt hominum artes, quæ maiori exercentur labore; & ideò, qui profitentur illas, indigent cibo solidiori. Totum profectò, ut dixi, sectarum apud ipsos dissidium fere est de cibis; nam aliqui sibi putant permitti, quos alij adspernantur & damnant. Relaxatissimi inter eos censentur esse milites, quos *Ragiaputes* nominant, nam bellicâ libertate, abutentes: quæ inveniunt, comedunt, sine præjudicio Nobilitatis. Sequuntur Mechanici, qui Artes laboriosas exercent: hi enim sicut apud nos à jejunio, sic apud ipsos ab aliquarum rerum abstinentiâ eximuntur, & adhuc inter se distinguuntur per gradus. Quoniam ferrarij & similes censentur indigere vino: à quo alij abstinent: & alij ab omni artificiali potu, qui possit inducere ebrietatem. Hi non occidunt animantes; at ab aliis occisas, si excipias Vaccam, comedunt. Qui autem Artes nobiliores, & minùs laboriosas exercent, majorem abstinentiam observant; nam omnem carnem adspernantur, & pisces solummodò & herbas admittunt. Et supra cæteros severiùs conversantur Brachmani [a] qui sunt Civitatum Primates, & sicut nobilitate cæteros antecedunt, sic in abstinentiâ & jejunio sunt cæteris universis exemplo. [Si velis scire, an debeant vocari *Brahmani*, vel *Brachmani*? interrogabis, An leniter, an potiùs densè debeat pronunciari adspiratis? Lenem profert Vallæus, nam Epist. 3. scriptæ Spahanij. num. 21. pag. 122. sic statuit. *Brahmane* (*così si deve scrivere, è non Brachmane, come scrivono i nostri; che l'ho veduto & imparato à scrivere nelle littere medesime Indiane*) *non può essere alcuno, che non sia di quella razza, perche è schiatta di gente, è non professione.* Sic etiam ח in linguâ Hebræa ab aliis profertur leniter, ut *h*, ab aliis verò densè ut *ch. χ.* ut in *Eva*, *Chava*: *Noëh*, *Noachus*, *Ham*, *Cham*, & aliis multis nominibus videre est.] Et hi semper Brahmani profitentur literas, & serviunt templis, adsistunt idolis, & Theologiam Ethnicam docent. Hi non solùm à carnibus, sed etiam à piscibus abstinent: & eò inter ipsos promota est superstitio, ut

Ragiaputi.

Mechanici minùs rigidam abstinentiam observant.

An bibant vinum?

An carnes comedant?

a] Prout adspiratio leniùs aut densiùs sonet, Brahmanes, vel Brachmanes dicuntur.

Brahmani stirpis, & non professionis nomen est.

Quomodo litera ח, in linguâ Hebraicâ proferatur?

herbis & fructibus rubris vesci nolint, quia sanguinis speciem referunt. Habentur nobiliores, quàm cæteri; *in testimonio di che, essi soli han privilegio di portare una certa insegna di Nobilta nella lor setta, con la quale se distinguono da gli altri; & è un laccio composto di tre fili, che se lo mettono supra la carne nuda ad armacollo, cio è sopra la spalla sinistra, donde venga à pender sotto al braccio destro, girando intorno al petto, & alla schiena; come una collana. Questo laccio ha misterio, è si da a tutte le persone di quella razza, & à pochi di altra schiatta per gran favore, con molte superstitiose cerimonie, delli quali non parlo, perche non ne hò ancora buona informatione*, ait Petrus della Valle *in Indiæ suæ Epistolâ I. datâ Surati, 22. Martij 1623. num. 14. pag. 65.* & 67.

Tres funiculos gerũt in Nobilitatis testimonium.

Dixerat *pag. 59.* stirpes hominum esse octoginta-quatuor, & ad septem genera tantùm reduci: & ut id probet Diodorum *lib. 2.* Strabonem *lib. 15.* & Herodotum *lib. 1. vel 2.* producit, ut debeat à testibus auritis haurire, quæ examinare in Indiâ potuit, & ut testis oculatus asserere. Et tantam esse asserit in stirpibus superstitionem, ut per matrimonia immisceri non possint, sed, qui in unâ sunt, debent illius Artem totâ suâ vitâ profiteri, nec aliam diversam addiscere.

Tribuum apud Indos divisio.

An illæ possint per matrimonia immisceri?

239 Conclusio I. *Veram veri Dei notitiam Indi non habere videntur.* Verus Deus esse infinitus debet; &, qui infinitus est, nec loco capitur, nec tempore determinatur: & qui non est infinitus, non est Deus. Hinc Rabbini & Qabalæi Deum vocant אין־סוף, Ein-soph, *sine-fine*, seu *Carens-termino*: & ab aliis, quos P. Valerianus Magnus sequi voluit, *Præexistens*, nec enim mundum creare poterat, quin præexstitisset, nominatur. At Indi hujus Numinis nullam notitiam habent: sed Deos vocant aliquos, quos fuisse homines fatentur, & ob præclaras virtutes in Deos conversos fuisse asserunt: videnturque cum Cicerone *libr. de legib.* dicere. *Quod autem ex hominum genere consecratos, sicut Herculem* (apud Latinos, Græcosque, & apud nos Brahmam) *& cæteros coli jubet Lex, indicat omnium quidem Animos immortales esse: sed fortium, bonorumque*

Deus est infinitus.

Indi nihil sciunt de infinitate Dei.

Colunt ut Deos, quos homines fuisse fatentur.

norumque Divinos. Et hoc ut suadeam, aliqua ex Petri della Valle India desumam.

Ex Epistolæ VI. datæ, 9. Decembr. 1623. *num.* 13. *pagin.* 238. Rogatus à Rege Olalæ in Indiâ Petrus, Quomodo solus per tam dissitas regiones peregrinaretur? respondit, se totum Dei providentiæ & misericordiæ concredere. Et quia Rex curiositate ductus rescire voluit; Quis esset ejus Deus? manu ad Cœlum elatâ reposuit Petrus, Se Deum Cælestem, totius Mundi Creatorem colere. Quod visus est Rex non intelligere, interim milites nonnulli, qui aderant, & videbantur Mauri, applausere exclamantes, *Ah Chodia, Chodia*, quod est nomen Persicum, & tametsi notet *Dominum*, usurpatur pro *Deo*. Nam Mauri Deum Mundi Creatorem colunt; & hodie in Indiâ inficiuntur Ismaëlitica hæresi, quæ descendit ex Perside. Si quæras, Quomodo inter Gentiles tot sint Mauri apud Indos, non solùm privatim habitantes, sed etiam Regio titulo illustres? *Epist.* 11. *scriptæ Goæ.* 27. *Aprilis, num. 6. pag.* 110. Respondet Petrus, dicens. *I. Mori condotti da principio à servir nell' India, come schiavi, à poco, à poco, di servi son fatti padroni, & opprimendo in più lugoi i Gentili, han molto dilatato la lor setta.*

Solus Mundi Creator est Deus.

Nomen CHODIA *Dominus ab Arabibus sumitur pro Deo.*

Cur sint tot Mauri in Indiâ?

Ex Epistolæ I. *datæ Surati*, 22. *Martij* 1623. *num.* 13. *pag.* 57. Senem quemdam Brachmanem invisit Petrus. Invênit illum in gymnasio, ubi & aderant multi discipuli, qui ab ipso docebantur. Ostendit libros aliquos scriptos charactere antiquo: hodie tantummodo Viris doctis cognito, qui *Nagerîus* vocatur, & differt à cæteris, qui sunt in usu. Nominabatur *Becá-Azárg*. [Ex quibus vocibus *Becá* erat nomen proprium, & *Azárg* dignitatis; & ut bene proferatur postulat, ut z sit dulce ut est Græcorum ζῆτα, Et G in fine sonet, ut apud nos ante *E* vel *I*.] suæ Religionis Magistrum & institutorem Pythagoram fuisse asserebat, & suæ sectæ librum quem habebat præ manibus, & Auditoribus interpretabatur, fuisse ab illo compositum, & Indis traditum. *Aggiungeba di più Beca-Azarg, che*

Nagerij characteres, qui? Becá-Azarg, Magister apud Indos.

Literarum Z, & G pronunciatio.

An Pythagoras scripserit libros?

che il loro Brahmà, stimato uno de' più principali fra i lor falsi Dij, da cui prendo esse il nome di Brahamani, sia tuto uno con Pitagora. Cosa curiosa per certo, e che in Europa sarebbe forse nuova a sentire, che Pithagora in India fosse adorato sciocca-mente per Dio. Et quid mirum Pythagoræ deferret honores Divinos Gentilitas, siquidem albo Deorum adscripsit ejus servum: nimirùm ζαμολξιν, qui quod Getas ad vitam cultiorem reduxerat, ab eis pro Deo habitus est. Vide Herodotum *Hist.lib.*4. Ad eum proficisci dicebant, qui moriebantur. Cùm volebant Deo aliquid de suis rebus nunciare, rem totam tabellario exponebant: & posteà occidebant, & sic transire eum ad Zamolxin putabant.

An idem sit ac Deus Brahma?

Zamolxis Getarum Deus, an sit servus Pythagoræ?

Quomodo ad illum preces mitterent?

240 *Ex Epistola II. scripta Ikkerij, 22. Novembr.1623. num.24. pag.*204. Sua Indi Idola colunt ut homines; nón verò ut Deos. *La sera di notte essendosi in tuti i Tempij accesi i lumi con far sile solite musiche di tamburri, e piffari, vidi in un Tempio, che non era de' grandi, un ministro, ò Sacerdote ballare istanzi all' Idolo, nudo con le sole mutande, ò piccolo panno, con che si cuopron le vergogne, come però vanno di continuo molti di loro, e molti del paese, deposto un sol panno à guisa di lenzuolo, che si buttano ad arma collo, e ballava con una spada nuda in mano, quasi schermendo; ma i moti della vita erano tutti gesti dell'atto venereo. In conclusione mi pare, che gran parte del culto de' loro Dij non consista in altro, che in suoni, canti, e balli da passare il tempo, non solo allegramente, mà anco lussuriosamente, & in servir gl' Idoli, come se fossero persone vive, cioè præsentar loro da mangiare, lavarli, profumarli, dar loro del Betlè, tingerli di sandalo, condurli fuori à spasso & altre cose che i paesani hanno per delitie, e per ossequij.*

Ceramonia, quibus suos Deos colunt. sunt tripudia: & hec actum Venereum repræsentant.

Sicut apud Ecclesias nostras sunt Monasteria erecta, in quibus Religiosi includuntur: aut domus, in quibus Canonici habitant, Divino cultui consecrati; sic in Indorum oppidis omnes domos, quæ templis adjacent, occupant meretrices, cultui Idolorum consecratæ, quæ illos non nisi tripudiando venerantur. Choreæ omnes lascivæ sunt; & in ipsis illas corporis partes, quas pudor tegit,

Fœminæ Idolorum cultui consecratæ sunt publicæ meretrices.

tegit, inadvertentia diligens oculis objicit. Petrus della Valle *citatæ Epistolæ num. 25. pag.* 207. agens de templo ait. *Pur attorno circondato tutto da larghissime strade habitate per lo più dalle sopradette ballatrice ò meretrici publiche.* In eodem paragrapho Processionem describit, quam exornabant duo Saltatricium chori: &, ut prædictus Author asserit, *il loro ballare era alto con molti salti e moti stravaganti, chinate spesso con le natiche quasi a sedere in terra, sbattendo i piedi forte, girandose in salti, con alzarsi spesso, far suolazzar il panno steriore con che se cuoprono dalla cintura a basso,* &c.

Apud templa sua domos habent.

Cantant tripudiantque: & lascivè se detegunt.

Ex Epistola VI. scriptæ Mangalorij, 9. Decembr. 1623. *numer.* 10. *pag.* 230. Accensus invisendæ Reginæ desiderio, Olalam venit Petrus, & occasione sumpta ex ipsomet Reginæ nomine, contendit Gentilium Deos illorum Reges fuisse, nec ipsos Deorum nomine plus intelligere quam Heroas ob egregias virtutes Cœlicolarum numero humanitùs adnumeratos. *Il nome della Regina d'Olala*, inquit ille, *è Abag-Devi Ciautrù, delle quali parole* Abàg *e il nome proprio;* Deuì *suona come signora, o cosa simile, e con questa parola sogliono anco chiamar tutti i loro dij, ne hanno in lor lingua altro nome per significar Dio, che* Deù *ò* Deurù, *che è tutto uno; & ambidue parimente si dicono à i Principi, da che ben si raccoglie, che gli Iddij de Gentili non son altro per lo più che Principi che sono stati al Mondo famosi, & han meritato dopò la morte quell' honore; & anco, come è mia opinione antica, che la parola* Dio, *con che hora noi per costume introdotto chiamiamo il Sommo Creatore, non significa propriamente quella prima causa, che sola al mundo deue adorarsi, mà significava da principio, ò Signor grande, ò cosa simile, onde à gli Heroi, & à persone, che nel mondo erano state segnalate, s'attribuiva conforme à quel della Sacra Scrittura:* Filij Deorum, filij hominum, *e per conseguenza, che gli Iddij de Gentili benche adorati, e culti, tanto ne' tempi antichi come horas ne' moderni, non siano stati mai appresso di loro tenuti in quel grado, che noi tenemo Dio Creatore dell' Universo, e che tutte le genti, quasi del Mondo l'hanno tenuto sempre, e*

241 *Olala regnū in Indiâ.*

Abàg, *Reginæ nomen.*

Deù, & Deurù, *an significet Deum?*

An dicatur de illustribus hominibus?

Quid importet vox Deus? *An attribuatur hominibus?*

Persabbahami, nomen veri Dei.

An Dij fuerint homines, ut Romulus, Augustus, &c.

Ciantrù Regũ titulus.

lo tengono, chiamandolo chi PRIMA CAVSA, *chi* ANIMA DEL MONDO, *chi* PERABRAHAMI, *come i Gentili d'hoggi in India, ma che gli altri Dij siano e siano stati sempre più tosto come frà noi i Sancti; di che almeno frà i Gentili Indiani, che sia cosi ne ho grande argomento, ò se più de Santi almeno Deificati per gratia, & fatti poi Divi, come Hercole, Romolo, Augusto, e simili; e per tornare al nostro proposito la parola* Ciautrù *ch' è l'ultima nel nome della Regina d'Olala mi dissero esser titolo d' honore, proprio di tuti i, Re, e Regine d'Olala, che forse in lor linguā, ò Principe, ò Rè, e Regina, ò altra cosa simile deue significare.*

242 *Textus ex Geneseos Sexto explicatus.* Elohim. comm. in eum.

Cùm hæc scribebat Valleus, capitis V.I. Geneseos illa verba, *Videntes filij Dei* (*Deorum*, legit ipse) *filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibūs, quas elegerunt.* Vbi Latinus habet *Filij Dei*, legebat in textu Hebraico בני האלהים, *Bene Haelohim*, υἱοὶ τῶν Θεῶν, *Filij Deorum.* Hieronymus. *Verbum Hebraicum* Helohim *communis est numeri: &* Deus *quippe &* Dij *similiter appellantur. Propter quod Aquila plurali numero* Filios Deorum *ausus est dicere*, &c.

An Deorũ nomine Principes intelligantur?

Rara sunt apud Hebræos adjectiva, pro illis sumunt substantiva in genitivo.

Deorum autem nomine Principes & Summates intelligit: & satis probabiliter, nam̄ multi Veteres eodem fuerunt sensu textum interpretati, Symmachus, οἱ υἱοὶ δυναστευόντων. Drusius. *Principes, & Magistratus, & qui cum imperio sunt aut Iudices, vocantur* Dij, *id est* Elohim, *&c.* Munsterus. *Sunt qui* Filios Dei *intelligunt filios Seth.* &c. *Alij* Filios, Dei *opinantur filios Iudicum ac Potentum.* Fagius. *Videruntque* Filij Magnatum, *&c.* Vatablus. *Quidam vertunt* Filios Principum, aut Magnatum, aut Nobilium, *&c.* Castalio. *In Hebræo est* Deorum filij. *Sed utuntur sæpe substantivis pro adjectivis, quæ rariora habent, ut sint* Deorum Filij *pro Divinis, id est, Præstantibus, ut etiam in Psalm.* 82. Dij, *sive* Divi *Iudices, & Aliorum Gubernatores: & Iob.* 41. Potentes, *&c.* Clarius. *Sunt qui* Flios Dei *intelligunt filios Seth.* &c. *Alij* Filios Dei *opinantur filios Iudicum ac Potentum: est enim familiare Scripturæ, ut id quod est magnificum, vocet* Divinum: *sicut* Montes Dei, Cedri Dei, &c. Videtur

detur probabilissima hæc interpretatio, sed eam ego prætuli, quæ *Filiorum Dei* nomine nobis proponit filios Seth, *Verior ejusdem Textûs* qui in vera Dei Religione manserunt, ut à Caini filiis *interpretatio.* distinguantur, qui quoniam Deum nescirent, *Filij hominum* dici meruerunt. Vide nostram Theologiam Regularem *disp*....... *num*....... .

Et quidem nomen *Deù*, aut *Deurù*, quod Diis suis Indi *An nomina Deù, & Deurù, quæ apud Indos Dei sunt, attribuātur hominibus?* adtribuunt, non Creatorem cœli & terræ, sed Heroem, aut mirabilem hominem significare, ex eo etiam colligo, quòd hoc Petrus della Valle nomine fuerit interdum honoratus. Epistolæ VI. citatæ n. 14. pag. 247. ait ipse. *Il Re, e tutti gli altri ammirarono quei modi esquisiti à loro insoliti, è gridavano frà di loro con maraviglia*, Deurù, Deurù, *che io ero* un Deurù: *cioè un homo grande, un Dio, com'essi dicono.* Et posteà num. 15. pag. 250. *Restarono tutti attoniti, è cominciarono di nuovo à gridare, ch'io era* un Deurù, *che era* un Heroe, un Dio: *è che benedetta era l'hora ch'ero entrato nella lor casa (mi parue d'esser Hercole albergato nella terra d'Evandro) & appagandosi molto della mia cortesia diceba il Rè, ce ben si conosceva, esser'io Nobile.* Ergo in Regis & Aulicorum Lexico nomen *Deurù*, quo suos Deos significant, *Heroem* importat. Ergo Indi hodie sunt & semper fuerunt *An Indi sunt athei?* athei: nec enim colunt homines, quos putant esse Deos, sed colunt, quos sciunt fuisse homines, miserias interdum subiisse, tandem fuisse occisos vel mortuos: nec *Dei* nomine intelligunt immensam aliquam & Æternam substantiam.

Firmaveris in hac sententiâ, si legeris, quæ Petrus della 243 Valle *in sua Persia Epist.* XVII. *num.* 18. *pag.* 507. recenset. *Samÿ, quidam Indorum Monachi.* Hærebat in Combrù transfretandi in Indiam occasionem exspectans. Et ibi Indorum templum curiositatis gratiâ invisit, & didicit à Samio (Monacho illîus custode) esse *Narsinha qualis?* consecratum Narsinhæ: cujus corpus humanum est, sed caput Leoninum præ se fert: Indi figurarum immixtio- *Anubis.* nem ab Ægyptiis & Græcis recepisse videntur, nam suum Anubim illi canino capite, & Ammonem Iovem *Iuppiter Ammon.* arietino exornarunt. Et nomen conveniebat figuræ; nam

nam *Nara* hominem sonat, & leonem *Sinha*. Narrabat Samius Narsinham fuisse antiquiorem Ramo, alio eorumdem Deo, & floruisse in regione Multan, quæ ad Indiam pertinet. Et addebat, Ramum, Narsinhamque, tametsi fuerint diversi inter se, dum erant homines, per ipsammet ἀποθέωσιν idemtificari. Quibus auditis & perpensis cum Vallæo exclamo. *Questi tali, tenuti malamente dagl'Indiani per huomini Divini sono stati tutti personaggi insigni, o per armi, o per imperio, o per virtù: nella guisa apunto, che furono stimati i Giovi, i Saturni, i Mercurij, e tanti altri e da' Greci, e da' nostri Latini.*

An, qui in humanitate diversi erant, in Divinitate idemtificentur?

Divino honore cultus Adam.

Erat apud Narsinham aliud Idolum sub figura cylindri: & rogatus Samius, quale esset? respondit esse Sri Mahadeú, & hoc ab ipsis nomine Patrem Adamum designari. Ergo Mandeu etiam fuit homo.

Quales sint Dij Indorũ?

Lalæ sunt vastissimæ arbores.

Indorum Dij, ut vidisti, nascuntur, moriuntur, differunt Ætate, authoritate: immo etiam sexu: & inter eorum Deas Bibinuria etiam in Persiâ celebratur: non enim longè a Combrú surgit quædam *Lal* (arboris nomen est)

Antiquos ramos, annosáque brachia pandens.

Dea Bibinuria.

Quid significet Bibi?

Quid etiam נור Nur?

An in annosis arboribus aliqua sit admittenda Divinitas?

Quàm antiqua fuerit Bibinuria?

Et apud illam est tempellum Bibinuriæ dicatum. *I Sami, che ne hanno cura*, ait Vallæus, *come huomini che san poco, ancorche parlassero bene in Persiano, non mi seppero dire altro, se non che era Donna, chiamata da loro* Bibí Nur. *La parola* Bibì, *è titolo di honoranza, che corrisponde quasi al nostro* Signora; *è si da, tanto dagl'Indiani, de quali è proprio, quanto da Persiani, che essi ancora tal volta l'usano, non solo alle Diue del Cielo, ma alle Donne ancora del mondo, mentre sian persone di riguardeuol qualità. La parola* Nur, *che in Arabo significa* luce, *ma in Indiano non sò che cosa sia, deue essere il nome proprio di quell'Idolo, dal quale, quel luogo, sin dagli stessi Persiani, vien detto volgarmente* Nuri, dagheli, *cioè* la Nur tralciosa, *o* che sta nell'abbero de'tralci. *Questa* Bibi'Nur, *mi disse il Sami, che era stata molto antica, prima de* Mahadeù, *e di altri loro Idoli famosi.* Et hinc tantisper eruditionis gratiâ digrediamur.

NOTA

Nota I. Sicut Hispani, ut puellos & infantes in modestiâ contineant, eos terrent dicendo *Guarda el Coco.* & nomine ☧ *Coco* intelligi jubent ferocem quamdam bestiam, quæ infantes devorat: sic Belgæ hanc eamdem chimœram, quæ *secundum dici* puellos & infantes transglutit, *Bibi* nominant; unde infanti lugenti inclamat nutrix *Bibi kompt*, ac si Hispanicè diceret *el Coco viene.* Et Batavi, ut adversus Albanum Ducem, & Hispanos odium in lacte propinarent infantibus, loco ☧ *Bibi* Ducem Albanum supposuerunt, nam & hodie terrent infantes inculcando, *Ducq d'Alve kompt.* hoc est, *Dux Alvæ venit.* Fuit autem Princeps iste fortissimus, & generosissimus: cujus in gubernando rigor, aut non occœpisse; aut, qui semel inceperat, debuisset procul dubio persistere: nam si superesset, superasset. Et quoniam ævo nostro victricia Gustavi Adolphi vexilla Episcopus Alberstadiensis, Lutheranus, homo præceps & væcors sequebatur, & clades passus plurimas, plurimas inferens, humano sanguine madefecit Germaniam, obtinuit, ut eius infantes nomine terrerentur: etsi enim effusissimè illachrymentur, cùm primùm audiunt, *Den düllen Bischop kompt*: id est, *stultus Episcopus venit*, emungunt lachrimas; &, ne devorentur, charæ parentis adsistentiam & favorem implorant.

Digressio I. *Quid apud Hispanos sit el Coco?* *Quid in dalt Bibi.* *Quid Albani Ducis nomen importet apud Batavos?* *Episcopus Alberstattensis, hæreticus pertinacissimus, in Orthodoxos per Germaniam insanit.*

Nota II. Etiam Persæ adorant & venerantur Arbores, ut narrat Petrus della Valle, qui Epist. 16. pag. 310. §. 3. sic scribit. 244

An Persæ adorent Arbores?

Circa duo hore più tardi della meza notte arriuammo alla Terra grossa Pasà, reliquia ancor durante, conforme dal nome si può comprendere, dell antica Pasagarda, o Passargada; doue secundo Plinio, e Quinto Curtio che pur l'accenna, era il sepolcro del gran Ciro. Nell'entrar della Terra, da una banda, vi è piantato un cipresso molto annoso, il più bello, è l'più grande, che io habbia mai veduto in vita mia. Poiche, il suo tronco, che da piedi è un solo, benche sopra si diuida in molti grossi rami, doue da basso è solo prima di diuersi, è tanto

Ubi-nam Magnus Cyrus sepultus sit? *Cypressus valde magna.*

a] Habebat ergo huius arboris truncus quasi decem pedes in diametro: quod meritò inter res mirabiles poterit recenseri.

Est arbor valde antiqua.

Devotè colitur à Mahometanis.

Ex uno ramo liquorē emittit.

An hic humor sit prodigiosus sanguis.

An die Veneris tātum stillet?

Ornatur lucibus.

An beatorū Animæ arboribus annosis infundantur?

Voces Pir, Scheich, *&* Iman, *quid significent?*

An olim etiam in Italiā Gentiles venerati sint Arbores?

Virgilius *Æneid 2.*

Hæc Arbores colendi superstitio ab Ethnicis transivit ad Hebræos & ab his tandem ad Mahometanos.

grosso, quanto à pena possono abbraccia cinque persone vnite in giro: [a] & i rami piu bassi, si stendono lontano dal tronco per ogni parte attorno, conforme io misurai da quindici passi de'miei. L'altezza, corrisponde alla grossezza: ma non è di forma piramidale, come sogliono essere i cipressi di ordinario. Alla grandezza mostra di essere albero antico assai; & i Mahomettani l'hanno in gran diuotione. Da un piccolo tronco di un ramo basso, ne esce humore di qualche gomma che ne stilla: dicono essi, particolarmente gl'idioti, che è sangue; che ne scaturisce miracolosamente ogni venerdi, che è il giorno a loro piu sacro. Et in un concauo, che hà il tronco grosso, capace di due persone, sogliono spesso accenderui lumi, come in luogo venerabile: hauendo essi per costume di hauere in veneratione gli alberi grandi, & antichi, quasi che siano spesso ricettacoli di anime beate: per lò che gli chiamano anche in Persiano *Pir*, che vuol dir *vecchio*, ouero in Arabico *Sceich*, che pur *vecchio* significa; e cosi Anche *Imàm*, che vuol dir *Sacerdote*, o *Pontefice*: perche con tutti questi nomi sogliono chiamare alcuni della lor setta, mortifera di loro con pazza opinion di santità. Onde, dicendo che il talè albero, ò il tal luogo, è *Pir*, vogliono inferire, che vi habita, ò che per diletto vi si trattiene tal'hora l'anima di qualche *Pir*, cioè di qualche persona, al falso lor credere beata. Questo vso di venerar gli alberi grandi e vecchi puo'esser, che a i Mahomettani sia residuo dell'antica gentilità, che si legge, che cio'faceua; conforme à quello del Poëta,

Est urbe egressis tumulus, templumque vetustum
Antiquæ Ceseris, iuxtaque antiqua Cupressus,
Relligione patrum multos seruata per annos.

Il qual rito d'Idolatria, in Oriente sappiamo, che si attaccò anche agli Ebrei, come si vede nella Sacra Scrittura. Et i Mahomettani, che hanno molto dell Ebreo, facilmente questo ancora, con altre cose, da i piu corrotti Ebrei haueranno appreso; nel modo a punto che hoggidi

hoggidi da loro, e questa, e simili altre sciocche superstitioni, si vanno innestando fin ne gli animi semplici de Christiani ignoranti a lor soggetti, &c.

An ad Christianos etiam?

NOTA III. Ab Ethnicis religiosè coli Arbores, & Virgilij locus; quem Petrus della Valle adduxit, & alij, quos addemus, ostendunt. Hæ olim Arbores apud Sepulchra plantabantur; & milites, illorum custodiæ deputati in sacerdotes, & eorumdem casæ transiverunt in templa. Virgilius *Æneid.lib.*7.

De Ethnicorum templorum & Sacrificulorum origine.

Tectum augustum ingens, centum sublime columnis
Vrbe fuit summâ, Laurentis Regia Pici,
Horrendum Sylvis, & relligione [c] *Parentum.*

Pici Regia.

Et posteà lib. 8. sibi consonans.

Est ingens gelidum locus prope Ceritis amnem,
Relligione [c] *Patrum latè sacer: undique colles*
Inclusere cavi, & nigrâ nemus abjete [d] *cingunt.*

d] Vt vox abiete exæquet pedem Dactylum, iota in consonam transit.

Et quidem plurima à Virgilio docemur. Se reponit; & summâ eruditione, quæ multis foliis edisserit Clemens Alexandrinus, duabus lineis complectitur. Attende. PRIMVM Ethnicæ Theologiæ PROTHEOREMA est. *Qui hodie coluntur ut Dij, fuerunt homines.* Probo ex nomine *Cereris*, quam fœminam fuisse certum est. SECVNDVM. *Hi ipsi Ethnicorum Dij, mortui sunt.* Probo ex voce *tumulus*. Quoniam non solùm Cereris, sed etiam ipsiusmet Iovis sepulchra prostant. TERTIVM. *Sepulchra, ut custodirentur, aliquâ indiguerunt ædiculâ, in quâ custodes habitarent. Et successu temporis huiusmodi ædiculæ in templa, & in sacrificulos custodes versi sunt.* Probo ex illis verbis, *tumulus templumque vetustum*: quæ enim erat apud tumulum domus, in templum convertit vetustas. Immò ipsamet sepulchra ob hanc causam Templa vocata sunt. Virgilius 2. *Æneid.*

An Ethnicorum Dij fuerint homines?

Ceres fuit mulier.

Gentiũ Dij mortui sũt.

Ædes apud sepulchra erecta in templa convertuntur.

Prætereà fuit in tectis de marmore templum
Conjugis antiqui.

Hoc *Sepulchrum conjugis*, ut ex Varrone *de ling. Latinâ*, Festo, Nonio, & aliis Sipontinus exponit. QVARTVM. Antiquis *Arboribus aliquam inesse Divinitatem Ethnici credi-*

An in Arboribus habitent Dij?

derunt. Probo ex illa voce *relligione*, quæ in locis à nobis ex Virgilio productis arbores & Sylvas concernit. Vide Petrum della Valle & alios, qui de Arabia & Indiâ scripserunt, inveniesque multas in locis diversis antiquas & decrepitas arbores, non solùm à Gentilibus, sed etiam à Mahometanis, ut Deas coli. Et in ipsos posset exclamare Satyricus,

Felices Animas! quibus enascuntur in hortis
Numina, &c.

245 NOTA IV. Addamus adhuc paucas lineas pro Criticis, qui rationes causasque Latini Idiomatis indagant & examinant.

DIGRESSIO III. Critica.

Deberēt Typographi Veneti in correctione librorum majorem diligentiam adhibere.

a] *Ceseris*. Vtor Virgilio Venetiis apud Guerilios anno 1638. edito; qui, ut plerique omnes libri ibi impressi, mendis scatet. Lego itaque *Cereris*; nam, quæ Ceses fuerit, non reperio.

Quomodo ὑψιλὸν pronuncietur.

b] Græcum Y sonat inter I. & ú. & quia est difficilis pronunciationis alij ut I. & alij ut u. pronuntiant: quod hæc ipsa vox demonstrare videtur. Græcè vocatur κυπάρισσος. Italicè cipresso. Hispanicè Ciprés. Sed & Virgilio vox Græca placuit, ait enim

Cypatissus qualis arbos sit?

Aëreæ quercus, aut coniferæ cyparissi.

Sic etiam *Sylla*, & *Abyla* à multis *Sulla* & *Abula* (unde & *Abulensis*) vocantur.

Errores sūt cerasis similes: & cur?

c] sed nolo ita esse Criticus, ut absim Ethicæ: nam hîc succurrit occasio, ut Ethicè grammaticemur. Dicunt Hispani.

Salen como cerezas los errores.

Cerasum civitas.

Et quidem illos meritò cum cerasis comparant: nam *ad Martel.* ait Hieronymus: *Accepimus & canistrum cerasis refertum, talibus & tam virginali verecundiâ rubentibus, ut ea nunc à Lucullo delata existimarem; siquidem hoc genus pomi Ponto & Armeniâ subjugatis, de Cerasunte primus Romam pertulit; unde de patriâ arbor nomen accepit.* Et ex Plutarcho in Lucullo habemus, ingravescente illum ætate cum jam incepisset desipere, M. Luculli fratris curæ & tutelæ esse permissum. Ergo à Lucullo Romanus populus

Lucullus decrepitâ in Ætate delira.

lus & cerasa quæ ederet, & stultitias, quas rideret obtinuit: & ideo meritò conjunguntur, nam eumdem morem & modum observant. Fortè unicum sumpsisti cerasum, sequuntur plurima, sunt enim inter se brachiolis quodammodo concatenata: Et, si fortè, vel unicum errorem commisisti, si ex inadvertentia stultitiam aliquam pronunciasti, & sicut cerasum virginali verecundiâ rubescis, ostendes illicò hunc ipsum errorem, hanc ipsam stultitiam esse cerasis similem, lapsus enim implicantur ineptiis, multique & multæ sequentur, ut priorem defendant, aut excusent. Quo sensu Martialis *lib.* 1. cecinit.

Nunquam error solus comparuit. Qui semel committitur, habet statim multos socios.

Et idem de infortuniis dicendum.

Exspectant curæque, catenatique labores.

Vnde exclamat Hispanus, *Bien vengas mal, si vienes solo:* quoniam miseriæ & infortunia, ut eâdem utar similitudine, cerasorum instar concatenantur inter se. Occîdit matrem Nero; & ut scelus excuset, adfingit illi proditionis infamiam: & ut hoc suadeat, multos innocentes accusat. Matrem Neroni similis (nempe Ecclesiam Catholicam) si animo æquales essent vires, Martinus Lutherus delevisset. Ab eâ excessit propudiosâ perfidiâ. Vt hanc excuset, illam (matrem) scelerum & hæresum incriminatur. Et, ut hæc persuadeat, Sacra corrumpit Biblia, & opiniones Patribus, quas nunquam cogitarunt, imponit. Et cur hæc omnia Ego? Quia scripsit Virgilius *Relligio.* Tres breves syllabas, ut conficeret dactylum. Ecce, error primus! &, ut hunc excusaret errorem, duplicavit consonam post primam syllabam: nempe *ll* pro *l* posuit. Ecce error alter! nam simplex *l* postulabat *Religio.* Et hac putavit viâ versum carere errore, quem duplici laborare videmus. Ecce error tertius! At fuit Plautum, Terentium, Lucretium, & alios antiquiores, aut etiam coætaneos sequutus, qui etiam, ubi voluerunt aliquam vocalem protrahere, geminarunt consonantem sequentem. Ecce error quartus: non enim excusat peccatum exorbitantium multitudo. Aliam etiam iniêre Poëtæ viam, ut brevem aliquando produ-

Sumitur exemplum ex Nerone. Sumitur alterum ex Martino Luthero.

Quot errores in unico errore inveniantur!

An excuset multitudo peccantium?

An Syllaba brevis possit protrahi?

cerent (Ecce error quintus!) nam simplicem vocalem in diphthongum verterunt: si enim *seco* primam corripit, cur non & *saeculum*? Vt prima producatur, multi, vel invito Pontano, *saeculum* scripsere. Et, sicut vocalis brevis, si fortè geminetur, aut in diphthongum transeat, protrahitur, cur non etiam secta aut dimidiata longa breviari poterit, ut vel sic Virgilius (Ecce error sextus!) excusetur in illo versu

An longa corripi?

Connubio jungam stabili propriamque locabo.

Virgilius Æneid. 1.

Nam in *connubio* secunda longa est: quod ipsemet Virgilius nos docuit *Æneid.* 4. dicens

—— Connubia nostra

Reppulit.

Cur Æneidem suam jusserit Virgilius comburi?

Hæc, & alia similia, quæ exciderunt, corrigere voluerat Virgilius antequam Æneis publicaretur: sed quia morte præventus illa reformare non potuit, ultimis illam in tabulis flammis devôvit. At Augusti prudentia ob paucos, & in aliis Poëtis permissos aut toleratos nævos, Opus illud Divinum perire non permisit. *Et hucusque Digressioni pervenire sufficiat, ad lineam revertamur.*

Adorant Indi Diabolum.

CONCLVSIO II. *Cognoscunt Diabolum esse pessimum: & tamen adorant ipsum Indi, ne noceat.* Ejusdem Epistolæ num. 17. pag. 253. asserit Petrus se apud Manelium in Olala invenisse tempellum dedicatum Diabolo, erectum ab illa Regina. Et, ut posset redux in Italiam asserere se illud propriis oculis aspectasse, eò adivit, tametsi reclamante Brachmano, socio itineris, qui hæsit, ut prospiceret eminùs, quid Diabolus de Romano faceret. Sed quale est hoc Idolum? *Trovai*, ait ipse, *nel mezo l'Idolo drizzato in piana terra di pietra bianca, ma rozza, d'altezza più che humana: di figura, non come noi il Diavolo dipingemo, com' un huomo giovane ben fatto, con un' alta e rotunda diadema in testa al lor modo*, &c. Exspuit in illum Petrus; & provocavit, ut si erat Deus, & contra Christianam vires Religionem haberet, illas exsereret. Obstupebat Brachmanus: & tametsi respondere nesciret & taceret, non ideò se à pristino errore subtraxit.

246

Eius templum.

Eius statua.

Stupet Indus, quòd Petrus in Diabolum audeat.

CON

CONCLVSIO III. *Præter communes Deos, familiæ Regiæ habent suos Deos particulares.* Ex prima necessariò deducitur. Quoniam, si illorum Dij, fuerunt Principes antiqui & celebres: necessarium omninò videbatur, ut præter aliquos toti Indiæ notos, aliquos quævis provincia haberet, qui non pertinerent ad alias. De privato Olaliæ domûs Deo Petrus Valleus ibid. *Circa gli Idoli mi dissero in Manel, che la Regina d' Olala e tutta La sua Casa, come per ragione hereditaria ab antiquo, adorava e teneva per suo principale Dio un Idolo, che si chiamava* Putia Sommata, *il quale dicevano, esser' il medesimo, che* Mahadeu, *e che lo dipingevano pur di quella figura rotonda, a guisa d'una colonnella di termine, rotonda in cima*, &c. Non autem est singulare apud Indos habere Deos privatos: nam & Græci habuerunt: & tanta olim confusione Romani, ut lege debuerint coërceri, ne præter communes Deos alios colerent. Duodecim Tabularum erat Lex. *Separatim nemo habessit Deos, neve novos sive advenas, nisi publicè adscitos privatim colunto.* Vide Ros. *pag.* 154. Suetonium *in Neron.* 56. Gonsalvum Mendozam *de Regn. Sinar. pag.* 82. Laurentium Iaponium *Epist. Indic pag.* 86. Varenium *cap.* 2. *de Relig. Iaponic. pag.* 51. & Christianum Hoffmannum *in* [illegible]. *Cap.* 2. §. XXXIX. Privatos θεοὺς πατρῴους vocabant Græci, quasi *Majorum* (*Patrum*) *suorum Deos.* Virgilius.

Dij partrij servate fidem, &c. & alibi

—— *Patriique Penates*

Vide Macrobium *lib.* 3. *Saturn. cap.* 4. Higinium, aliósque qui de hoc argumento scripserunt.

Proderit audire Tertullianum, qui Apologetici cap. 5. sic inquit. *Vetus erat decretum, ut qui Deus ab Imperatore consecraretur, nisi à Senatu probatus, ut M. Æmilius de Deo suo Alburno facit, & hoc ad causam nostram, quod apud vos de humano arbitratu Divinitas pensitatur, nisi homini Deus placuerit, Deus non erit; homo iam Deo propitius esse debebit. Tiberius ergo, cujus tempore nomen Christianum in sæculum introiuit, adnunciatum sibi ex Syriâ Palæstinâ, quod illic veritatem*

247

De Diis privatis.

Specialis Regiæ familiæ Deus in Olala.

An Græci & Latini habuerint Deos privatos?

Alburnus familiæ Æmiliæ Deus.

N. B. Videntur Græci, Romani, & alij Veteres Divinitatis nomine denominatione quamdã extrinsecam

desumptam ab adoratione, & nihil substãtiale intelligere.

ritatem illius (Christi) Divinitatis revelaverat, detulit ad Senatum cum prærogativa suffragij sui. Senatus quia non in se, probaverat, respuit. Cæsar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum. Consonant Tertulliano Eusebius *histor. Eccl. libr. 2. cap. 2.* & etiam *in Chronico* Origines *libr. 2. contra Celsum.* Paulus Orosius *libr. 7. suæ hist.* teste Hieronymo Cagnolo *tom. 3. ad leg. 1.* C. *de Sacrosanct. Eccles. pag. 240. b. numer. 6.* Genebrardus *ad annum Vrbis conditæ* 28. & iterum *ad ann. Mundi* 4159. Timannus Gesselius *in hist. ad* annum Christi 39 & alij.

Tiberius voluit Christũ inter Deos numerari; cur non id obtinuerit? Qui fuerint Diales Dij, Qui Familiares? Dea Cubara, quæ? Quis Deus Schoms? Quis Saad? Quis Asafus? Quæ Nayela? Et qui tandem Soarius, Dausentius, & Hobalius? Quinam Stellas adoraverint? Dij anonymi. An liceat Æditüo Deos frangere? An cultoribus suum Deum comedere? An fuerint Dij privati, quos unaquaque familia sibi colendos & adorandos proposuerit? An singulis potuerit?

Et quidem Saracenos, antequam Mahometi deliria amplecterentur, habuisse Diales & Familiares Deos, quorum illi singuli singulis anni diebus correspondèrent, & hi à tali aut tali familia privatim colerentur, insinuat Augustus Pfeifferus, *in sui Fasciculi dissert. 5. Philol. cap. 1. thes. ult. pag. 94.* his verbis. [Coluerunt porrò Cubaram seu Venerem, de quâ Horting. *Hist. Orient. pag. 230.* & Vossius *de Idolol. gent. l. 2. p. 467.* Schoms seu Solis effigiem colebant Hamyarenses; Saad, idolum ex oblongo saxo: alij quidam Asafum sub viri, quidam Nayelam sub fœminæ figura; Soarium ab igne dictum Anzitæ; Dusari, idolum Dausentium, quibusdam Martem, aliis Iouem, aliis Bacchum expressisse videtur: Hobal, idolum famosissimum Arabum virum septem sagittas manibus tenentem referebat: Cenanæos Lunam, Misamæos oculum Tauri (sidus) Lachamæos Iovem, Tajitas stellam Canopum, Kajitas Syrium, &c. coluisse narrat Abul Faraiius *p. 4.* Complurimos quoque habebant Deos, quorum nomina interciderunt: talis ille Deus erat, quem cum referente Alfirauzabadio vulpes urina conspurcarent, ita accensus edituus Idolum confregit; tale Hanifidarum idolum è massâ confectum, quod urgente Annonæ caritate cultores devorarunt. Imò fermè unaquælibet familia Saracenorum peculiarem Deum, peculiaresque penates habebat. Circa Caabam seu templum Vrbis Meccæ teste Aljannabio, erant idola trecenta & sexaginta, quorum præcipuum Hobal, adeò ut Saracenis

nis singulis diebus singula, si liberet, numina invocare liceret, aut singulos fermè totius anni dies ab Idolis denominare. Prolixiùs autem de Idolis Saracenorum egit Pokokius *ad Abulf. à p. 89. ad* 137. Sed cum Muhammed spargeret passim sua dogmata, nomen suum tandem etiam ipsi Turcæ dederunt, &c.

Saraceni diebus Numen diversum venerari?

CONCLUSIO IV. *Admittunt Transmigrationem Animarum: & eam tam latè, ut ex hominibus in bestias, & ex bestiis in alias ignobiliores aut etiam nobiliores bestias; & tandem in aliquas plantas aut in homines transferant.* Vide Petrum della Valle *in India sua Epist.* 111. *num.* 13. *pag.* 58. 248

De Transmigratione Animarũ.

Duæ sunt apud Antiquos voces celebres Μετεμψύχωσις, & Παλιγγενεσία, illam *Transanimationem*, hanc autem *Iteratam generationem* Latinè dicerem. Supponebant cum Catholicis Ethnici Animas esse immortales: &, ne otio torperent, ab uno solutas aut dimissas corpore immittebant in aliud: quorum opinationem Transformationum quinto decimo dilucidat Ovidius numeris, quos inferius ponemus.

An, & quomodo παλιγγενεσία differat à μετεμψύχωσι?

An Animæ immortales sint?

Inter has duas voces hæc invenitur differentia: quod Μετεμψύχωσις (*Ttransanimatio*) Animam directè respiciat, corpora verò indirectè & in obliquo, ut terminos *à quo*, & *ad quem*. Παλιγγενεσία autem substantias completas concernat: non enim animæ aut corpora, sed ex his substantiæ completæ (homines, boves, equi, asini, &c.) generantur. Videtur S. Hieronymus (ab Ambrosio Calepino productus) rigorem vocis non adsequutus, saltem non explicasse: dixit enim. *Probabo non Empedoclis, & Pythagoræ vos Dogma sectari, qui propter* μετεμψύχωσιν, *id est, transformationem, omne quod movetur & vivit, edendum non putant.* Et cur? Festivè respondet Tertullianus, *Ne fortè bubulam quis de aliquo proavo suo opsonaret.*

An apud Pythagoræos regenerentur Animæ?

An μετεμψύχωσις sit transformatio?

Cur animantium carnes non comedant Pythagoræi?

Hæc de Animarum transmigratione doctrina Pythagorica est; canit enim de summa illius abstinentiâ Iuvenalis Satyr. 15.

> *Vel quò non fugeret, si nunc hæc monstra videret*

An hæc Opinatio à doctrinâ de carnis Resurrectione

Pythagoras, cunctis animalibus abstinuit qui
Tanquam homine, & ventri indulsit non omne legumen.

non bene intellectâ prodierit?

Et de ejusdem discipulis disserens.

Vive bidentis amans, & culti villicus horti,
Vnde epulas possis centum dare Pythagorais.

Et ego cùm quantus fuerit Pythagoras in mentem revoco, & quàm alienum à ratione hoc sit paradoxum considero: nimirùm, cùm ex alterâ parte audio Ovidium Transformationum lib. 15. dicentem,

Mente Deos adiit; & quæ Natura negavit
Vsibus humanis, oculis ea pectoris hausit.

Et cùm ex alterâ consequentias, quæ ex hac opinatione inferuntur perpendo, suspicari incipio aliter Pythagoram decuisse, & aliter Pythagoræos didicisse, & ex veritate male intellecta monstrum hoc opinionis formasse. Fortè quæ dextera manu tradiderat ipse Pythagoras, sinistra, ut dicitur, receperunt discipuli. Docebant Hebræi carnis Resurrectionem, quæ omninò differt à Transmigratione ut doctè Requesenius *in Selectis, libr.* 1. *disp.* 5. *sect.* 3. *pag.* 130. *b. num.* 62. dicens. [Ad resurrectionem non sufficit idemtitas numerica solius Animæ: ergo etiam requiritur idemtitas numerica materiæ. Antecedens probatur: tum quia Transmigratio Animarum posita à Pythagoricis [a] non erat Resurrectio, sed nova Generatio; quamvis eadem esset Anima & forma substantialis informans diversas materias: quia ad hoc ut eadem numero materia existat, debent existere eadem omninò prædicata essentialia: hæc autem sunt in composito Physico, materia & forma: unde, si Deus produceret Petrum corrupto Paulo, diceretur producere eandem speciem hominis, non verò idem individuum humanum. Ex quo sic ulteriùs arguo à pari. Non reproducitur eadem numero Anima, si alia illis similis creetur. Ergo non res urget idem numero corpus, nisi idem numero, qui fuit in mortuo, sit in resurgente, &c.] Docebant igitur Hebræi, instituti divinitùs, carnis Resurrectio

a] *Consultò Pythagoræis hunc errorem accenset, quia fortè non erat Pythagora.*

Resurrectionis & Trāsmigrationis differentia.

rectionem, hoc est, humanarum Animarum ad priora corpora Reversionem; & introduxerunt Pythagoræi Transmigrationem, non restituentes quidem Animas propriis corporibus, sed in alia diversa transferentes.

Hic in Peripat. error locum invenire non potest: docet enim ex Aristotele *Materiam esse principium individuationis.* Adeoque repugnare, ut eadem numero forma substantialis simul aut successivè informet numero differentes materias. Audi D. Thomam, qui inter Peripateticos Scholarcha nobilissimus est, & *Opusc.* 2. *cap.* 153. sic inquit. *Sicuti eidem formæ secundum speciem debetur eadem materia secundum speciem; ita eidem formæ secundum numerum debetur eadem materia secundum numerum. Sicut enim Anima bovis, non potest esse Anima corporis equi, ita Anima huius bovis non potest esse Anima alterius bovis. Oportet igitur, quòd cùm eadem Anima rationalis remaneat, corpori eidem numero in Resurrectione uniatur.* Corruit igitur tota Pythagoræorum, & Indorum, qui illos sequuntur, opinatio. *De Individuationis princi io. An formarum individuatio à materiâ sumatur? An repugnet eamd.m numero formam, simul aut successivè, diversas numero informare materias?*

Probo iterum verbis D. Thomæ *ex Comment. in* 4. *dist.* 44. *quæst. & articul.* 1. *quæstiunc.* 1. *in fine* desumptis: *Non enim Resurrectio dici potest, nisi Anima ad idem corpus redeat; quia Resurrectio est iterata surrectio. Eiusdem autem est surgere, & cadere: unde Resurrectio magis respicit corpus, quod post mortem cadit, quàm Animam, quæ post mortem vivit: & ita, si non est idem corpus, quod Anima resumit, non dicitur Resurrectio, sed magis novi corporis adsumptio.* 249 *Quid Resurrectio propriè sit? An corpus concernat primariò?*

Eamdemque doctrinam confirmo *ex quæstiunc.* 2. in quâ S. Doctor sic discurrit. *Oportet, quòd illud idem numero ad finem perveniat, quod propter finem est factum, ne in vacuum factum esse videatur. Oportet, quòd idem numero homo resurgat, & hoc quidem fit, cùm eadem Anima eidem numero corpori conjungitur, ut ex dictis patet: aliàs enim non esset Resurrectio propriè loquendo, nisi idem homo repararetur, unde ponere* (quòd non sit idem numero corpus, est ponere, quòd non est idem numero homo, qui resurgit: & ponere) *quòd non* *Non manet idem numero homo, si anima, vel corpus mutetur. An Pythagoræorum, & Indorum sententia sit hæretica?*

sit idem, qui resurgit, est hæreticum, derogans Veritati Scripturæ, quæ Resurrectionem prædicat. Et cur hæreticum? Quia *Carnis Resurrectionem* profitemur in Symbolo: nam ut S. Athanasius exponit. *Omnes homines resurgere habent cum corporibus suis*: cùm illis ipsissimis, quæ habebant dum viverent; quoniam, ut testatur Apostolus Μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. *Reformabit corpus humilitatis nostræ ad esse illud* [b] *configuratum corpori gloriæ suæ.* Ex quibus verbis sic dialecticor. Sicut de Christi corpore, sic de nostris, ut Apostolus ait, philosophandum est: sed in Resurrectione suâ Dominus noster Iesus-Christus, corpus illud ipsissimum, quod habuerat, & non aliud, adsumpsit. Ergo in carnis Resurrectione, nostræ Animæ corpora illa ipsissima, quæ habueramus, & non alia resument. Non ergo rationales Animæ ex his corporibus in alia transeunt.

Ad Philipp. 3.21.

b] Ad esse illud: *Hispanicè*, para sêr el. *hoc est*, para que sea.

An inter Christũ & cæteros homines detur Analogia.

250 Stat igitur carnis Resurrectionem, & Animarum Transmigrationem toto cœlo differre. Et quidem ex Transmigrationis hoc delirio duo, & valde notabiles errores per necessariam consequentiam nascuntur. Alterum, Omnia animalia, tam rationalia, quàm irrationalia esse eiusdem infimæ speciei substantialis. Alterum, Tam exsecrabile scelus esse, brutum, quàm hominem occidere: adeoque pietatem postulare, ut sicut ab humanis, sic etiam à belluinis carnibus temperetur. Porrò homines & bruta esse consubstantialia, & solâ figurâ & organorum dispositione differre, ex hypothesi (sed aliàs falsâ) demonstratur clarissimè: nam, si in omnibus brutis rationalis est anima, ipsa & homines minimè distinguuntur specie substantiali. SI ARGVMENTERIS SIC. Per repetitionem meram fit numerica multiplicatio; ideò enim Petrus & Paulus distinguuntur numero, quia Petrus est homo, & Paulus est alter homo. Ergo, si Alexander & eius Bucephalus non distinguuntur specie: si Alexander est homo, Bucephalus erit alius homo: &, si Bucephalus est equus, Alexander erit alius equus: quod nemo

An bruta & homines distinguantur specie?

An bruta occidere peccatũ sit?

De multiplicatione numericâ.

nemo admiserit. RESPONDEBUNT, præter formas substantiales & accidentarias omnibus Philosophis notas, dari charactericas, quæ constituunt concreta. Nam tametsi Pygmæus & Gigas non distinguantur specie substantiali, distinguuntur specie characterica: adeoque nec Gigas potest dici Pygmæus, nec Pygmæus Gigas. Addent homines à brutis, & bruta inter se distingui specie characterica; rationalitatemque includi in conceptu Animalis, & Animalis in hominem & brutum divisionem esse subjecti in accidentia; & similem illi, quâ homo in Pygmæum & Gigantem dividitur. DICO ITAQUE datâ illâ hypothesi, videlicet, *Bruta esse prædita animâ rationali*, Objectionem esse elumbem, & exactè dissolvi.

Formæ, vel sunt substantiales, vel accidentales, vel characterica.

An homines & bruta inter se formâ characterica distinguantur?

Si petas, An rationales Animæ, quando in brutorum corporibus conduntur, ratiocinentur? Respondent vocem λόγος *rationem*, & *sermonem* significare: & bruta ἄλογα dici, non quòd non ratiocinentur, sed quòd non colloquantur. Sicut enim homines muti, res intelligunt, quas verbis explicare non possunt, sic similiter bestiæ, habent internos sensus liberos, tametsi habeant linguam ligatam. Inter cæteras animantes Vaccas esse sanctissimas asserunt, nam in eas infunduntur Heroum, illustriumque virorum Animæ, cùm corpora illorum relinquunt. Ut Vaccas Deo charissimas esse persuadeant, *dicono, che una volta Dio sdegnato per tanti peccati, che gli homini commettono, voleva rovinare affatto il Mondo, ma che la Vacca intercede il perdono, è liberò il Mondo dal meritato gastigo*, ut Petrus della Valle *in sua Persia Epist.* 111. *Scripta Spahanij.* 18. *Decembr.* 1617. *num.* 3. *pag.* 77. testatur. Ecce delirant Animas, etiam quando in brutorum includuntur corporibus, Deum cognoscere, orare, & implorare: exaudiri divinitùs, & misericordiam implorare.

An bruta actu ratiocinentur?

An mutis hominibus similia sint?

An Deū cognoscant, & pro hominibus orent, & veniam impetrent?

Nec videntur primi aut soli Indi Orientales, qui sicut Gigantem à Pygmæo, sic hominem à bruto secundum magis & minùs separant & dispescunt. Quoniam λόγος 251

Adu. Logic. lib. 2. Ecl. Physic. 1. de

Anim. 2. De animâ hominis cap. 2. (*rationem*) licèt non ita perspicacem ac homini, accensent brutis Empedocles apud Empiricum, Parmenides & Democritus apud Stobæum, Anaxagoras apud Aristotelem, Cromius apud Nemesium, & alij. Plutarchus quoque non solùm *libro, de comparatâ animalium terrestrium, aquatiliumque prudentiâ.* Sed etiam *in instituto Grylli cum Vlysse Dialogo* probat τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι, *bruta uti ratione.* Plato, & Stoici apud Plutarchum, siquando admittunt

Cur talpa non videat? non ratiocinari bruta, id evenîre asserunt, non defectu potentiæ, sed propter organa improportionata: nam sicut Talpa habet potentiam visivam & tamen cœcus est, & non videt ob visivi organi imperfectionem, sic &

Cur bruta non ratiocinentur? brutorum animas μὴ ἐνεργούσας κατὰ λόγον, τὴν δυσκρασίαν τῶν σωμάτων, *non esse agentes secundum rationem, ob incongruam corporum contemperationem.* Et rursus Plato hominem, ait, ξυνέσει ὑπερβάλλειν τῶν ἄλλων, intelligendi perpicaciâ cæteris antecellere. Et, si animantes inter se conferamus, Cameli, & Elephantes συνέσει ὑπερβάλλειν intelligentiâ eminere.

An hominũ Animæ in corpora brutorũ transmigrent? Et quidem Animas hominum etiam in bruta transgredi apud Ovidium *lib.* 15. *Metam.* legimus.

Morte carent Animæ, semperque priore relictâ
Sede, novis domibus vivunt, habitantque receptæ.
Ipse Ego, nam memini, Trojani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, &c.
——— *Inque ferinas*
Possumus ire domos, pecudumque in corpora condi.
Corpora, quæ possunt animas habuisse parentum,
Aut fratrum, aut aliquo junctorum fœdere nobis,
Aut hominum certè, &c.

Claudianus *de Proserpinæ raptu libr.* 1.

Quos ubi per varios annos, per mille figuras
Egit Lethæo purgatos flumine, tandem
Rursus ad humanæ revocat primordia vitæ.

Et Tibulus *libr.* 4. similiter.

Quin etiam mea cùm tumulus contexerit ossa,

Seu

Seu matura dies fato properat mihi mortem,
Longa manet, sed vita tamen, mutata figuram,
Seu me finget equum, rigidos percurrere campos
Doctum, seu tardi pecoris sim gloria taurus,
Sive ego per liquidum volucris vehor aëra pennis,
In quemcumque hominem me longa receperit ætas,
Inceptis de te contexam carmina chartis.

Re meliùs perspectâ Plato *in Teat.* & ex eo Aristoteles 3. *Anim.* 10. λόγον, καὶ νοῦν, *rationem & mentem* in solis hominibus reperiri ex eo colligunt, quod hi soli esse cognoscant Deum. Quæ quidem ratio pulchra & secura est: nam tametsi in Brutis Scientiarum subobscuræ aliquæ reperiantur imagines, virtutumque & vitiorum umbræ, non tamen illa noscunt Deum. Ergo vis cognitiva, quæ est in homine, est nobilioris ordinis, quàm quæ reperitur in brutis. 252

Unde Plato, & Aristoteles colligant, solum hominem esse ratione præditum

Ratio, quæ contra nos, pro Indis & Pythagorâ militat, elumbis & inefficax est: quo enim modo suadetur humanam Animam etiam in brutis esse, probari posset camdem arboribus æquè competere, & illas à brutis & hominibus tantùm secundum magis & minus differre: & hanc *rusticam impietatem* S. Augustinus appellat. Interim, quia Humana Ratio in plurimis adlucinatur, securissima veræ doctrinæ demonstratio sumitur à Revelatione Divinâ, quâ positâ omnis cessat formidinis aut erroris occasio: nam omnes & solos Homines habere rationales Animas, de Fide est.

Rustica impietas, quæ?

Quisnam fuerit primus, qui Animarum transmigrationem asseruerit, Curiosi interrogant: & Pythagoram fuisse asseverant. Iarcha Apollonio dixit doctrinam de Animâ Indos didicisse à Pythagora, Ægyptiisque communicasse. At Petrus della Valle esse hanc opinationem antiquiorem existimat, quoniam Iulio Solino teste floruit Pythagoras quo tempore Brutus, qui exêgit Roma Reges, erat Consul. Ex Bruto ad Alexandrum ponit quasi ducentos annos, & recurrit ad exercitum Eumenis, qui fuit unus ex illis, qui successerunt Alexandro. Occubuerat

Philostratus *in vitâ Apollonij lib. 3. c. 6.*
Iulius Solinus. *cap 16.*

Quot annos habere debeat consuetudo, ut antiqua vocetur?

cubuerat in hoc exercitu Ceteus, phalangum Indicarum Dux, & duas uxores reliquit, quibus etiam post fata erat tam charus, ut alterutra voluerit cum marito comburi. Et Diodorus Siculus, qui *lib.* 19. hanc historiam enarrat, hunc morem vocavit *antiquum*. Tunc Vallæus. Mos, qui tantùm ducentis annis perstitit, non vocatur *antiquus*. Sed hic mos vocatur à Diodoro *antiquus*, Ergo ante Pythagoram observabatur. Sed nihil Vallæus probat: dico enim primò, morem, qui ducentesimum ætatis annum superat, antiquum esse: & dico secundò, etsi non esset antiquus, nihil Vallæum probare; nam Diodorus de combustione uxorum agit, & nos de transmigratione Animarum, quæ sunt doctrinæ independentes disputamus; unde etsi concederetur, legem de comburendis uxoribus in pyrâ conjugis, multò fuisse antiquiorem Pythagorâ, non ideò deberet concedi sententiam de Animarum transmigratione ante Pythagoram cognitam fuisse.

Comburẽdi uxores apud Indos antiquissimus mos.

Quam ob causam fuerit introductus?

[De fœminis, quæ post mariti mortem comburuntur, multi scripsere Authores: at causam non omnes exponunt: Constantinus l'Empereur *pag.* 215. hanc adducit. *Legimus quidem apud Brachmannos, cùm uxores maritorum morti inhiarent, tandem publico ritu receptum, ut se præcipitarent in mariti rogum; ne qua mulier mariti mortem accelераret, ut pote, cui simile exitium immineret.* Vide Christianum Hoffmannum *in libri, qui inscribitur* [illegible], Vmbra in luce, *cap.* 2. §. 32.

252.b.

An, & qualem μετεμψύχωσιν admiserint Cabalistæ & Pharisæi?

Ab Indis μετεμψύχωσιν inter Iudæos Cabalistæ & Pharisæi didicerunt. M. Augustus Pfeiffer *dissert.* 3. *de trihæresio Iudæorum, pag.* 42. *thes.* 2. [Quoad μετεμψύχωσιν, communis Cabalistarum opinio est, teste Manasse ben Israël *de Resurrect. Mort. lib.* 2. *cap.* 18. *pag.* 214. Animas ex uno corpore in aliud transmigrare. Hinc movet dubium Manasse: *Si una Anima ex opinione Cabalistarum, quâ Animarum transmigrationem statuunt, informat varia & diversa corpora, omnia-ne corpora sint resurrectura?* &, si non omnia, *Quæ istorum sint resurrectura?* Quod solvit deinde ex Zohar *pag.* 217. Hanc μετεμψύχωσιν, seu transanimationem etiam

An solæ sanctorum, an etiam impiorum Animæ è corpore in corpus trãsmigrent?

etiam crediderunt Pharisæi, in eo tamen discrepantes à Cabalistis, quod hi etiam impiorum, illi tantùm piorum Animas transmigrare dicerent. Vide Theod. Hakspan. *ad lib. Nizzachon. pag.* 152. Et huc respici, vero non est absimile Matthæi 14. 2. & 16. 14.] Non dicit esse certum, sed verosimile locis citatis transanimationem contineri, nam congruè possent de resurrectione, sine transanimatione explicari.

Consonat Iohannes Fechtius *in disquisitione de Iudaicâ Eccles. pag.* 24. dicens. *Porrò Animas* τὰς τῶν ἀγαθῶν μόνας, *ut loquitur Iosephus in alios homines, vel etiam bruta, secundum id quod peccarunt, ut Tisbi, per* μετεμψύχωσιν *immitti, haud improbabile est. Vocatque communem Pharisæorum sententiam Iosephus, quam Manasse* R. 17. p. 35. *ex Talmud pluribus rationibus firmat. Rab. Benjamin. tamen.* זה דרך כסל, *Stoliditas est, ait. Confer Elenchum Hornbeck* Th. pag. 541. s. *&c.*] Et iterum pag. 50. idem Fechtius sic inquit. [Coniiciunt quidam, nominatim Scaliger, ab Hasidæis eos descendere, quorum mentio fit. *I. Machab. VII.* 23. & alibi. Dogmata hæc sunt. *Esse prater Scripturam Sacram legem oralem, seu traditiones pari pietatis affectu suscipiendas; Earum obseruantiam, quam accuratissima esse possit, esse hominis Iustitiam, cui proinde merces debeatur vitæ æterna; Esse quoddam fatum Astrologicum; Commigrare defunctorum Animas per* μετεμψύχωσιν *in alia corpora,* denique *Acerrimâ vitæ institutione & Sanctimonia, abundantiâ, oratione, philacteriis decimis, Eleemosynis, zelo propagandæ religionis, expiationibus propriis, flagellationibus, ieiuniis, lotionibus, sibi aliisque merita acquiri posse.* Addit *Abstinentiam à carne* Benjamin; vide tamen notam L'Empereur. Confer loca *Matth.* XV. 2. *Marc.* VII. 3. 4. *Act.* XXVI. 5. *Matth.* VI. 2. 5. 16. IX. 14. XXIII. 5. 23. Videatur Hottinger H. E. ESSÆI.

In bruta ferociora pro peccatorum atrocitate Animæ transfunduntur.

Dogmata Hasidæis & Mahometanis communia.

Admittēda sunt Traditiones.

Etiam in merū praxi.

Fatum Astrologicū dari.

Animas transmigrare.

Per virtutes naturales beatitudinē æternam adquiri.

Quid præstet abstinentia à carnibus?

Matthæus 14. 2. hæc habet. *Audivit Herodes Tetrarcha famam Iesu, & ait pueris suis. Hic est Ioannes Baptista: ipse surrexit à mortuis, & propter hoc efficacia operantur in eo.* Et posteà cap. 16. 14. hæc. *Veniens autem Iesus in partes Cæsareæ*

An Herodes admiserit μετεμψύχωσιν?

An etiam alij Iudæi?

Philippi, interrogabat discipulos suos dicens. Quem me dicunt homines esse filium hominis? Illi verò dixerunt. Hi quidem Ioannem Baptistam, alij verò Eliam, alij verò Hieremiam, aut unum Prophetarum. Dicit illis. Vos autem quem me dicitis esse? Respondens autem Simon Petrus dixit, Tu es Christus, filius Dei vivi. Addatur tertius locus præcedentibus similis. Ioannis

An scribæ, & Levitæ?

1. 20. hæc lego. *Miserunt Iudæi ex Hierosolymis Sacerdotes & Levitas, ut interrogarent eum, Tu quis es? Et confessus est, & non negavit, Quia non sum ego Christus. Et interrogaverunt eum: Quid ergo? Elias es tu? & dicit, Non sum*, &c. Converto oculos ad hos tres Sacræ Scripturæ locos; &, ut feram Iudicium de singulis, dico μετεμψύχωσιν non habere locum in PRIMO, non enim suis famulis dicebat Herodes,

Transanimatio distinguitur à Resurrectione.

Animam Ioannis transmigrasse in Iesum; sed ipsummet Ioannem resurrexisse à mortuis, & esse hunc, qui vocabatur Iesus. Non ergo Herodes de Animarum transmigratione cogitabat. Et, ut duos alios locos meliùs intelligamus, proderit audire Pythagoram: sic enim ait apud Ovidium.

Debet distingui erat ab est.

Ipse ego, nam memini, Trojani tempore belli
Panthoïdes Euphorbus eram.

Attende. *Eram* dicit, non *sum*. Ergo, si in Iesum Ioannis Anima transmigravisset, Iesus fuisset Ioannes, non esset. In

An crediderint Iudæi in Christū Eliæ, Hieremiæ, aut Ioannis Baptistæ animas transmigrasse?

SECVNDO loco non interrogat Iesus, *Quem dicunt homines fuisse filium hominis?* sed, *quem dicunt esse?* Et ideò responderunt, *Hi quidem dicunt eum esse Ioannem Baptistam, alij verò Eliam, alij verò Hieremiam, aut unum ex Prophetis.* Interrogationi correspondet responsio; & quia non dicunt eum *fuisse*, sed *esse*, manifestè colligitur, resurrectionem illos, & non transanimationem admisisse. TERTIVS locus est similis. Non enim Iudæi dicebant. *Tu-ne, qui modò es Ioannes, fuisti olim Elias?* sed agebant de tempore præsenti, & dicebant, *Es-ne tu Elias*; Et hoc, sine resurrectione, & sine transanimatione poterat esse verum: non enim mortuus est Elias, sed in Paradisum translatus.

An Elias fuerit mortuus?

252. c.

Per quot, & quæ corpora

Et placet hîc eruditæ curiositatis gratiâ quæstionem paulò

paulò antè à Manasse ben Israël propositam dilucidare. Ponis Pythagoram olim fuisse Æthalidem Mercurij filium, post eius mortem fuisse Euphorbũm, deinde Hermotimum, posteà piscatorem Pyrrhum nomine, & post eum factum fuisse Pythagoram. Et interrogas, In quonam ex his quinque corporibus futura illa Anima sit in resurrectione carnis? Et, si in uno corpore vixerit piè, in alio sceleratè: An-ne in pio corpore ad gloriam: an verò in scelerato ad pœnam sit collocanda? Respondet primò Thomista repugnare, ut una numero forma substantialis simul aut successivè diversa numero corpora informet. Qui incat hanc viam, tollit difficultatem. Sed quid, si vera Scoti Opinio sit, & una numero forma esse possit in diversis materiis? Respondeo, regiminis suavitatem petere, ne Animæ ex corpore ad aliud corpus transmigrent: quia, si μετεμψύχωσις daretur, illa & alia plura sequerentur absurda, quæ in Rationem & Fidem Orthododoxam impingunt. Ergo Pythagoræorũ sententia dicenda est contra Rationem & Religionem militare.

Pythagora Anima mansivisse fingatur?

An μετεμψύχωσις sit possibilis?

Et si esset possibilis, neganda esset: militat enim contra Rationem & Fidem.

253 CONCLVSIO V. *Indi apud Calecutium habent uxores in communi.* Petrus della Valle *Epist. VII. num.* 15. *pag.* 285. ut rem ignotam Europæis, An Indi uxores habeant proprias? expositurus hæc scribit. *Prima ch'io parta da Calecut, noterò qui, già che viene in taglio, alcuna cosa strana; che intesi de i costumi di popoli di quella terra: & è, che i Nairi Gentili non hanno mogli proprie; mà frà di loro le donne tutte son communi; è gli huomini, che con alcuna di quelle hanno prattica, quando vanno à vederla, lasciano le lor armi alla porta, col qual segno nessuno altro entra à disturbarlo finche egli stà dentro, nè hanno perciò alcun disgusto, ò gelosia. Le donne son sostentate da que gli huomini, che con esse hanno prattica. I figli non si cerca, nè pur si sà bene spesso di chi padre sono, mà solo s'attende la discendenza feminile delle Madri; con la qual discendenza anco vanno tute l'heredità.*

An, & ubi apud Indos sint communes uxores?

Nairi, Gentiles sunt.

Quis alat fœminas?

An filius patrem suũ cognoscat?

Genealogias & hereditates per lineam maternam deducuntur.

Fœminæ non sunt inter Mahometanos communes, interim hausto ab Indis scandalo, non semper marito uxorem Iuno

Connubio junxit stabili propriamque locavit:

De Matrimoniorum varietate apud Persas.

Et præcipuè apud Persas, de quibus idem Petrus della Valle *Epist.17.datâ Combrù,29. Novembr.1622 pag.454 §.5.* sic inquit.

Persæ inter Mahometanos sunt Hæretici;

Apud illos Matrimoniū est duplex: nam uxor vel ad proprietatem, vel ad usūfructum suscipitur.

Scriptura de ususfructu matrimoniali est pro tempore determinato.

Elapso illo tempore potest renovari.

Virgo ad usumfructū nubit Nobiliori: vidua pari.


N. B. Matrimonia, hæc ad tempus non sunt vera, nam de essentia Matrimonii à Deo instituti est perennitas.

An hæc ad tempus Matrimonia crebrò celebrentur in Persiâ?

Non sò, se io mi habbia scritto altre volte, che i Persiani, nel Mahomettesimo, di setta Sciaiti, oltra del matrimonio; e del commercio, conceduto a tutti i Mahometani dalla loro empia legge, con le Schiaue, e con le Concubine, i figliuoli di tutte le quali hanno per legitimi; si fanno di piu lecito, contro'l parer de Turchi, e degli altri sonniti, a loro auuersi, che tengono il contrario, un'altra sorte di contratto con donne; che chiamano Tenere una donna ad usofrutto. *Et è, che si fa una scrittura autentica frà di loro, nella quale si obligano di vivere insieme come mariti e mogli, per tanto tempo, quanto a loro pare. Nel qual tempo, i figliuoli, che nascono, o che generano, son pur legitimi. Finito quel tempo, se non voglion perseverare più insieme, si separano; e ciascuno fa i fatti suoi: ouero, se han gusto di farlo, seguitano à viuere uniti, rinovandosi la scrittura, per altro tempo, quanto a loro piace, e bene spesso anche si conferma con nodo più saldo di vero matrimonio al lor modo. Non anderà, in questa guisa, ad usofrutto, una zitella, massimamente nobile, con un suo pari: ma si ben vi anderà, con uno, che sia di maggior qualità. La Vedoua, ò passata per altri mariti, non Zitella, si darà ad uso frutto anche ad un pari: Si perche non è sconueneuole; si anco per la speranza che vi è, di hauere à finire il negotio, quando riesca loro di conuiuer bene insieme, in matrimonio perfetto; e che l'usofrutto serua à punto, per voler far di ciò la proua. Hora in Sciraz, conforme hò inteso (e non era da tacerlo) il pigliar queste donne ad usofrutto, è cosa frequentissima; e forse piu de gli stessi matrimonij, perche in effetto riesce loro di maggior commodità,*

Hæc de Indorum & Persarum, qui adjacent, Religione & moribus volui præmittere: nunc de illo Funiculo triplici, quo in Indiâ Nobiles à plebæis secernuntur, breviter disseramus.

ARTI



ARTICVLVS XVIII.

An funiculum illum triplicem, quo honorantur Brahmani in Indiâ, gestare queant Christiani?

HIc funiculus à Lusitanis *linha*, & ab Italis vocatur *laccio*. Et, si est signum Nobilitatis ferri à Christianis potest, &, si est Religionis non potest. Tota igitur difficultas in eo consistit, ut de ejus verâ significatione statuamus. Vide Petrum Vallæum *Epist.*I. dat. Surati 22. Martij, 1623. *num.* 14 *pag.* 67. 154 *Proponitur nodus difficultatis.*

Rationes pro parte affirmativâ.

PRo parte asserente sunt PP. Iesuitæ, qui illum funiculum meram Nobilitatem significare resolvebant, adeoque posse permitti, ut Brahmani, qui Christianam Religionem suscipiunt, illum retineant. Et hæc est vera & sola defendenda sententia; nam opposita Infidelium conversionem retardat: Indi enim maximi faciunt Nobilitatis gloriam, & ægrè persuaderi illis posset, ut hoc testimonium deponerent. Ad conscientiæ securitatem mihi sufficeret Patrum Societatis authoritas, quia multi & doctissimi sunt, & non approbarent communi suffragio sententiam, nisi motiva priùs librassent & examinassent.

Patres Iesuitæ eam sectantur opinionem, quæ aptior & utilior conversioni infidelium.

Interim arguunt sic. Triplex iste funiculus non solùm conceditur Indis, sed etiam sæpe alîus nationis & Religionis hominibus, puta Mahometanis. Rex enim in servitiorum grandium præmium, interdum Funiculo investit peregrinos & exteros, qui hoc honore recepto, in sua manere Religione permittuntur, quin ipsis vel ver-

Funiculus hic conceditur etiam Mahometanis: qui post illius susceptionem Religionem non mutant.

bum de mutanda Religione dicatur. Hoc ratiocinium proponit Petrus della Valle *ubi supr.* & ait. *Il che per certo è grande argomento.* Et meritò hac censurâ illud condécorat, nunquam enim sufficientem solutionem habebit.

Brahmani, si Heremitæ fiant, funiculum istũ deponunt. Arguunt secundò. Brahmani & alij, qui ex jure aut privilegio utuntur hoc insigni, quando fiunt Eremitæ, & valedicentes mundo volunt vacare soli Deo, inter alia quæ faciunt, funiculum illum deponunt, ut humiliores & viliores reddantur. Ergo funiculus Nobilitatem & mundanam vanitatem, non autem Religionem significat: quoniam, si Religionem importaret, non deberet tiulo strictioris Religionis deponi.

Rationes pro sententiâ contrariâ.

255 *Goënsis Archiepiscopus contrariam opinionem tuetur?* PRo parte negante erat ipsemet Archiepiscopus, qui Matthæum Galvão Gudigno, Canonicum, Romam misit, ut causam hanc contra PP. Iesuitas promoveret. Arguebat autem Illustrissimus Dominus dicens. Quæ sunt ex naturâ suâ mala, & totaliter illicita, Brahmanis ad nostram Fdem conversis indulgeri non possunt. Sed hujus triplicis funiculi usus, est talis: Ergo. Probatur minor. *An funiculus ille triplex, tres Deos significet?* Quia ille funiculus cerœmoniis superstitiosis traditur, & ideò est triplex, quia tres Deos præcipuos apud Indos significat. Ergo tametsi, quod negari non potest, Nobilitatem significet, simul dicit idololatriam. Ergo à Christianis nec recipi, nec retineri potest.

Prætereà. Funiculus ille apud Indos est similis Cruci
256 *An nostris Crucibus Militaribus sit similis?* militari, quâ Nobiles utuntur in Europâ. At hæc simul generis Nobilitatem, & Christianæ Religionis professionem significat. Ergo ille simul Nobilitatis & Ethnicæ Religionis signum est. Probatur Minor: nam sicut Theologicâ Laureâ insigniuntur Doctores in Academiis, ut lingua & calamo Orthodoxam Religionem propugnent: ita & Militaribus Crucibus in Procerum & Nobilium Ordinibus, ut manu armatâ Evangelium defendant.

Resolutio.

Resolutio.

STo pro benignâ ſententiâ: & funiculos illos apud Indos eſſe Nobilitatis, & non Religionis ſignum aſſero: & ideò Brahmanos, qui noſtram Religionem recipiunt, illos ſine ſcrupulo poſſe retinere aſſevero. 257 *Ratio Reſolutionis.*

Et quid, ſi mordicùs aliquis velit illos importare Idololatricam ſuperſtitionem? Reſpondeo, neminem hucuſque dixiſſe ab illis ſolam Religionem Ethnicam ſignificari. Ergo, vel ſignificatur ſola Nobilitas, vel utraque, videlicet Nobilitas, Religioque, ſi primum (& hoc primæ ſententiæ argumenta perſuadere videntur) ſalva res eſt; non enim poteſt ratio ſuccurrere, ob quam Majorum ſuorum gloriâ debeant Proceres Indi, cùm ad Chriſtianam Religionem convertuntur, privari. Si ſecundum (ſi id Adverſariis condonare velîmus) erit triplex iſte apud Indos funiculus ſimilis ipſi *Tag* (pileo rubro) apud Perſas. Ergo geſtari à Chriſtiano non poterit, niſi ex duabus ſignificationibus, quarum altera Civilis, & altera Theologica eſt, hæc poſterior addito ſigno Religionem Chriſtianam apertè profitente elidatur. Ergo, ſicut *Tag*, ſi ſuperponatur Crux, à Nobili Chriſtiano geſtari in Perſiâ poteſt, ſic ſimiliter in Indiâ ille triplex Funiculus, ſi Crux ab eo pendatur: nam ex ſuperiùs dictis conſtat, veſtes interdum loqui; & quæ aliàs loquerentur, tacere, ſi ſigna adhibeantur contraria. *An, & quomodo funiculi purificari debeãt, ſi Religionẽ Ethnicam ſignificare dicantur?* *E duabus ſignificationibus poteſt altera elidi.*

Dices, Funiculum apud Indos, ſicut & *Tag* apud Perſas variis, hiſque ſuperſtitioſis cerœmoniis tradi nobilibus. Ergo nullus illa Chriſtanus poteſt petere, aut recipere, aut recepta geſtare. 258 *An funiculi & Tag cerœmoniis ſuperſtitioſis imponantur?*

Reſpondeo mihi de antecedente non conſtare; unde illud nec negare, nec admittere prudenter potero; fortè enim cerœmoniæ, quas ſuperſtitioſas appellas, ſunt merè politicæ, & Theologiam non tangunt. In dubio ergo antecedens condono. *Ergo nullus*, &c. diſtinguo

conſequens:

consequens: nisi emaculentur superstitione, concedo consequentiam: si emaculentur, nego consequentiam. Et quidem apud nos habemus exempla, quæ possunt Lectorem manu ducere, ut Persiæ & Indiæ ritus & cerœmonias intelligat. Aureum vellus, inter insignia, quæ Rex Hispaniæ confert, nobilissimum; nam Regum & Principum pectus honorat, non omnibus eodem modo imponitur: sed habet inaugurationis solennitas cerœmonias alias & alias juxta qualitatem Candidati. Aliæ enim cùm subditus, aliæ cùm exter recipit insignia, observantur. Et, ut in specie loquar, inferioris Ordinis Principes fiunt Nobiles (Hisp. *se arman caballeros*) à quâ cerœmoniâ Reges & Principes supremi excusantur. Etiam Episcopi aliter loquuntur & adjurant suos subditos, aliter peregrinos, cùm Ordines majores conferunt. *Promittis mihi*, &c. *obedientiam, & reverentiam*, inquiunt, si consecretur subditus, aliàs *Promittis Episcopo tuo*, &c. Ergo nos mutamus in cerœmoniis verba, ut personis (quæ diversæ sunt) attemperemus solennitatem. Ergo verisimile est Regem Persiæ, cùm Tag Christiano imponit, omnia illa verba omittere, quæ non possint acceptari christianè; aliàs, enim contradictoria involveret dicens, *Confero tibi Tag, ut Mahometanam Religionem defendas, & permitto, ut in Christianæ Fidei professione permaneas.* Idem de Funiculo dicito: intexeret enim contradictoria Indus Rex, si quando investit illo Maurum, & tacitè vel expresè pronunciat, *His tribus te investio funiculis, ut tres Deos, quos colimus Indi, defendas; & tamen, ut maneas in Mahometanâ Religione permitto*, suorum Deorum invocaret favorem, aut à Candidato extorqueret, ut aliquo illos cultu prosequeretur.

Pro personarum varietate apud nos, cùm Religionum habitus imponuntur, verba, & cerœmoniæ alterantur.

Armar caballeros, quid sit?

An, quando Christiano Tag à Persiæ Rege imponitur, omnia illa omittantur, quæ Christianæ Religioni repugnant?

An idem de funiculo Indicis dicendum sit?

Si fortè dicantur esse barbari, & has ipsas in suis cerœmoniis & decretis contradictiones ignoranter committere, resolvemus, neminem posse hæc insignia recipere, si per verba, vel nutus debeat profiteri Religionem sacrilegam. At tunc statim dicam, aliud esse hæc insignia recipere, & aliud toto cœlo diversum, illa jam recepta

Sunt, quæ recipi nequeant, & recepta retineri possint.

recepta gestare, retractari enim per confessionem Fidei Christianæ potest, quæcumque admissa sit in receptione superstitio. Et confessio illa per publicam Crucis gestationem præstatur.

Dices secundò, primum benignæ sententiæ argumentum, destitui viribus, *perche*, ut ait Petrus della Valle, *l'havere alle voltē i Re Gentili honorato con tal segno qualche Mahomettano, massimamente lor vasallo; con restarsi Mahomettano comè prima, è appunto come, se ne' paesi nostri concedessimo à qualche Giudeo per priuilegio di portare il capel nero, senzà forsi Christiano, che per modo di dispensa ben può farsi; mà non si può negare, che il portarlo, o nero, o giallo, oltre de la honorevolezza non sia anche segno della Religione, ò setta, che'l huomo professi*, &c. 259 *An funiculus ille triplex, pileo nigro vel flavo sit similis?*

Respondeo, te putare (& hoc multis contingit) benignam Opinionem evertere, ubi tamen illam tuâ maximè responsione confirmas: quoniam, *si Tag Persicum*, & *Funiculus Indicus* indulgetur Christianis, sicut Romæ, Venetiis, &c. conceditur Iudæis *Pileus niger*, sumus in claris: nam hunc Iudæus pileum tutâ potest conscientiâ recipere, & receptum gestare. Et hoc ut meliùs intelligas, has Theses, ut certas & indubitatas, intersero. Est enim 260 *Hæc Objectio benignā opinionem confirmat.*

Prima. *Pileus niger non est signum Religionis.* Patet, nam Romæ, Neapoli, Venetiis, &c. à servis Mahometanis gestatur. Corrollarium. *Ergo sine scrupulo concedi Iudæis potest, ut illum gerant. At per te Tag*, & *Funiculus* sunt huic Pileo similia. Ergo. *An niger pileus sit Religionis signum?*

Secunda. *Pileus flavus, aut ruber, quo Iudæi distinguuntur à cæteris, non est signum Religionis.* Ostenditur: nam si esset superiorum intentio, ut Achristiani distinguerentur à Christianis, juberent etiam Mahometanos & Gentiles insignari. At hoc ipsi non jubent. Ergo aliò respicit eorum mandatum. Vt existimo ubicumque Iudæi, hoc vel illo modo, ob politicas causas signantur, sunt enim vafri & fraudulenti, & passim Christianos decipiunt, qui cum illis conversantur incautè. Ne ergo illorum contra nos prævaleat astutia, volunt Principes, ut 261 *An flavus Romæ, & purpureus Venetiis Iudaicā perfidiam importet?*

Non solùm Christianos Iudæi, sed & suos fallunt.

signum externum præ se ferant, ut ab universis noscantur. Nec sumus Christiani tantummodo, qui ab illis fallimur: nam inter se nullam fidem observant, & calliores decipiunt quotidie minùs callidos. Confirmatur. Romæ in Bacchanalibus larvata juventus se recreat: & quicumque habitum sibi fingit ad placitum. Pallio unus Græco induitur, alter togâ Romanâ; Germanicis bullis tumet pauper, divesque τρίβωνι involutus mentitur egestatem. Romanizat Armenus, ac Armenizat Italus; & alij tandem diversarum gentium habitus immiscendo induvias chimærarum & hircocervorum adsumunt. Vt audeam dicere, nihil in toto terrarum orbe pulchrius hac numerosâ varietate adspectari. At inter alios habitus aliqui Iudæum pileum adsumunt. Ergo hic nationem, & non Religionem concernit. Patet, quia, si ipse Religionem concerneret, nec licitè permitteretur, nec adsumeretur impunè. Nec juvat dicere, nihil à larvatis seriò agi: quia sicut permitti non potest, ut larvatus blasphemias in Deum & Sanctos evomat, aut calumnias & injurius in Papam & Prælatos exoneret, sic nec ut Christum neget, adsumens vestem, quâ contumaciam Iudaicam protestetur.

An flavo pileo uti Christiani permittantur?

Quæ Romæ fiant in Bacchanalibus?

Sicut larvatus, non potest blasphemias ore evomere, sic nec vestibus Christum negare.

262 Dices tertiò, posteriorem rationem, quâ benignam sententiam suadebamus, elumbem esse: nam illam Petrus della Valle hac Censurâ perstringit. *Questo secondo argomento non pare à me, che stringa tanto: per che fra di noi Christiani ancora, se un Cavalier dell' habito di Calatrava, o simili, che sono insigne de Nobilita, per far vita più santa, entra en qualque Religione, o di Fratri, o di Monachi, o di altri Regolari, chiara cosa è, che pigliando l'habito Religioso, depone l'insegna della sua cavalleria, ancor che sia la Cruce, che della nostra Religione Christiana non si può dar protestativo majore, ben che da quei Cavalieri si porti anchora per insegna di Nobiltà.* Sed Vallæus adlucinatur, speciem cum genere confundens: aliud enim est Christianam Religionem ut sic, & aliud talem aut talem (Franciscanam aut Dominicanam) profiteri. Nullus est habitus Religionis Christianæ,

An Militarium Ordinum Equites, deponãt Cruces, cùm habitũ Monachalẽ adsumunt?

Crux Calatravensis, v. g. non significat Christianã Religionẽm

Christianæ: nam tametsi, qui gerunt Crucem, se esse Christianos profiteantur, non tamen omnes, qui sunt Christiani, Crucem in habitu gestare tenentur; imò nec permittuntur. Cùm autem Crux Calatravensis (utamur eodem exemplo, quod proposuit Vallæus) non significet Religionem Christianam ut sic, sed contractam ad Ordinem Calatravensem, ab hujus Ordinis Religiosis, & non ab aliis gestari poterit. Quam ob rem, sicut Dominicanus, qui ad S. Francisci v.g. Religionem transfertur, non potest ampliùs gestare Dominicanum habitum in Ordine S. Francisci; sic similiter Eques Ordinis Calatravensis si ad Ordinem Dominicanum transeat, debet habitum Calatravensem deponere, & Dominicanum adsumere.

ut sic, sed quemdã determinatũ Ordinem Religionis Christiana.

Stat ego, si secundum illud benignæ sententiæ argumentum meliorem solutionem non habeat, triplicem apud Indos funiculum esse qualia apud nos sunt Armorum stemmata. Hæc enim sunt Civilia signa: & ad Ordines Regulares non transeunt: quoniam Religiosi in sigillis, sui Ordinis stemma exprimunt, & Majorum suorum stemmatibus uti minimè permittuntur. Imò in aliquibus Religionibus, & in Excalceatis præcipuè, cum sæculari habitu relinquuntur cognomina, & qui in sæculo *Ioannes Henriquez*, *Fernandez*, *Gonzalez*, *Ramirez*, &c. nominabatur; vel à loco, in quo fuit natus *Ioannes de Madrid*, *de Sevilla*, *de Lisboa*, *de Paris*, &c. dicitur, aut à Cælitibus cognomen sumens, *Ioannes de S. Petro*, *de S. Paulo*, *de S. Francisco*, *de S. Bernardo*, &c. vocatur.

An Religiosi stemmata Avorum retineant?

An etiam relinquant suorum parentum cognomina?

Consultò dixi, ***Stat ergo, si secundum illud ben. sent. arg. meliorem solutionem non habeat***, quia tametsi adducta à Petro della Valle solutio non videatur sufficere, occurrit altera, quæ illud evidenter enervet. Et sic discurro. Ad hoc, ut unum prædicatum duplici præditum formalitate dicatur repugnare subjecto, non est necessarium, quòd utraque repugnet formalitas, sed sufficit, si repugnet alterutra: nam in hac Propositione, *Leo est Equus.* Subjecto 263

Vt prædicatum, in quo sunt duæ formalitates subjecto repugnare dicatur, sufficit, quòd altera subjecto repu-

net prædicati formalitas.

jecto prædicatum Equus (videlicet , Animal hinnibile) convenire non potest , quia tametsi Leoni conveniat Animalitas , illi repugnat Hinnibilitas. Et potest esse prædicatum , quod propter unam formalitatem uni , & propter alteram alteri subjecto negetur: quoniam, si S. Gregorio Papæ subscribentes Hominem sentire cum Brutis, & intelligere cum Angelis dicere placeat , istæ Propositiones , *Elephas est Homo* , & *Angelus est homo* , erunt falsæ: quia tametsi Elephas sentit , non intelligit : & Angelus, tametsi intelligit, non sentit. Hinc itaque ad triplicem Funiculum Indorum redeamus. Si simul Nobilitatem & Impietatem (Religionem Idololatricam) significaret, Giangamæi (Religiosi sunt apud Indos , qui ob humilitatem vestes prorsus ridiculas , & faciem incineratam habent.) Gioghi (qui etiam sunt Religiosi , qui *Vale* ultimum dixere Mundo , & à commercio humano abstracti in eremo habitant) & alii similes , non ob impietatem Ethnicam , sed ob Nobilitatis circumstantiam funiculum asper[illegible]rentur : & eumdem Christianus , licèt in Nobilitatis circumstantiâ nihil reperiret illicitum, propter alteram circumstantiam (impietatem) funiculum detestaretur.

An homo sentiat cum Animantibus, & cum Angelis intelligat?

Giangamæi , & Gioghi *sunt apud Indos Religiosi.*

N O T A.

264 *De tribus MMM. quæ à Desperatione aboriuntur.*

ET hìc Criticos monere volo non esse omninò falsa Axiomata, quæ usurpantur in diversis regionibus. Et quia ultimæ lineæ præcedentis paragraphi erant de Religiosis , subvênit in memoriam illud Lemma, *Desperatio facit tria M.* (videlicet , *Monachum* , *Militem* , *& Meretricem*) quod tametsi sæpe fallat, multi enim propter amorem Dei , vitam Religiosam sectantur ; alij , ut generosè Patriæ serviant , dant suum nomen militiæ : & non paucæ propriâ malitiâ inductæ lasciviunt ; sæpe est verum , ut dixi : nam multi , ubi despondent animo , nec habent,

Fallunt sæpe, non semper, Regulæ generales.

habent, cur meliora sperent, ad illos status confugiunt. Et hujus Adagij priorem partem, videlicet, *Desperatio facit Monachum*, locum habere in Indiâ video, nam Olalæ Regina Petrum della Valle *Epist.* VI. *num.9. pagin.*229. interrogavit, *se à sorte era uscito dalla sua patria per qualche disgusto, ò per la morte di qualche parente, ò persona amata, onde andassi cosi sperso per lo mondo, perche in India, e per tutto l'Oriente, sogliono farlo alcuni, che per disgusti, o d'amore, ò di morte di persone care, o per altri sfortunati accidenti, che loro auuengono, quasi* disperati *si fanno Gioghi se son Gentili, ouer Deruisci, & Abdali, se son Mahometani; che son pur una specie d'huomini vagabondi, ò disprezzatori del mondo, che quasi nudi con una sola pelle in spalla, & un bordone, ò hasta nelle mano vanno spersi per diversi paesi, à guisa de nostri pellegrini, vivendo di limosine, e poco curandosi di ciò che loro auuenga; fanno vita conforme alle mala dispositione del lor cuore.*

Causa ob quas homines fiant Monachi optimè Olaliensis Regina.

Gioghi *sunt inter Gentiles Monachi, ut inter Mahometanos* Dervisci.

Mũdum & mundana contemnunt.

Satisfit rationibus Opinionis severæ.

PRimò militat contra nos Illustrissimi Archiepiscopi authoritas, zelusque, quo ferebatur in Patrum Societatis sententiam. 265

De argumento ab authoritate.

Respondeo authoritatis pondus in qualificatione Assertionum, non ex dignitate personæ, sed ex doctrinâ & prudentiâ desumi; nam viri sæpe indocti condecorantur infulis. An Archipræsul ille fuerit doctus, non scio: at vidi Gandavensem Episcopum in Belgio, nobilem quidem, sed indoctum, ita fuisse contra Societatem commotum ut ubi primùm audiit Cornelium Iansenium adversus Iesuitas scripsisse, cœcis oculis in materia, quam non intelligebat, se Iansenistam declaraverit, & tantâ pertinaciâ Mechliniensi Archiepiscopo adhæserit, ut Vrbani VIII. Bullam in suâ diœcesi publicari noluerit, & suo contra sedem Apostolicam nomine contumeliosum libellum edi in lucem permiserit. Ergo fortassis Goënsis Archiepiscopus, ut Patribus Ie-

An in illo persona dignitas, & non potiùs doctrina & prudentia sint consideranda & ponderanda?

Cur Gandavensis Episcopus se-ctatus sit Iansenij partes?

De opinionum delectu.

suitis contradiceret, severam sequebatur sententiam. Zelus prætereà Illustrissimi Domini mihi non placuit: nam sic discurro. Si esset utraque sententia probabilis, illam deberemus amplecti, quâ stante faciliùs Ethnici converterentur. At difficiliùs Brahmani, & alii nobiles converterentur, si cogerentur cum Gentili impietate etiam Nobilitatis characterem deponere. Ergo, si utraque sententia esset probabilis, illam Zelus prudens eligeret, quæ Indis permitteret insignia Nobilitatis retinere. At hæc erat probabilis. Ergo debebat eligi. Suadetur minor: quoniam à Patribus Societatis, qui multi sunt, & docti, & etiam è Mundi finibus, si gravia dubia occurrant, Europæos consulunt, defendebatur.

Est difficile Ethnicis cũ impietate nobilitatis characterem deponere.

An Patrum Societatis authoritas sufficiat ad probabilitatem?

266 Secundò recognosco rationes: & in illis peti principium assero; hoc est, supponi, quod deberet probari. Concessa ergo majori, minorem nego. Ad probationem nego tres Ethnicorum Deos illis tribus funiculis, significari: cùm, quia apud Indos non solùm tres, sed alii plures Dij adorantur: tum etiam, quia etsi tres essent Indis Dij, possent illi funiculi, tres in Nobili requisitas virtutes (Fidelitatem, Fortitudinem, Constantiamque) significare. Quod si Brahmani ante baptismum, dicant illas tres chordulas esse trium Deorum Notam, hæc chordulis privatâ authoritate accensebitur significatio; adeoque iidem Brahmani post susceptionem baptismi eisdem chordulis tres Divinas Personas poterunt significare. Nec concedendum est inesse illi Notæ significationem publicam, nisi Diploma publicum exhibeatur: aut in significatione illa universi convenerint. Et quid, si convenerint: poterunt meliùs instituti convenire in significationem contrariam. Quoniam Ethnicorum cæremoniæ, nec debent, nec solent aboleri ex toto, sed ex ea tantùm parte, quâ sunt sacrilegæ. Hanc doctrinam tam indubitatam *lib.5. de Theol.* censuit Nazianzenus, ut ex illa ad Medicinæ praxim, quam volebat suadere, argumentum deduxerit. *Pædagogorum more*, ait, *ex patriâ Religione, dum aliud abrogat, aliud verò concedit* (tolerat, retinet)

An tres illi funiculi, tres significent Deos?

An tres Heroum virtutes?

An possint tres Sanctissimæ Trinitatis personas designare?

tinet) *nonnihil pristini ritus, quod voluptati sit, ipsis permittit: non aliter & Medici ægrotantibus facere solent, huc spectantes, ut medicina, adhuc acerba, dulcore aliquo ad artis præscriptum temperata, æquioribus animis recipiatur.* Ergo, sive ex Religione ad Medicinam (quod puto) sive ex Medicina ad Religionem (quod putare possem) argumentum decurrat, nostram sententiam magno suffragio Nazianzenus adfirmat.

Ad rationem, quæ §. *Præterea*, adducitur, respondeo, negando primi syllogismi majorem, non enim Militarium Ordinum Crucibus sunt similes illi Funiculi; nam hæ Nobilitatem, Religionemque simul significant, illi autem solam Nobilitatem. Ad probationem dico, me non Minorem, sed Majorem negasse. *An nostris Crucibus similes sint?*

Et, ut huic Quæstioni imponam finem, *esse in Republicâ Christianâ potestatem mutandi signorum significationem, & posse facere, ut manente eodem materiali signo, mutetur in piam sanctamque ethnica & sacrilega significatio.* Ergo, etsi illi Indorum funiculi apud barbaros tria illorum Idôla significarent, Ecclesia, si expedire cognosceret, jubere posset, ut illos Christiani gestaremus, ut hoc profiteremur signo Sanctissimæ Triados mysterium ineffabile. Et, si semel hoc faceret, omnis cessaret Disputatio. Esse in Ecclesiâ potestatem huiusmodi, multis possem argumentis probare, sed sufficiat oculos ad Aquam lustralem convertere: Virgilius enim sub quintæ Æneidon finem cecinit. *An possit Ecclesia signa Gentilia retinere, & significationem mutare?* 266. *b.*

Ecce Deus ramum Lethæo rore madentem,
Vique soporatum stygiâ, super utraque quassat
Tempora, cunctantique nutantia lumina solvit.

Aquâ lustrali superstitiose utebantur Gentiles: & nos hodie utimur religiose.

Et Æneide sextâ

Occupat Æneas aditum, corpusque recenti
Spargit aquâ, ramumque adverso in limine figit.

Et nos hodie aquâ lustrali (quam *benedictam* vocamus) utimur. Et hunc ritum antiquissimum esse, constat ex Digesto Chronologiæ Papalis, in quo ad ann. 121. P. Franciscus Carriere *pag.* 10. *a.* sic ait. [Quod autem tradit *Quàm sit antiquus*

ejus usus in Ecclesiâ Catholicâ? dit ipsum (Alexandrum I.) inter alia constituisse, *ut Aqua aspersionis cum sale benediceretur in habitaculis hominum*, id sanè jam pridem Apostolicâ Institutione traditum, ab Alexandro potiùs Decreto roboratum, quàm recèns statutum dici debet.] Ecclesia igitur aquæ lustralis usum retinuit, & mutando significationem, ab Ethnicâ superstitione aquam emaculavit.

An Deus ipse sacrificia Ethnicorum retinuerit, auferēdo superstitiones? Et quia sapientibus & insipientibus; adeoque Catholicis & Hæreticis debitor sum, ut etiam Heterodoxis, qui Romanam Ecclesiam esse infallibilem perfidè diffitentur, satisfacere possim, Deum ipsum Ethnicorum sacrificiorum mutasse significationem clarissimè demonstraturus sum. Attende.

חטאת ליהוה quid sit? Numer. 28. 15. legimus. *Hircus quoque offeretur Domino pro peccatis in holocaustum sempiternum.* Et hæc oblatio Hebraicè dicitur, חטאת ליהוה, *sacrificium pro peccato ipsi Domino.* Relegis contextum, & inquiris, Cur illud verbum ליהוה, *ipsi Domino*, quod in aliis principalium festorum *Neomeniæ Lunæ erant dedicata.* sacrificiis non ponitur, hìc legi debuit? Respondeo hoc sacrificium antiquissimum fuisse apud Ethnicos: quoniam in omni novilunio Gentiles Lunæ hircum sacrificabant. Sacrificium non interdixit Deus, sed quod prius offerebatur *ipsi Lunæ*, iussit, ut imposterùm offerretur *ipsi Domino*. Et hanc ob causam, ut tollatur æquivocationis occasio, non in aliis de novo institutis, sed in hoc à Lunâ ad Deum translato dicitur ליהוה, *ipsi Domino*, ut moneamur non in *Quomodo signorum abusus tollatur?* re, sed in significatione abusum esse; & istum tolli, si significatio ex sacrilegâ in religiosam convertatur. Habes doctrinam hanc apud Majmonidem, *part*. 3. *cap*. 46. eiusque verba Arabica, vel in ipso, vel etiam in Iohannis Henrici Hottingeri Historiâ Orientali *lib*. 1. *cap*. 8. *pag*. 305. reperies: nos, ne Typographo molesti simus, eadem *Cur sacrificium, quod in neomeniis fiebat & nō aliud, offerri Deo expressè dicatur?* Latinè reponemus. Porrò illud ליהוה, *ipsi Domino*, in hoc sacrificio, & non in aliis exprimitur, inquit Majmonides, *ne videlicet quis* שעיר ראש *existimaret hircum Neomeniæ offerri Lunæ, sicut facere solebant Copti in Ægypto, qui initio mensium Lunæ offerebant. Propterea expressè explicatur*

hoc

hoc Deo consecrari, non autem Lunæ. Hoc verò in hircis festorum majorum, aliisque solennitatibus non esse extimescendum, siquidem tales dies non sint initiales mensium, adeoque signum habeant naturale quo distinguantur. Ecce duo erant sacrificiorum apud Hebræos genera, teste Majmonide. Alia incidunt extra Calendas mensium: & in his dies ipsi sunt signa naturalia (naturaliter nota: non autem naturaliter significantia) quæ rationem sacrificij commu- nem restringunt & determinant ad ipsum Deum: Cæterùm, quia in νεομηνίαις Lunæ & aliis Diis Ethnicis, nec non etiam ליהוה, *ipsi Deo vero* hostiæ sacrificabantur, & comburebantur, maneret sacrificij, æquivoca significatio, nisi contraheretur & restringeretur. Debuit ergo necessariò restringi: & ut censeretur restricta, satis fuit illud ליהוה, quòd ceremonia externâ & sensibili consecraretur & offerretur Vero Deo.

Cur hoc potiùs quàm aliud debuerit restringi & determinari

Stat ergo Deum ipsum materiam sacrificij, quâ utebantur Ethnici, retinuisse, formam (seu significationem) mutasse. Stat etiam Ecclesiam materiam aquæ lustralis, quâ utebantur Gentiles, retinuisse, & formam (benedictionem, usumque) mutasse. Ergo stabit similiter, & Pilei Persici, & triplicis Funiculi Indici posse Ecclesiam, si velit, retinere materiam, formamque (significationem) mutare: puta, si jubeat: nam galerus libertatis est symbolum, per *Tag* (per pileum rubrum) libertatem & generis Humani Redemptionem: & per triplicem illum Funiculum Personas Sanctissimæ Triados significari.

Quid circa Tag Persici & Funiculi Indici gestationem Ecclesia decernere possit

Galerus est libertatis symbolum.

Et quia summâ animositate Goënsis Archiepiscopus Patribus Societatis se opposuit, & Canonicum, & Matthæum Galvão Gudigno Romam misit, meritò pij & ingeniosi Lectores, quid Romæ sit decretum, inquirent. Dico igitur fuisse Quæstionem de re jam priùs judicatâ & decisâ, & à Cardinale Bellarmino jam olim disputatâ. Nam re providè examinatâ & consideratâ Gregorius XV. 31. Ianuar. 1623. posse dictum Funiculum à Christianis gestari declaraverat, sub aliquibus nihilo-

Quid Romæ à Sede Apostolicâ de huius Funiculi gestatione decretum sit

minus conditionibus, quæ superstitionem omnem emacularent, & solam avitæ Nobilitatis aut dignitatis gloriam relinquerent. Prohibuerat tamen modum Ethnicum suscipiendi, & cerœmonias illas omnes, in quibus esse poterat impietatis suspicio; iusseratque ut in honorem Sanctissimæ Trinitatis deferretur: & ut nostri in Indiâ Concionatores majoris ab indigenis fierent, Albertum de Nobili, & alios ipse Missionarios hoc Funiculo condecoraverat. Interim, ut ex Petro della Valle constat, nondum in Indiam hæc Pontificis Declaratio pervenerat.



ARTICVLVS XIX.

An Christiani in Indiâ possint habere inaures?

267 BINÆ sunt partes inauribus, circelli videlicet & pendula; & ut video pleræque omnes fœminæ in Europâ habent inaurès; paucæ enim gerunt circellos sine pendulis; & rara est, quæ etiam circellis careat. Inaures integras nullus vir gestat: at quia Medici iudicant perforatis auribus clarificari oculos, aliqui apud nos viri sibi aures perforant; &, ne hæc occludantur foramina, inserunt annulos. [a] Et Petrus della Valle propter similem morbum in sinistrâ aure circello aureo utebatur. Interim apud Orientales inaures Religionis sunt signum: nam imponuntur statuis, quæ adorari jubentur; & hominibus qui illarum cultum profitentur. De Diis M. Christianus Hoffmannus libri, qui inscribitur *Vmbra in Luce* §. XXXVIII. audiri poterit: ait enim *Amidæ ingens statua in suggestu fani cuiusdam à Meaco quatuor fere passuum millibus à priscis Impp. conditi considet, Brachmanis habitu, perforatis auribus, mentoque & capite raso, supra statuam*

Inaurium partes: earumdem usus.

N. B.

a] *Psalm.* 39. 7. aures autem perfecisti mihi, *alij*, perforasti mihi, *cur non erit*, Oculos mihi clarificasti?

An sint signa Religionis?

Simulachrum Amidæ.

ſtatuam quaſi pro umbraculo pendent excepta catenis multa, magnaque tintinnabula, &c. Poſteaque §. XLI. de Tezcatlipucâ Numine Mexicanorum diſſerens, ait. *Pingebatur vir, cæſarie prolixa decoratus, crinibus extremis in aurum* (aurem) *innodatis; & appensâ aureâ aure, in quâ fumus depictus preces notabat. Eidem in dextera erat ſpeculum, in quo omnia, quæ ubique gererentur, intueri poſſet.* Inauris, quæ in ſtatuâ paſſivum cultum denotat, in perſonâ vivâ activum denotare videtur. Ioh. Henricus Ottingerus in hiſt. orient. libr. 2. cap. 6. pag. 495. varios ordines Religioſorum, qui inſaniunt apud Turcas deſcribit: & inter alia ait: *Vnuſquiſque portat ſignum ſuæ profeſſionis, ſi enim videris aliquem in capite deferre pennas, denotat eum meditationibus & revelationibus deditum eſſe, ſi portat habitum conſutum variorum colorum peciis, ſignificat paupertatem. Illi, qui inaures portant, inauribus ſignificant ſe obedientes eſſe in ſpiritu propter raptuum frequentiam. Portantes catenas in collo, vel in brachiis denotant violentiam vel vehementiam, quam habent in Ecſtaſi.* Ecce inter Turcas ſpecialem Religioſorum ſectam inaures conſtituunt & diſtinguunt: cæterùm in Orientalibus Indiæ provinciis inaures habent univerſi Gentiles, etſi ſunt Religioſi, ut conſtat ex Petri della Valle *Epiſt. 7. num. 4. pag. 262.* ubi Gioghorum (ſeu Eremitarum) Archimandritam, quem *Regem* nominant, depicturus, ſic inquit. *Era vecchio, con barba tutta bianca, e lunga, ma robuſto: in ambedue le orecchie portaba appeſe due palle, che parevano d'oro, non sò ſe vote, ò piene dentro, più groſſe che una palla di moſchetto; & i fori delle orecchie eran grandi e l'eſtremità per lo peſo aſſai cadute*, &c. Et illæ ipſæ inaures, & alia ornamenta corporis non carent ſignificatione apud Monachos: nam Bartonus *lib. 1. de Pſeudoproph. Muhamed.* apud Iohannem Henricum Hottingerum *in Hiſt. Orient. lib. 2. cap. 6 pag. 496.* ſic inquit. *Illi, qui inaures portant, inauribus ſignificant ſe obedientes eſſe in ſpiritu propter raptuum frequentiam: Portantes catenas in collo vel in brachiis denotant violentiam vel vehementiam, quam habent in Ecſtaſi*, ſunt rari ex noſtris, qui circellos hos in auribus habeant, ſed quia omnes Luſitanæ

Et alterum Tezcatlipuca.

Quid in eo fumus, & ſpeculum importet?

Varij Religioſorum Ordines apud Turcas.

Quomodo inter ſe ſecernantur?

Qualis fuerit Gioghorum Abbas, quem Regē nominant? De eius inauribus.

Quid inaures & catena ſignificent.

An Luſitana in Indiâ fœmina inaures retinere queant?

fœminæ inaures gerunt, meritò inquiri poteſt, *An illas deponere debeant ne Ethnica Indorum ſuperſtitione maculentur?* Inauris nihil ſuperſtitioſum ſignificare in India affirmo; nam nationem & non Religionem concernit: quam ob rem, non eſt cur Quæſtio de re certa moveatur. *Et quid, ſi illis uterentur Ethnici, ut ſe eſſe Deorum ſuorum mancipia publicè proteſtarentur?* nam ritu ſervi antiquo aures habebant perforatas [b] An in tali inaures poſſent caſu præ ſe ferre fœminæ *Luſitanæ*? Reſpondeo in tali caſu inaures fore ſignum ſimile voci quæ in unâ lingua honeſtam, & in alia obſcœnam habet ſignificationem. Nam ſi *Catz* apud Belgas ſit cognomen familiæ, & Cazo apud Hiſpanos inſtrumentum culinarium ſignificet, non ideò Belgæ & Hiſpani huius vocis uſu interdicendi ſunt, quòd obſcœnè ſonet apud Italos: habebit enim vim vocis æquivocæ, & per concomitantes alias voces ad talem ſignificationem reſtringetur, ubi primùm ad talem linguam reſtringatur. Quam ob rem, ſi dicas Belgicè, *Schoone dichten heeſt gecomponeert, Catz*, hoc eſt, *Pulchra carmina compoſuit Catzus*, aut, ſi dicas Hiſpanicè. *Mejor ſe frie qualquiera coſa en un aſarten, que en un cazo:* nihil ſordidi dixeris; nam vox illa æquivoca ante contractionem potentia, & non actu ſignificat; & contracta, illam rem ad quam fuit contracta, & non aliam. Ergo pone inaures ſignum eſſe ſuperſtitioſum apud Indas, divitias gerentis aut quid aliud apud Luſitanas deſignare, eædem per veſtes Indicas, &c. contractæ habebunt ſignificationem indecentem: & per veſtes Hiſpanas contractæ habebunt honeſtam & non malam.

b] *Aures ſervis perforabantur: alibi, cùm ſubigebantur: alibi, cùm fortè à ſervitute liberabantur. Ergo illud Pſalmi.* Aures autem perforaſti mihi, *erit,* Me, Deus, in ſervum elegiſti, & à Dæmonis ſervitute liberaſti, *&c.*

Quid apud Belgas Catz, *& quid ſignificet apud Hiſpanos* Cazo?

Significatio inaurium per gerentis eas veſtem contrahitur & determinatur.

Si dicas hanc rationem locum habere in fœminis, & non in Viris, & tamen Chriſtianos Viros in India temerè ornari inauribus, duo dices, è quibus ſaltem hoc ultimum poteris manifeſtè probare: quoniam dixerat *Epiſt.* IV. *num.* 2. *pag.* 141. Vallæ. Alli 14. Ottobre. 1623. la matina sbarcammo in Pangi: & ambidue gli Ambaſciatori ſi videro inſieme alla riua dell mare, doue trouandomi anch'io con loro, il ſign. Giouanni Fernandez diſſe

An, ſicut de fœminis ſic etiam diſcurrendum de viris ſit?

diſſe all'Ambaſciator Brahmene, chi ero io, è che per curioſità voleuo andare à veder con loro il ſuo Rè; di che egli hebbe molto guſto; mà più aſſai gli piacque il pendente ch'io portauo all'orecchia ſiniſtra, come ſoglio far di continuo da piu anni in quà per rimedio della mia debil viſta, perche il portar pendente all'orecchie, è coſtume particolare degli Indiani, è particolarmente Gentili, che tutti gli portano in ambedue le orecchie e perche ciò frà Portogheſi e coſa non ſolo inſolita, ma quaſi tenuta da alcuni di loro più idioti ignorantemente per illecita, ſolo per che da i Gentili è vſata, l'Ambaſciator però ſimarauigliaua, ch'eſſendo io della Religion de Portogheſi, l'vſaſſi: mà ſaputo, che à noi non era per legge prohibito, ma ſolo per coſtume diſuſato, e che in Europa da molti s'uſaua, lodò pero il coſtume e diſſe à i Porthogheſi, che vedeſſero, com'io compariua bene con quel pendente, e meglio di loro, che non lo portauano, tanto può l'uſo, che accommoda l'occhio alle coſe, e fà piacere eſtimar quello, che ad altri per non vſarle diſpiaccono è non ſono in prezzo alcuno.

Indi utuntur inauribus, & Luſitani non ũtuntur.

An oculis proſint inaures?

An maurium uſus ſuperſtitioſus & illicitus ſit

An conducat ad pulchritudinẽ?

Similia acciderunt Calecutij Vallæo, nam, ut *Epiſt.* VII. 268
num. 12. *pag.* 276. legitur, Rex ipſe *domandò degli altri ſoldati preſenti, e ſopra tutto molto in particolare di me, ſegnalando il pendente ch'io ancora, quaſi a lor coſtume d' India portavo all' orecchie: e ſpiandomene con maraviglia, come di coſa che ſapeva non eſſer frà Portogheſi uſata: gli feci dire, chi era; cioè, di che patria*, &c. Ecce quocumque ibat Vallæus, ejus inauris ut res Luſitanis inſolita, & communis Gentilibus, ab univerſis notabatur.

Eſt inſolitum in India videre Chriſtianũ cum inauribus.

Hinc ſumpta occaſione inquiro, *An viri Europæi, ſiquidem rariſſimi apud nos inaures geſtant, & in Indiâ omnes Gentiles illas geſtant, uti illis poſſint, quin cenſeantur ſacrilegium committere.* Et ratio dubitandi eſt: nam, ſi illis inauribus Religio Ethnica ſignificatur, illarum uſus ſacrilegium involvet.

An Viri Chriſtiani habere in Indiâ inaures poſſint?

Reſpondeo poſſe; quia illæ ab Indis ad ornatum ad-

missæ, non verò ut illo ipsi signo Religionem Ethnicam profiteantur.

269 Et quid, si Indi Religionem suam inauribus profiterentur? Respondeo repetendo, quæ paulò antè dicebamus de mulierum inauribus. Hanc ergo Fundamentalem Propositionem, *Sicut de Vocibus æquivocis, sic de aliis signis æquivocis est philosophandum*, supponam, dicamque me in visibilibus quibuscumque signis non reperire majorem, quàm in vocibus, difficultatem. Aliæ habent unicam significationem, aliæ autem duplicem, & hæ, ut sciunt omnes, *æquivocæ* solent vocari. Porrò vox, quæ simplicem & hanc immundam habet significationem, puta, quæ in Italiâ v. gr. obscœna sit, & in aliis regionibus aut linguis nîl omninò significet, qui illam coram Italis proferat, lascivi ignominiam incurret: cæterum, si sit vox, quæ duplicem habeat significationem, alteram in Hispaniâ, alteram in Italiâ, si fortè obscœna sit hîc, & ibi innocens, non debet è concionatoriâ dialecto ab Hispanis proscribi, quia per concomitantes voces ad significationem castam determinabitur.

Inter voces & alia signa servari debet analogia.

Quid sit vox æquivoca.



ARTICVLVS XX.

An Turcæ Neapoli Christianos tutâ conscientiâ possint ad Ecclesiam solennibus diebus convocare? An, & quid homines per tormenta bellica, tubas & campanas loquantur? An & quando mentiantur?

270 VIDERETVR, quòd non: nam sicut linguis, sic tubis & bombardis, sic etiam campanis homines, cum datur occasio, loquuntur. Virgilius *Æneid.* 8.

Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce

Possumus, & solemus loqui tubis.

Extulit

Extulit & rauco strepuerunt cornua cantu,
Vtque acreis concussit equos, utque impulit arma,
Extemplo turbati animi, &c.

Etiam flagellorum strepitu.

Non tubis tantùm, sed & flagellis signa dantur Equitibus. Idem *Æneid.* 5.

Postquam omnem læti consessum oculósque suorum
Lustravêre in equis: signum clamore paratis
Epytides longè dedit, insonuitque flagello.

Et bellicis tormentis in bello.

Vt Mahometanos ad Mosquitam convocat, sacrificulus ex altâ turris fenestrâ vociferatur.

Olim Arabes coluerunt Venerem:

Eam Kabar, μεγάλην, magnam nominabant.

Quibus verbis sacrificuli Arabes, è turri clamantes, populum ad suas Mesquitas convocent?

Et hodie rebus novis inventis, præter tubas & tympana, bellici tormenti explosione signa damus: & in ipso conflictu omnia militaria instrumenta, etsi non articulent syllabas, ***ad arma, ad arma*** inclamare censentur. In Asiâ Mahometani Sacrificuli convocant populum è turris cacumine vociferando. Si verba, quæ Sacrificuli intonant scire volueris, audi Hottingerum, qui *Oriental. Histor. lib. 1. cap. 7. pag.* 230. Postquam ostenderat veteres Arabes coluisse Venerem, & illam Χαβάρ, seu Καβάρ, hoc est, μεγάλην, *magnam* ex Euthymij Zygabeni Panopliâ, & Saracenorum Catechesi probaverat, sic inquit. *Saracenos etiam postquam Muhamedicam spurcitiam pro Religione sunt amplexati, hac adorationis formulâ veterem illam Arabum Deam Venerem*, Ἀλλὰ ὐὰ Κοβὰρ Ἀλλὰ, *exclamantes, propitiam reddere voluisse, valde suspectum est. Clamant quidem præcones illorum, preces indicturi* الله اكبر الله, *quod Græcus aliquis scriberet*, Ἀλλὰ ἀκβὰρ Ἀλλὰ. *Deus, summus Deus*, &c.

271

Sicut nos Templa à Capellis sic Turcæ & Persæ Mesgidas à Tsumanis distinguunt.

Hoggij & Moëdsini, qui?

Mahometanarum precum nomina.

De hoc argumento differit M. Augustus Pfeiffer in suarum fasciculo Dissertationum. Nempe *dissert.* 10. *pag.* 102. his verbis. [Vtrique (tam Turcæ, quàm Persæ) singulis diebus vi religionis suæ quinquies in fano publico seu Mesgida, (à qua ceu minori templo maius, quod *Tsumam* vocant, distinguunt) nisi legitimè impediantur, (tunc enim vbique locorum orare possunt) orare tenentur. Hæ preces Horariæ ad quas ab Hoggiis Turcæ, Persæ autem à Moëdsinis suis excitantur, à Turcis iuxta Cotovicium vocantur: *Ascher, Adorh, Asseru, Magreb, Alescher*; iuxta alios verò: ***Sabba Namas, Scinthi Namas,***

Achesam

Quid sint Erket, & Chamalath? Habent suas etiam horas Canonicas Mahometani. Quot? quales? quando? & illas universi, tam Ecclesiastici, quàm Laici, recitare tenẽtur. eos uti rosariis, ut suas orationes recitent, & passim videmus, & refert Pfeiffer pag. 104. *differ.* 5. *thes.* 10. *in fi.*

Achesam Namas, Iasci Namas. Idem Cotovicius scribi primas preces ab iis fieri ante ortum Solis, & continere quatuor Erket, & 2. Calamath: (*Erket* autem illi notat geminam prostrationem, *Chamalath* secretam orationem, quæ post prostrationem recitatur) secundas preces circa meridiem continere decem prost rationes & 3. Chamalath, tertias post meridiem, 8. prostrationes, & 3. Chamalath: quartas Sole Occidente, 5. prostrationes, & 3. Chamalath: vltimas circa mediam noctem (vel iuxta alios, cum se cubitum conferre solent) 15. prostrationes, & 8. Chamalath. Confer tamen hìc etiam Sionitam *pag.* 78. Busbequium *epist. pag.* 26. Wallichium *de Religion. Turc. pag.* 27. Richerium *de Instit. Turc. pag.* 104. Totidem precum horas observari à Persis testatur Olearius in Rosenthal. *pag.* 143.

271. *b*

An Turca & Persa habeant campanas? Moëdsini, & Talismanlarij *quid præstent? Sacerdotes è turribus vociferando populum ad suas Mesgidas convocant. Quæ verba inclament?* מודן *Habent Mahometani rotarũ automata in ædibus privatis: & in ipsis cãpanulas ad horas distinguendas tolerant.*

Et idem Pfeiffer *dicta differt. Philolog.* 5. *cap.* 2. *in fin. pag.* 111. iterum ait. [Et ne etiam hoc prætereamus, neutri (videlicet, nec Turcæ, nec Persæ) ad sacra suos per campanas convocare solent: Sed apud vtrosque dantur præcones, quos Persæ Moëdsinos vocant, Turcæ vero Talismanlar, qui in Turriculis propè templa ædificatis statis horis penetratissima voce homines ad preces convocant. De Turcis refert Georgievviz *pag.* 10. circa templum esse turrim miræ altitudinis, quam eorum Sacerdos tempore Orationis conscendens, voce alta digitis in aures insertis, hæc verba repetat, *Alla chakbir*, id est, *Deus verus est vnus*, Conf. etiam Cotovicius, *itiner. Hierosol. pag.* 154. j. Huld. Wallichius *de Rel. Turc. pag.* 31. Brevingius *Itin. Orient. pag.* 38. 39. j. Wildius *lib.* 3. *cap.* 15. De Persis ad illa verba Musladini: *Sacer præco*, siue מודן *Moëdsin* intempestivè exclamavit, notat Cl. Gentius *pagin.* 573. *Quia Muhammedani, pertinacissimo Christianorum odio campanarum vsum abhorrent, vivâ præconum voce, Muhammedis exemplum secuti suos ad preces & sacra peragenda, quinquies ex summis turriculis, quas fanis adstruxere, quotidie convocant.* Ab horologiis tamen in privatis edibus minimè abhorrent.

Nos

NOs Christiani campanis utimur: in quibus significationem, & Restrictionem & mendacium reperio. Nam

271. c. *Christiani Campanis utimur.*

An, & quomodo campanarum significatio restringatur?

Primò in horologiis. Sanè in Italiâ ab occasu in occasum 24. horæ numerantur: & sic sunt elimata illa Automata, ut nunquam ultra sextum ictum campana sufferat. Audio duos ictus, & interrogo, Quota hora sit? Et tu, si post ἥλιον δύμενον, Solem occidentem (Solis occasum) & ante ἀλεκτρυοφωνίαν gallicinium, seu μεσονύκτιον mediam noctem fuerit, esse horam secundam respondebis; si post μεσονύκτιον mediam noctem, & antè quam sit ἥλιος ἀνατέλλει, sol oriatur, fuerit, esse octavam asseres: si πρωΐ, mane ille duplex ictus audiatur, esse quartam-decimam dices: & tandem, si post μεσημβρίαν, meridiem, vigesimam esse pronunciabis. Ecce duplex campanæ ictus, à diei quadrantibus, quorum nota est universis discretio, restringitur, ut horam jam secundam, jam octavam, jam quartam-decimam, & jam tandem vigesimam debeat significare.

N. B. Cāpanæ in Campania, quæ est Italiæ provincia, sunt repertæ. Græcè dicuntur καμπάναι, unde καμπανάριον, *Campanile.* Vide Meursium *in Lexico Græco.* Etiam Hispani hoc utuntur vocabulo. Aliæ gentes nomen à *clangere* sumpsere: *campana* enim dicitur, Germ. *glocke*, Gallic. & Angl. *Clocke*, quia κλάζει, *Clāgit.*

Secundò in aliis Ecclesiarum campanis. Illæ quodammodo loquuntur; &, ut intersint rei sacræ, advocant universos: sed etiam per tempus & horam earum restringitur significatio. Nam illarum strepitus restrictus per mediæ noctis tempus, Religiosos ad Matutinum convocat; mane ad Primam, &c.

Tertiò notandum est, campanas etiam aliquando mentiri, & aliquando sacrilega mendacia proferre. Mentiuntur simpliciter horologiales, quando exorbitant, & horam insinuant, quam non debent: sed hoc, quia est valde frequens, & non turbat Rempublicam, videtur tolerabile: at intollerabile est, ab Orthodoxis viris, ut veritatem dicant fusas blasphemias evomere, & mentiri sacrilegè. Sed quando? Attende. Inter Hæreticos nulla est rituum concordia; quoniam, ut Senecæ utar verbis, priùs inter horologia, quam inter ipsos conveniet. Eorum aliqui, sicut antiquas ceremonias, sic etiam omnem usum campanarum condemnant. Alij illas tolerant; &

272 *An mentiātur cāpanæ?* *An blasphemas & sacrilegas voces interdum evomant?*

Hæretici inter se dissentiunt.

Sss tametsi

An campanarum usū approbent?

An Haeretici per campanas mentiantur?

Quomodo Haeresis ab Orthodoxâ Doctrinâ distinguatur?

tametsi non fundant novas, conservant veteres à Catholicis fusas. Et in totâ Lutherani, aut etiam Calvinistæ, Germaniâ illis utuntur, ut populus convocetur ad Sacra. Et assero Heterodoxos Ecclesiarum Antistites per clamorem campanarum mentiri; nam ad rem sacram plebem convocant, & ipsi rem sacrilegam agunt. Conveniunt in Ecclesiam cives miseri, ut Veritatem discant, & docentur Mendacium: haurire volunt vera Fidei Christianæ dogmata, & imbuuntur hæresibus, & vanis Novatorum doctrinis, non receptis à Veterum Patrum consensu, sed nuper à Luthero, vel Calvino somniatis. Mentiuntur igitur apud ipsos campanæ.

Qui Charitate caret, realiter est similis campanæ; & virtualiter est ipsa campana.

An aliqui prædicatores sint reprobi?

Campana est symbolū prædicatoru, sed cujus?

Omnes convocat ad Ecclesiam, & tamen remanet extra Ecclesiam.

273 Et hîc utiliter interrogare aliquis potest, *Cur eum, qui Charitate caret, cum Campanâ composuerit Apostolus*? Dabo duos locos, qui totam difficultatem exhauriant. In primæ ille Epistolæ cap. XIII. Corinthios instituit his verbis. Ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ, καὶ ἀγγέλων, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, γέγονα χαλκὸς ἠχῶν, ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον· *Si linguis hominum loquar & Angelorum, Charitatem autem non habeam, factus sum velut æs (campana) sonans, aut cymbalum tinniens.* Illud *velut* non reperitur in Græco; & expunctum auget significationis efficaciam. Dixerat cap. IX. in fin. ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ, μήπως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι· *Obtundo* (castigo) *meum corpus, & in servitutem redigo, ne fortè aliis prædicans* (cùm aliis prædicavero) *ipse reprobus efficiar.* Et sic loquitur Paulus, quoniam campana est symbolum concionatoris, qui benè eloquitur, & male vivit: ipse enim, cùm aliis prædicaverit, & suis eruditis monitis illos ad Empyreum promoverit, erit reprobus, & à beatitudine exclusus: & in hoc semper campanæ similis; nam hæc, tametsi ad templum omnes convocet, remanet extra templum. Est conceptus egregius, & tanto Apostolo dignus. Ego illum, quia mihi perplacuit, ad numeros sequentes reduxi.

Convocat ad templum resonans Campana fideles
Cunctos, ad templum non tamen ipsa venit.

Sic

Sic etiam ad cælum, Præsul, si est improbus, omnes
Dirigit, ad cælum, non tamen ipse venit.

PОrrò in majoribus solennitatibus, etiam tubis utimur, & aliis instrumentis enharmonicis, quæ in platea ante fores Ecclesiæ inflantur, aut pulsantur. Et quia Neapoli his ipsis instrumentis ludunt Turcæ, ingreditur Quæstio, quæ postulat, *An hoc ipsum Regulæ Orthodoxæ permittant?* & quidem, prout sub initium monui, videretur, quod non: Quoniam illi Tibicines, qui ante fores Ecclesiæ ludunt tubis & fistulis, sunt Mahometani, & ob tenue lucrum contra conscientiam operantur, non enim permittit Mahometana Religio, quòd illi cooperentur & intersint nostris solennitatibus. Si ipsi Musici peccant, qui illos impendunt, necessariò peccabunt. Superiores igitur interdicere debent, ne ad rem sacram populus convocetur ministerio Turcarum. 274 *An possint Turcæ Christianis mysteriis cooperari?*

Respondeo tamen, *nec illos modulando ante fores Ecclesiæ, nec qui illos impendunt, peccare.* Ratio prima est, nam campanæ, non tubæ, Fideles ad rem Sacram invitant. Turcæ non communicant nobiscum in Divinis officiis; non enim ille Arabum tibicinum chorus in Ecclesiam ingreditur, & nobis concinit. Cantat sibi, & plebeiis, qui insolentiâ illorum instrumentorum delectantur. Profectò in rebus singulis præter bonitatem internam, operis finis, & operantis finis debent considerari. Possum sanè eleemosynam ad pauperes mittere per servum, etsi sit Ethnicus vel Mahometanus. Possum manu coqui, qui sit idololatra, condire cibos ægroto ministrandos: ergo Christianum populum recreare potero enharmonicis modulis, etsi hi à Mahometanis exprimantur. Hinc patet præcipuas Cœlitum solennitates Ecclesiasticè & Civiliter celebrari. Ecclesiasticus cultus ab Infidelibus exhiberi non potest: Civilis potest. Ad illum Missæ pertinent, Conciones, & Officia Divina: ad hunc ignes triumphales, platearum ornatus, tubarum clangor, &

Populum Christianũ ad Ecclesiã convocant non tuba, sed campana.

Ethnico instrumento & ministro uti possum, ut rem ex se indifferentem, ex meâ autem intentione religiosam & ad Christianam Fidem pertinentem faciam.

Quid sint Erket, & Chamalath? *Habent suas etiam horas Canonicas Mahometani. Quot? quales? quando? & illas universi, tam Ecclesiastici, quàm Laici, recitare teneatur.* eos uti rosatiis, ut suas orationes recitent, & passim videmus, & refert Pfeiffer pag. 104. *differ. 5. thes. 10. in fi.*

Achesam Namas, *Iasci Namas*. Idem Cotovicius scribit primas preces ab iis fieri ante ortum Solis, & continere quatuor Erket, & 2. Calamath: (*Erket* autem illi notat geminam prostrationem, *Chamalath* secretam orationem, quæ post prostrationem recitatur) secundas preces circa meridiem continere decem prost rationes & 3. Chamalath, tertias post meridiem, 8. prostrationes, & 3. Chamalath: quartas Sole Occidente, 5. prostrationes, & 3. Chamalath: vltimas circa mediam noctem (vel iuxta alios, cum se cubitum conferre solent) 15. prostrationes, & 8. Chamalath. Confer tamen hîc etiam Sionitam *pag.* 78. Busbequium *epist. pag.* 26. Wallichium *de Religion. Turc. pag.* 27. Richerium *de Instit. Turc. pag.* 104. Totidem precum horas obseruari à Persis testatur Olearius in Rosenthal. *pag.* 143.

271.*b* *An Turcæ & Persæ habeant campanas?* Moëdsini, & Talismanlaij *quid præstent? Sacerdotes è turribus vociferando populum ad suas Mesgidas convocant. Quæ verba inclament?* מודן *Habent Mahometani rotarū automata in ædibus privatis: & in ipsis cāpanulas ad horas distinguendas tolerant.*

Et idem Pfeiffer *dicta dissert. Philolog. 5. cap. 2. in fin. pag.* 111. iterum ait. [Et ne etiam hoc prætereamus, neutri (videlicet, nec Turcæ, nec Persæ) ad sacra suos per campanas convocare solent: Sed apud vtrosque dantur præcones, quos Persæ Moëdsinos vocant, Turcæ vero Talismanlar, qui in Turriculis propè templa ædificatis statis horis penetratissima voce homines ad preces convocant. De Turcis refert Georgievviz *pag.* 10. circa templum esse turrim miræ altitudinis, quam eorum Sacerdos tempore Orationis conscendens, voce alta digitis in aures insertis, hæc verba repetat, *Alla chakbir*, id est, *Deus verus est vnus*, Conf. etiam Cotovicius, *itiner. Hierosol. pag.* 154. j. Huld. Wallichius *de Rel. Turc. pag.* 31. Brevingius *Itin. Orient. pag.* 38. 39. j. Wildius *lib.* 3. *cap.* 15. De Persis ad illa verba Mulladini: *Sacer præco*, siue מודן *Moëdsin* intempestivè exclamavit, notat Cl. Gentius *pagin.* 573. *Quia Muhammedani, pertinacissimo Christianorum odio campanarum vsum abhorrent, vivâ præconum voce, Muhammedis exemplum secuti suos ad preces & sacra peragenda, quinquies ex summis turriculis, quas fanis adstruxere, quotidie conuocant.* Ab horologiis tamen in privatis edibus minimè abhorrent.

Nos

NOs Christiani campanis utimur: in quibus significationem, & Restrictionem & mendacium reperio. Nam

271. 6. *Christiani Campanis utimur. An, & quomodo campanarum significatio restringatur?*

Primò in horologiis. Sanè in Italiâ ab occasu in occasum 24. horæ numerantur: & sic sunt climata illa Automata, ut nunquam ultra sextum ictum campana sufferat. Audio duos ictus, & interrogo, Quota hora sit? Et tu, si post ἥλιον δυόμενον, Solem occidentem (Solis occasum) & ante ἀλεκτρυοφωνίαν gallicinium, seu μεσονύκτιον mediam noctem fuerit, esse horam secundam respondebis; si post μεσονύκτιον mediam noctem, & antè quam sit ἥλιος ἀνατέλλων, sol oriatur, fuerit, esse octavam asseres: si πρωῒ, mane ille duplex ictus audiatur, esse quartam-decimam dices: & tandem, si post μεσημβρίαν, meridiem, vigesimam esse pronunciabis. Ecce duplex campanæ ictus, à diei quadrantibus, quorum nota est universis discretio, restringitur, ut horam jam secundam, jam octavam, jam quartam-decimam, & jam tandem vigesimam debeat significare.

N. B. Cãpanæ in Campania, quæ est Italiæ provincia, sunt repertæ. Græcè dicuntur καμπάναι, unde καμπανάριον, *Campanile.* Vide Meursium *in Lexico Græco.* Etiam Hispani hoc utuntur vocabulo. Aliæ gentes nomen à *clangere* sumpsere: *campana* enim dicitur, Germ. *glocke*, Gallic. & Angl. *Clocke*, quia κλάζει, *Clãgit.*

Secundò in aliis Ecclesiarum campanis. Illæ quodammodo loquuntur; &, ut intersint rei sacræ, advocant universos: sed etiam per tempus & horam earum restringitur significatio. Nam illarum strepitus restrictus per mediæ noctis tempus, Religiosos ad Matutinum convocat; mane ad Primam, &c.

Tertiò notandum est, campanas etiam aliquando mentiri, & aliquando sacrilega mendacia proferre. Mentiuntur simpliciter horologiales, quando exorbitant, & horam insinuant, quam non debent: sed hoc, quia est valde frequens, & non turbat Rempublicam, videtur tolerabile: at intollerabile est, ab Orthodoxis viris, ut veritatem dicant fusas blasphemias evomere, & mentiri sacrilegè. Sed quando? Attende. Inter Hæreticos nulla est rituum concordia; quoniam, ut Senecæ utar verbis, priùs inter horologia, quam inter ipsos conveniet. Eorum aliqui, sicut antiquas ceremonias, sic etiam omnem usum campanarum condemnant. Alij illas tolerant; &

272 *An mentiãtur cãpanæ? An blasphemas & sacrilegas voces interdum evomant? Hæretici inter se dissentiunt.*

Quid sint ERket, & Chamalath? *Habent suas etiam horas Canonicas Mahometani. Quot? quales? quando? & illas universi, tam Ecclesiastici, quàm Laici, recitare tenētur.* eos uti totatiis, ut suas orationes recitent, & passim videmus, & refert Pfeiffer pag. 104. *differ. 5. thes. 10. in fi.*

Achesam Namas, *Iasci Namas*. Idem Cotovicius scribit primas preces ab iis fieri ante ortum Solis, & continere quatuor Erket, & 2. Calamath: (*Erket* autem illi notat geminam prostrationem, *Chamalath* secretam orationem, quæ post prostrationem recitatur) secundas preces circa meridiem continere decem prost rationes & 3. Chamalath, tertias post meridiem, 8. prostrationes, & 3. Chamalath: quartas Sole Occidente, 5. prostrationes, & 3. Chamalath: vltimas circa mediam noctem (vel iuxta alios, cum se cubitum conferre solent) 15. prostrationes, & 8. Chamalath. Confer tamen hîc etiam Sionitam *pag.* 78. Busbequium *epist. pag.* 26. Wallichium *de Religion. Turc. pag.* 27. Richerium *de Instit. Turc. pag.* 104. Totidem precum horas obseruari à Persis testatur Olearius in Rosenthal. *pag.* 143.

271. *b*

An Turcæ & Persæ habeant campanas? Moëdsini, & Talismaulij *quid præstent? Sacerdotes è turribus vociferando populum ad suas Mesgidas convocant. Quæ verba inclament?* מוזן *Habent Mahometani rotarũ automata in ædibus privatis: & in ipsis cāpanulas ad horas distinguendas tolerant.*

Et idem Pfeiffer *dicta dissert. Philolog.* 5. *cap.* 2. *in fin. pag.* 111. iterum ait. [Et ne etiam hoc prætereamus, neutri (videlicet, nec Turcæ, nec Persæ) ad sacra suos per campanas convocare solent: Sed apud vtrosque dantur præcones, quos Persæ Moëdsinos vocant, Turcæ vero Talismanlar, qui in Turriculis propè templa ædificatis statis horis penetratissima voce homines ad preces convocant. De Turcis refert Georgievviz *pag.* 10. circa templum esse turrim miræ altitudinis, quam eorum Sacerdos tempore Orationis conscendens, voce alta digitis in aures insertis, hæc verba repetat, *Alla chakbir*, id est, *Deus verus est vnus*, Conf. etiam Cotovicius, *itiner. Hierosol. pag.* 154. j. Huld. Wallichius *de Rel. Turc. pag.* 31. Brevingius *Itin. Orient. pag.* 38. 39. j. Wildius *lib.* 3. *cap.* 15. De Persis ad illa verba Musladini: *Sacer præco*, siue מוזן *Moëdsin* intempestivè exclamavit, notat Cl. Gentius *pagin.* 573. *Quia Muhammedani, pertinacissimo Christianorum odio campanarum vsum abhorrent, vivâ præconum voce, Muhammedis exemplum secuti suos ad preces & sacra peragenda, quinquies ex summis turriculis, quas fanis adstruxere, quotidie conuocant.* Ab horologiis tamen in privatis edibus minimè abhorrent.

Nos

NOs Christiani campanis utimur: in quibus significationem, & Restrictionem & mendacium reperio. Nam

Primò in horologiis. Sanè in Italiâ ab occasu in occasum 24. horæ numerantur: & sic sunt elimata illa Automata, ut nunquam ultra sextum ictum campana sufferat. Audio duos ictus, & interrogo, Quota hora sit? Et tu, si post ἥλιον δυόμενον, Solem occidentem (Solis occasum) & ante ἀλεκτρυοφωνίαν gallicinium, seu μεσονύκτιον mediam noctem fuerit, esse horam secundam respondebis; si post μεσονύκτιον mediam noctem, & antè quam sit ἥλιος ἀνατέλλων, sol oriatur, fuerit, esse octavam asseres: si πρωΐ, mane ille duplex ictus audiatur, esse quartam-decimam dices: & tandem, si post μεσημβρίαν, meridiem, vigesimam esse pronunciabis. Ecce duplex campanæ ictus, à diei quadrantibus, quorum nota est universis discretio, restringitur, ut horam jam secundam, jam octavam, jam quartam-decimam, & jam tandem vigesimam debeat significare.

Secundò in aliis Ecclesiarum campanis. Illæ quodammodo loquuntur; &, ut intersint rei sacræ, advocant universos: sed etiam per tempus & horam earum restringitur significatio. Nam illarum strepitus rectrictus per mediæ noctis tempus, Religiosos ad Matutinum convocat; mane ad Primam, &c.

Tertiò notandum est, campanas etiam aliquando mentiri, & aliquando sacrilega mendacia proferre. Mentiuntur simpliciter horologiales, quando exorbitant, & horam insinuant, quam non debent: sed hoc, quia est valde frequens, & non turbat Rempublicam, videtur tolerabile: at intollerabile est, ab Orthodoxis viris, ut veritatem dicant fusas blasphemias evomere, & mentiri sacrilegè. Sed quando? Attende. Inter Hæreticos nulla est rituum concordia; quoniam, ut Senecæ utar verbis, priùs inter horologia, quam inter ipsos conveniet. Eorum aliqui, sicut antiquas ceremonias, sic etiam omnem usum campanarum condemnant. Alij illas tolerant; &

Sss tametsi

271. c. *Christiani Campanis utimur. An, & quomodo campanarum significatio restringatur?*

N. B. Câpanæ in Campania, quæ est Italiæ provincia, sunt repertæ. Græcè dicuntur *καμπάναι*, unde *καμπανάριον*, *Campanile*. Vide Meursium *in Lexico Græco*. Etiam Hispani hoc utuntur vocabulo. Aliæ gentes nomen à *clangore* sumpsere: *campana* enim dicitur, Germ. *glocke*, Gallic. & Angl. *Clocke*, quia *κλάζει*, *Clāgit*.

272 *An mentiātur cāpanæ? An blasphemas & sacrilegas voces interdum evomant? Hæretici inter se dissentiunt.*

missæ, non verò ut illo ipsi signo Religionem Ethnicam profiteantur.

269 *Inter voces & alia signa servari debet analogia.* Et quid, si Indi Religionem suam inauribus profiterentur? Respondeo repetendo, quæ paulò antè dicebamus de mulierum inauribus. Hanc ergo Fundamentalem Propositionem, *Sicut de Vocibus æquivocis, sic de aliis signis æquivocis est philosophandum*, supponam, dicamque me in visibilibus quibuscumque signis non reperire majorem, quàm in vocibus, difficultatem. Aliæ habent unicam significationem, aliæ autem duplicem, & hæ, ut sciunt omnes, *æquivoca* solent vocari. Porrò vox, quæ *Quid sit vox æquivoca.* simplicem & hanc immundam habet significationem, puta, quæ in Italiâ v. gr. obscœna sit, & in aliis regionibus aut linguis nîl omninò significet, qui illam coram Italis proferat, lascivi ignominiam incurret: cæterum, si sit vox, quæ duplicem habeat significationem, alteram in Hispaniâ, alteram in Italiâ, si fortè obscœna sit hîc, & ibi innocens, non debet è concionatoriâ dialecto ab Hispanis proscribi, quia per concomitantes voces ad significationem castam determinabitur.



ARTICVLVS XX.

An Turcæ Neapoli Christianos tutâ conscientiâ possint ad Ecclesiam solennibus diebus convocare? An, & quid homines per tormenta bellica, tubas & campanas loquantur? An & quando mentiantur?

270 *Possumus, & solemus loqui tubis:* VIDERETVR, quòd non: nam sicut linguis, sic tubis & bombardis, sic etiam campanis homines, cum datur occasio, loquuntur. Virgilius *Æneid.* 8.

Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce

Extulit,

Extulit & rauco strepuerunt cornua cantu,
Vtque acreis concussit equos, utque impulit arma,
Extemplo turbati animi, &c.

Non tubis tantùm, sed & flagellis signa dantur Equitibus. Idem *Æneid*.5.

Etiam flagellorum strepitu.

Postquam omnem læti consessum oculósque suorum
Lustravêre in equis: signum clamore paratis
Epytides longè dedit, insonuitque flagello.

Et belliciis tormentis in bello.

Et hodie rebus novis inventis, præter tubas & tympana, bellici tormenti explosione signa damus: & in ipso conflictu omnia militaria instrumenta, etsi non articulent syllabas, *ad arma, ad arma* inclamare censentur. In Asiâ Mahometani Sacrificuli convocant populum è turris cacumine vociferando. Si verba, quæ Sacrificuli intonant scire volueris, audi Hottingerum, qui *Oriental. Histor. lib.*1. *cap.*7. *pag.* 230. Postquam ostenderat veteres Arabes coluisse Venerem, & illam Χαβάρ, seu Καβάρ, hoc est, μεγάλην, *magnam* ex Euthymij Zygabeni Panopliâ, & Saracenorum Catechesi probaverat, sic inquit. *Saracenos etiam postquam Muhamedicam spurcitiam pro Religione sunt amplexati, hac adorationis formulâ veterem illam Arabum Deam Venerem*, Ἀλλὰ ὐα Κυβὰρ Ἀλλὰ, *exclamantes, propitiam reddere voluisse, valde suspectum est. Clamant quidem præcones illorum, preces indicturi* الله اكبر الله, *quod Græcus aliquis scriberet*, Ἀλλὰ ἄκβὰρ Ἀλλὰ. *Deus, summus Deus*, &c.

Vt Mahometanos ad Mesquitam convocat, sacrificulus ex altâ turris fenestrâ vociferatur.

Olim Arabes coluerunt Venerem:

Eam Kabar, *μεγάλην*, magnam *nominabant.*

Quibus verbis sacrificuli Arabes, à turri clamantes, populum ad suas Mesquitas convocent?

271

De hoc argumento disserit M. Augustus Pfeiffer in suarum fasciculo Dissertationum. Nempe *dissert.*10. *pag.* 102. his verbis. [Vtrique (tam Turcæ, quàm Persæ) singulis diebus vi religionis suæ quinquies in fano publico seu Mesgida, (à qua ceu minori templo maius, quod *Tsumam* vocant, distinguunt) nisi legitimè impediantur, (tunc enim vbique locorum orare possunt) orare tenentur. Hæ preces Horariæ ad quas ab Hoggiis Turcæ, Persæ autem à Moëdsinis suis excitantur, à Turcis iuxta Cotovicium vocantur: *Ascher, Adorh, Asseru, Magreb, Alescher*; iuxta alios verò: *Sabba Namas, Scinthi Namas, Achesam*

Sicut nos Templa *à* Capellis *sic Turca & Persa* Mesgidas *à* Tsumanis *distinguũt.* Hoggij *&* Moëdsini, *qui? Mahometanorum precum nomina.*

NOs Christiani campanis utimur: in quibus significationem, & Restrictionem & mendacium reperio. Nam

271. c. Christiani Campanis utimur. An, & quomodo campanarum significatio restringatur?

Primò in horologiis. Sanè in Italiâ ab occasu in occasum 24. horæ numerantur: & sic sunt elimata illa Automata, ut nunquam ultra sextum ictum campana sufferat. Audio duos ictus, & interrogo, Quota hora sit? Et tu, si post ἥλιον δύμενον, Solem occidentem (Solis occasum) & ante ἀλεκτρυοφωνίαν gallicinium, seu μεσονύκτιον mediam noctem fuerit, esse horam secundam respondebis; si post μεσονύκτιον mediam noctem, & antè quam sit ἥλιος ἀνατέλλων, sol oriatur, fuerit, esse octavam asseres: si πρωΐ, mane ille duplex ictus audiatur, esse quartam-decimam dices: & tandem, si post μεσημβρίαν, meridiem, vigesimam esse pronunciabis. Ecce duplex campanæ ictus, à diei quadrantibus, quorum nota est universis discretio, restringitur, ut horam jam secundam, jam octavam, jam quartam-decimam, & jam tandem vigesimam debeat significare.

N. B. Cãpanæ in Campania, quæ est Italiæ provincia, sunt repertæ. Græcè dicuntur καμπάναι, unde καμπανάριον, *Campanile.* Vide Meursium *in Lexico Græco.* Etiam Hispani hoc utuntur vocabulo. Aliæ gentes nomen à *clangore* sumpsere: *campana* enim dicitur, Germ. *glocke*, Gallic. & Angl. *Clocke*, quia κλάζει, *Clangit.*

Secundò in aliis Ecclesiarum campanis. Illæ quodammodo loquuntur; &, ut intersint rei sacræ, advocant universos: sed etiam per tempus & horam earum restringitur significatio. Nam illarum strepitus restrictus per mediæ noctis tempus, Religiosos ad Matutinum convocat; mane ad Primam, &c.

Tertiò notandum est, campanas etiam aliquando mentiri, & aliquando sacrilega mendacia proferre. Mentiuntur simpliciter horologiales, quando exorbitant, & horam insinuant, quam non debent: sed hoc, quia est valde frequens, & non turbat Rempublicam, videtur tolerabile: at intollerabile est, ab Orthodoxis viris, ut veritatem dicant fusas blasphemias evomere, & mentiri sacrilegè. Sed quando? Attende. Inter Hæreticos nulla est rituum concordia; quoniam, ut Senecæ utar verbis, priùs inter horologia, quam inter ipsos conveniet. Eorum aliqui, sicut antiquas ceremonias, sic etiam omnem usum campanarum condemnant. Alij illas tolerant; & tametsi

272 *An mentiãtur cãpanæ An blasphemas & sacrilegas voces interdum evomant? Hæretici inter se dissentiunt.*

An campanarum usũ approbent?

An Heretici per campanas mentiantur?

Quomodo Haresis ab Orthodoxâ Doctrinâ distinguatur?

tametsi non fundant novas, conservant veteres à Catholicis fusas. Et in totâ Lutherani, aut etiam Calvinistæ, Germaniâ illis utuntur, ut populus convocetur ad Sacra. Et assero Heterodoxos Ecclesiarum Antistites per clamorem campanarum mentiri; nam ad rem sacram plebem convocant, & ipsi rem sacrilegam agunt. Conveniunt in Ecclesiam cives miseri, ut Veritatem discant, & docentur Mendacium: haurire volunt vera Fidei Christianæ dogmata, & imbuuntur hæresibus, & vanis Novatorum doctrinis, non receptis à Veterum Patrum consensu, sed nuper à Luthero, vel Calvino somniatis. Mentiuntur igitur apud ipsos campanæ.

273

Qui Charitate caret, realiter est similis campanæ; & virtualiter est ipsa cāpana.

An aliqui prædicatores sint reprobi?

Campana est symbolũ prædicatorũ, sed cujus?

Omnes convocat ad Ecclesiam, & tamen remanet extra Ecclesiam.

Et hîc utiliter interrogare aliquis potest, *Cur eum, qui Charitate caret, cum Campanâ composuerit Apostolus?* Dabo duos locos, qui totam difficultatem exhauriant. In primæ ille Epistolæ cap. XIII. Corinthios instituit his verbis. Ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ, καὶ ἀγγέλων, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, γέγονα χαλκὸς ἠχῶν, ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον· *Si linguis hominum loquar & Angelorum, Charitatem autem non habeam, factus sum velut æs (campana) sonans, aut cymbalum tinniens.* Illud *velut* non reperitur in Græco; & expunctum auget significationis efficaciam. Dixerat cap. IX. in fin. ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ, μήπως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι· *Obtundo* (castigo) *meum corpus, & in servitutem redigo, ne fortè aliis prædicans* (cùm aliis prædicavero) *ipse reprobus efficiar.* Et sic loquitur Paulus, quoniam campana est symbolum concionatoris, qui benè eloquitur, & male vivit: ipse enim, cùm aliis prædicaverit, & suis eruditis monitis illos ad Empyreum promoverit, erit reprobus, & à beatitudine exclusus: & in hoc semper campanæ similis; nam hæc, tametsi ad templum omnes convocet, remanet extra templum. Est conceptus egregius, & tanto Apostolo dignus. Ego illum, quia mihi perplacuit, ad numeros sequentes reduxi.

Convocat ad templum resonans Campana fideles
Cunctos, ad templum non tamen ipsa venit.

Sic

Sic etiam ad cælum, Præsul, si est improbus, omnes
Dirigit, ad cælum, non tamen ipse venit.

PORrò in majoribus solennitatibus, etiam tubis utimur, & aliis instrumentis enharmonicis, quæ in platea ante fores Ecclesiæ instantur, aut pulsantur. Et quia Neapoli his ipsis instrumentis ludunt Turcæ, ingreditur Quæstio, quæ postulat, *An hoc ipsum Regulæ Orthodoxæ permittant?* & quidem, prout sub initium monui, videretur, quod non: Quoniam illi Tibicines, qui ante fores Ecclesiæ ludunt tubis & fistulis, sunt Mahometani, & ob tenue lucrum contra conscientiam operantur, non enim permittit Mahometana Religio, quòd illi cooperentur & intersint nostris solennitatibus. Si ipsi Musici peccant, qui illos impendunt, necessariò peccabunt. Superiores igitur interdicere debent, ne ad rem sacram populus convocetur ministerio Turcarum. 274 *An possint Turcæ Christianis mysteriis cooperari?*

Respondeo tamen, *nec illos modulando ante fores Ecclesiæ, nec qui illos impendunt, peccare.* Ratio prima est, nam campanæ, non tubæ, Fideles ad rem Sacram invitant. Turcæ non communicant nobiscum in Divinis officiis; non enim ille Arabum tibicinum chorus in Ecclesiam ingreditur, & nobis concinit. Cantat sibi, & plebeiis, qui insolentiâ illorum instrumentorum delectantur. Profectò in rebus singulis præter bonitatem internam, operis finis, & operantis finis debent considerari. Possum sanè eleemosynam ad pauperes mittere per servum, etsi sit Ethnicus vel Mahometanus. Possum manu coqui, qui sit idololatra, condire cibos ægroto ministrandos: ergo Christianum populum recreare potero enharmonicis modulis, etsi hi à Mahometanis exprimantur. Hinc patet præcipuas Cœlitum solennitates Ecclesiasticè & Civiliter celebrari. Ecclesiasticus cultus ab Infidelibus exhiberi non potest: Civilis potest. Ad illum Missæ pertinent, Conciones, & Officia Divina: ad hunc ignes triumphales, platearum ornatus, tubarum clangor, & alia,

Populum Christianũ ad Ecclesiã convocant non tuba, sed campana.

Ethnico instrumento & ministro uti possum, ut rem ex se indifferentem, ex meâ autem intentione religiosum & ad Christianam Fidem pertinentem faciam.

alia, quæ fiunt extra Ecclesiam: nemo enim dixit me non posse ignes volatiles (Hisp. *unos cohetes*) die festo ante Ecclesiam incendere, quòd fuerint à Mauro parati. Et sic de cæteris philosophabimur. Et ex hoc capite excusari possunt Principes infideles, qui armato milite, & mosquetorum, maiorumque tormentorum displosione nostrorum sanctorum solennitates celebrant, possunt enim dicere, se concurrere ad lætitiam civilem præscindendo à re Sacrâ; velle, ut Christiani sint hilares, ut tributa pendant & contribuant alacriùs.

An Turcæ bonam judicent Religionem Christianã? Ratio secunda conscientiam Turcarum concernit, qui tametsi suam Religionem nostræ præferant, & esse meliorem existiment, non tamen nostram malam judicant, nec agunt contra propriam conscientiam, quando Domini nostri Iesu-Christi, Deiparæ, Apostolorum, &c. cultui cooperantur. Hæc opinio fuit ab initio apud ipsos communis: nam tametsi nonnulli Saraceni Principes in Christianos sæviisse aliquando legamus, hoc ipsi fecerunt ob motiva Politica, quæ regionem, & non Religionem concernunt. *An, & cur persequantur Christianos?*

Quanti Dominum nostrũ Iesum Christum, Christianosque semper fecerint, & faciãt Mahometani? Doctrina hæc semper apud Saracenos obtinuit: semper enim venerati sunt Christum, & crediderunt bonam esse Religionem Christianam. Et, ut probem, debebo aliquos ex Beidavio Theologo Mahometano, propter Notas Arabicas quibus illustrare Alcoranum, & Mahometi mentem aperire conatur, inter Arabes celebri, locos & Scholia producere: in quibus, ne sim Typographo sine causâ molestus, cogar omittere characteres Arabicos, & Lectores curiosos ad Iohannis Henrici Hottingeri *Hist. Oriental. lib.* 3. remittere, nam *à pag.*157. hoc argumentum eruditè pertractat.

Beidavius quis? Primò Beidavius ait. *Masiho* (Messias) *cognomentum est, ex cognomentis nobilioribus.*

275 *Messias unde dicatur?* Secundò tametsi hanc vocem Hebræam esse sciat, & fateatur Beidavius, quia Arabicè *benedictionem*, *puritatem*, & *unctionem* importat, illam ab Arabicis fontibus derivat; inquit enim; *Masiho* (Messias) *dicitur*, vel *quòd sit*

sit creatus in benedictione, vel *quòd Deus illum purum servaverit à peccatis*, vel *quòd peragraverit orbem nullo loco subsistens*, [a] vel *quòd eum unxerit Gabriel.* At Christum non Angelus, sed ipsamet Divinitas hypostaticè unxit, atque sanctificavit.

a] Contra veritatem, & Evangelium militat hæc derivatio.

Tertiò Mahometus videtur legisse Evangelicam S. Ioannis historiam; nam Christum λόγον, *Verbum* nominat: interim quia rem ipsam minimè fuit adsequutus, χαρακτῆρα, ὑποστατικὸν, *characterem personalem* vertit in ἐπίθετον, & extrinsecam denominationem: unde Beidavius ait. *Verbum appellatur Isa* (Iesus) *quia ad verbum seu mandatum Dei exstit absque Patre: & iuventus eius miraculis conspicua fuit. Quæ quidem notæ, sunt viri ex benedictione Divinâ probi, & rerum copiâ affluentis.* Hæret Heterodoxorum præiudicio Beidavius, nam paupertatem cum infamiâ confundunt, & Christum, ut gloriosum prædicent, divitem faciunt. Et quidem Persas, qui etiam sunt Mahometani, & numerantur inter Arabes, summum inter homines crimen mendacium esse iudicarunt: nam homicidæ corpori, fures rebus externis, mendaces verò nocent directè animo. Et quia pauperes mentiri solent, habuerunt paupertatem dedecori, ut expresè Herodotus testatur. Et in Lexico Arabico, quod in Gravij Mathematum, & Linguæ Arabicæ publici Professoris, Musæo, ut Hottingerus Oxonij se vidisse & recognovisse testatur, Dominus noster Iesus-Christus *vocatur* Verbum Dei, *quòd utilis fuerit Religioni* (quòd fuerit Promotor Religionis) *quemadmodum dicitur* (de aliis) *hic est Gladius Dei, Leo Dei, &c.*

Quomodo Mahometus, & Arabes intelligant Christum esse Λόγον, Verbum? Vide in Dedicatoriâ liter. q.

Cur Christum fuisse divitem finxerint?

Cur crediderint Persæ mendacium esse summũ peccatum?

Cur voluerint pauperes esse infames?

Cur Christus Religioni utilis *nominetur?*

Quartò Beidavius doctè interrogat, *Cur* Mariæ filius *nominetur: videtur enim insolens & contra communem gentium usum filios nomen sumere à matribus?* Et respondet, *Hoc nomen specialissimè Christo competere, quòd natus fuerit sine patre.*

Cur Mariæ filius?

Quintò asserit Christum à Mahometanis *Excellentem*, & *Illustrem* vocari. Et addit, *Hæc excellentia seu præstantia in hoc mundo consistit in Prophetiâ* (munere Prophetico) 276

Cur excellens, illustris, *&c.*

in alterâ verò in intercessione. Nam hodie Saraceni concorditer asseverant, *Christum in cœlis* (*in vitâ æternâ*) ἱκέτου (*Advocati, seu Mediatoris*) *fungi munere.* Et hucusque Catholicè, quoniam 1. Ioann. 2. 1. Sanctus Evangelista sic scribit. Τεκνία μου, ταῦτα γράφω ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁμάρτητε· καὶ ἐάν τις ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα, Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον· καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. *Filioli mei hæc scribo vobis, ut non peccetis, & siquis) peccaverit, paracletum (advocatum) habemus apud patrem, Iesum Christum Iustum. Et ipse propitiatio est pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mundi.* Beidavius autem, ut hanc veritatem Catholicam ad Mahometanismum obtorqueat, *in Comment. Alcorani, ad Suratæ* LIII. *finem*, sic ait. *Qui legit hanc Suratam* (hoc Alcorani caput) *pro eo Isa*) Iesus) *orat; veniamque peccatorum pro illo petit, quamdiu superest in mundo: die autem Resurrectionis socius eius est.*

An Christus oret pro nobis, & sit noster Advocatus in cœlis?

S. Ioannis doctrinâ Mahometani abutuntur?

Sextò Mahometus *in Suratâ Maid*, hoc est, *Mensa*, apud M. Christianum Hoffmannum *Vmbræ in Luce* (sic enim eius liber inscribitur) §. V. Deum introducit sic loquentem. *Substituimus in vestigia illorum* (scl. Prophetarum) *Iesum Filium Mariæ, verificatorem eius, quam in sua manu habet, doctrinæ: ac dedimus ipsi Evangelium, in quo est manuductio & lux, ut erudiatur cœtus Evangelicus per id, quod instillavit Deus in eo.* Sic Schickardus *in Proœm. Tar. pag. 99.* verba Arabica transtulit: sed Dominus de Ryer *pag. 76.* præstitit, ut Mahometus loqueretur sic. *Nous avons envoyé Iesus, fils de Marie apres plusieurs Prophetes, il a confirmé les anciennes Escritures, nous luy avons donné l'Evangile pleine de lumiere, pour conduire le peuple au droict chemin avec la confirmation de l'Ancien Testament, guide & instruction pour les gens de bien.* Quæ ad literam Hoffmannus sic transfert. *Nos misimus Iesum, filium Mariæ, post plures Prophetas, ipse confirmavit antiquas Scripturas. Nos ei dedimus Evangelium, plenum lumine, ad conducendum populum in rectam viam cum confirmatione Veteris Testamenti, duce & instructione pro bonis.*

Vmbra in Luce, *Hoffmanni liber.*

Mahometus Iesum fuisse à Deo missũ fatetur.

Versio Alcorani Gallica.

Versionis versio.

Evangeliũ Vetus Testamentum cõfirmat.

Septimò,

Septimò, ipse Mahometus *Surat.* VII. Christum vocat *unum ex appropinquantium* (ad Deum) *numero.* Et reddunt Rationem Theologi Saraceni, *Quòd* proprinquus Deo *Christus vocetur, propter excelsum gradum, quem ille occupat in Paradiso, aut propter elevationem aut associationem cum Angelis.* Respexit ad illa verba Psalmi, *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis.* Et ne à tanto honore se Mahometus excluderet, voluit cum Christo numerum facere, & ei, ut esset alter ex illo numero seu binario concedere. Exemplar, quo utebatur Hottingerus verbum in voce passivâ ponebat, & sub verbi neutri significatione, dici deberet Christus *appropinquans ad Deum.* Et sub passivi, *approximatus Deo.* Et sub activi, *approximans, seu appropinquare alios faciens ad Deum.* Et hæc activæ vocis forma addi potest; nam *pag.* 160. ait Hottingerus, *Colligo in Exemplaribus quibusdam eum* (*Golium,* quem *Praeceptorem,* & *hospitem suum* paulò antè dixerat) *formam activam invenisse: quod, si ita fuerit, locus certè hic dignus est, qui diligenter observetur.* 277

An Mahometus voluerit haberi socius Christi?

Christus proximus Deo: approximatus Deo: & alios etiam approximās Deo.

Octavò proderit adducere verba quę Tertiâ Suratâ leguntur. *Sunt autem de his, qui librum habent, quibus, si credideris talentum reddunt id ipsum tibi: & sunt de iis, quibus si credideris denarium, non reddunt eum, nisi continuò iis insistas.* Sanè inter Denarium & Talentum magnum intercedit discrimen: quoniam, ut colligit Sigefridus Hirsch *in Amussi Ferdinandæâ pag.* 135. Talentum Hebræum, cui Arabicum æquale putamus, 12, 500. Denarios, seu Regales simplices continet: ergo sunt homines, asserente Mahometo, quibus securissimè possis duodecim millia Denariorum concredere: & sunt quibus nec unicum prudenter confidas. Sed qui isti sunt? *Dicunt,* inquit Beidavius, *per eos, quibus multum* (12,500.arg.) *Christianos intelligi: pravalet enim apud eos fides. Per eos autem, qui in exiguo* (in 1.arg.) *etiam impostores sunt, Iudaos: his enim alios decipere, usitatum est.* 278

Quot in Talento simplices argentei numerentur?

Quo Mahometus Christianos, & quo Iudaos loco habuerit?

Nonò, sciendum est, Mahometum totâ suâ vitâ benigno erga Christianos animo processisse. Exstat de hac

Mahometi erga Christianos affectus.

re luculentum apud Elmacinum testimonium : quoniam *in Hist. Sarac. pag.* 11. sic inquit. *Ea nunc memorabimus, quæ accidisse ferunt tempore vitæ eius Historiæ Christianorum. Habetur igitur in Christianorum monumentis , addictum Muhammedem Christianis fuisse , mitemque erga eos. Cumque eorum turba eum aliquando accessissent , securitatem petituri , tributum ipsis imposuit , beneficiisque affectis securitatis Instrumentum scripsit, dicens Omari: Nuntia iis, animas eorum nos habere sicut nostras, & opes eorum sicut opes nostras, accidentia eorum, sicut accidentia nostra. Refert hoc Author libri Almuhaddeb : ex quo id producit vir clarissimus, Abuhanifa, Moselmanus, ubi agit de Muslimo Christianum occidente. Cumque venisset ad eum quidam ex Christianorum Magnatibus , surrexit , honorem ei exhibens ; qua de re cùm eum alloquerentur quidam, Respondit ; Cùm venerit ad vos Primarius populi alicuius, honorate eum: Atque hic vir magnus est in populo suo. Dixit quoque : Benefacite Cophitis Ægypti , sunt enim vobis genere & affinitate iuncti. Item ; Qui Christianum opprimit, aduersarium eum habebit die iudicij , & qui Christiano nocet mihi nocet.* Exstat etiamnum Privilegium Montis Sinai monasterij Religiosis à Mahometo concessum : quod etiamnum confirmatur & observatur ab Imperatoribus Turcicis ; ex quo constat eum non fuisse ingratum loco , quo camelos juvenis gubernarat.

Concedit illis securitatem.

Eos honorat.

Cophitæ, *seu* Cophti *sunt Christiani in Ægypto.*

Monachis, quibus in adolescētiâ servi verat, privilegia imperio potitus concedit.

279 Decimò Mahometi Testamentum produco : in quo multa, quæ sunt populo Christiano propitia. Prodiit illud primùm in Galliâ cum Gabrielis Sionitæ translatione: & posteà anno Christi 1638. Rostochij in Germaniâ operâ M. Iohannis Fabritij Dantiscani. Scio Hugonem Grotium *Epist. ad Gall. pag.* 239. de huius Instrumenti fide ambigere : sed quia esse falsum non probat, non est cur eius suspicione præpediamur. Inter alia in hoc suo Testamento habet ille. *Si contingat , quod mulier Christiana domum Muslimici ingrediatur* (hoc est , *si Mahometano viro nupserit*) *tenebitur ei libertatem in suâ Religione concedere, ut scilicet Præsulibus suis obedire valeat , & Fidei suæ documenta percipere , sine ullo impedimento ; Quam ob rem non excruciabit eam,*

De Testamento Mahometi.

An sit authenticum?

An Christianas nubere Mahometanis permittat?

eam, repudium minitando, neque ad Fidem deserendam sollicitando. &c. Sciebat ergo Mahometus bonam esse Religionem Christianam: nisi enim illam esse bonam & Deo gratam supponeret, non posset hanc legem in suo Testamento decernere.

Principes, qui sunt Mahometi successores Christianos semper dilexerunt.

Hanc erga D. N. Iesum Christum reuerentiam, & eum quem erga Christianos Mahometus habuit, & ostendit amorem, conseruarunt Imperatores, & Principes qui posteà successerunt. Et, ne te multis onerem, vnum casum poponam, quem iudicaui lectu dignum. Illum scripsit priùs Abu Ioseph Ascæus: & posteà Muhammedus ben Isaac, *in libro de Zabæorum Religione & ritibus*, quem Arabicè edidit, qui labore & industriâ Hottingeri *in Historia Orientalis iam cit. lib. 1. cap. 8. pag.* 249. loquitur Latinè, & sic ait.

Calipha Mamonis historia.

Mamon sub finem dierum suorum in prouinciis Ægypti, bello aggredi voluit Romam. Et occurrerunt ei homines, qui ad ipsum vocabantur, inter quos multi erant Charanæi, qui vestiti tunc erant [a] *tunicâ angustâ, quorumque coma promissa, atque adeò ampla, ut amplitudine ne quidem cesserint Ghedsenan filij Tabeth. Mamon autem habitum eorum ignorans, rogauit eos:* Quales estis, confœderati, vel tributarij? *Responderunt:* Harranæi sumus. *Dixit*: An Christiani estis! *Negarunt. Rogat:* Iudæi? *Negarunt.* An ergò, *inquit*, Magusæi estis? *Negarunt & hoc.* Dixit ergò iis, num liber vobis est, an Propheta? *Et flexi-loqui* [b] *in sermone suo esse cæperunt. Proinde dixit iis:* Ergo Saducæi, estis Idololatræ & socij putei, lapidibus obstructi, in diebus Rasjidi, [c] qui si fueritis, permissus est sanguis vester, neque fœdus vos saluabit. *Illi verò dixerunt ei.* Nos tributum soluemus. *At hic respondit*: Tributum, qui Islamismo contradicunt ab iis tantùm, & earum Religionum sociis accipitur, quarum meminit Deus magnus & potens in libro suo, qui omnes librum aliquem acceperunt: atque cum his pacem hac conditione habent Muslimini. Vos autem ex illorum numero non estis. Quare eligite vobis vnum ex duobus istis: aut Islamismum sequimini, aut

a] Est vestis Persarũ propria. Arabicè *Cap.* Et hic Giggæus cognoscet vocem Italam *Cappa.* At hæc, nec tunica, nec angusta est:

b] Germanicè *Vvann einer munzet, und mit der sprach nicht recht herfur vvil.* Græcè uno verbo, [illegible]

c] Vide Ottingerũ *pag.* 46 Kessæũ *pag.* 77. & Historiã Timuri *pag.* 93.

Religiones, quæ librum divinitùs acceperunt, quibuscum pacem habere volunt Muslimini (Mahometani) sunt Christiana, Iudaica, & non alia.

aliam aliquam religionem, cuius meminit Deus excelsus in libro suo. Id nisi feceritis ad ultimum omnes occidam. Moram tamen vobis indulgebo, usque dum ab hoc itinere meo fuero reuersus. Quod si Islamismum fueritis amplexi, aut aliam aliquam earum religionum, quarum mentionem facit Deus magnus & potens, bene est: sin minùs, iubebo occidere vos, & euellere crassos vestros crines. *&c.*

Persarum de D. N. Iesu-Christi Sanctitate sententia.

280 Prætereà, quid Persæ sentiant de Domino nostro Iesu-Christo colligo ex Petro della Valle, qui sæpe ostendit Abantem, Persiæ Regem, eidem devotissimum fuisse. Dicebat pluries, *Che chi non credeua in Giesu-Christo, e non credeva che Giesu-Christo fosse spirito di Dio (così essi lo celebrano) era* cafir, *che propriamente vol dire* infedele *&c.* Ita *in Persiâ. Epist.* VIII. *data Spahanij 4. April.* 1620. *num.* 11. *pag.* 101. Nec est cur causeris de voce *Spiritus*, nam quæ rectè de Christo in Sacrâ Scripturâ traduntur, ipsi obliquè recipiunt Mahometani: qui tametsi colant Dominnm nostrum Iesum-Christum, in cultu ipso aliquos misceent errores.

Cafir apud Persas quis sit?

An sanctorum reliquias venerentur?

An colant nostros sanctos & præcipuè. Mahometo antiquiores?

An S. Ioãnẽ Baptistam, S. Georgium, &c?

281 Secundò Sanctorum reliquias venerantur. Audi eumdem Authorem, qui *loco citato*, *pag.* 102. *&* 103. sic ait. *Volse, il Rè vedere, e si fece portare inanzi certe reliquie di Santi, che furono gia condotte di Armenia, quando i Ciolfalini trasmigrarono in Isphahan, e si conservano hoggi in Ciolfa. E quando le portarono alcuni Sacerdoti, vestiti con piviali, con lumi accesi, e con decensa il Rè si leuò in piedi, le baciò, se le pose in testa, ordinò a i circonstanti, che si stesse con riuerenza inanzi a quelle cose sante, & in somma fece tutto quell'honore, ò poco meno che hauerebbe potuto fare un Rè Christiano. E non è maraviglia, perche i Mahometani riceuono per Santi tutti quelli, che noi per tali predichiamo, benche non ne sappiano il nome; massimamente quelli, che sono statoi inanzi à Mahometto; di alcuni de' quali non solo sanno il nome, ma ne hanno anche scritte le historie, infoscate tuttavia con non poco di apocrifo e di falso ne lor libro de' Profeti come di San Giouan Battista, di San Giorgio, e di altri tali.*

Hæc

Hæc omnia à Rege animo reliquias honorandi esse fa- 281
cta suppono: nec enim video, unde suspicari potuerint aliqui, qui fortè aderant, illas Regem despicere, nos irridere.

Tertiò, volunt, quòd Christiani, Christianè vivant, & nostros Hæreticos asserunt esse Pseudo Christianos, Idem Vellæus in suâ Persiâ. Epist. I V. data Ferhabadiæ, 1. Maij, 1618. n. 16. pag. 212. narrat quemdam Principem, cujus provincia adjacet Mari Nigro, advocasse Cosacchos; *& havendogli invitati acciò con lettere, è con presenti, che ha loro mandati; particolarmente una volta (per piu assicurargli della sua fede) di certe crocette di oro: perche in questi paesi, quando si vuol dir, che uno è Christiano, e buono frâ Christiani, si dice, che ama la Croce; è con riverir la Croce, si dà segno di esser tale: onde gl' Inglesi, perche non amano la Croce, è non la riveriscono, da i medesimi Mahometani, è dal Rè di Persia, come V. S. intenderà, son tenuti per mali Christiani, è per heretici anco da loro: hauendogli dico, à ciò inuitati, hà fatto si, che i Cosacchi desiderosi del medesimo l'hanno accettata e stabilita di molto buona voglia.*

An velint, ut Christiani vitam agât Christianam?

Adorare Crucem est colere religionē Christianam.

Angli, quia non adorant Crucem, etiam apud Persas censentur esse mali Christiani.

Quartò desiderant mitti Prælatos Catholicos à summo 283
Pontifice, qui reducat schismaticos, & convertat hæreticos. Vallæus *in sua Persiæ Epist. V I. scriptâ Spahanij, 24. Augusti,* 1619. *num. 2. pag. 5. & 6. Se da Roma ajuteranno un tantino con trè sole cose: cioè, con dar modo a i Padri Scalzi, che possano tener qui un poco di Collegio, ò di Seminario di figliuoli: perche molti non ne mancheranno, è qui potranno tenergli & educargli bene, non men che in Christianità. Con proveder, che habbiano Sacerdoti, intelligenti delle lingue, che qui bisognano; perche senza lingua, non servono a niente. E finalmente co'l mandarsi da Roma un Prelato, come il Rè sommamente desidera, che assista in questa Corte a nome di sua Santità, ò con titolo di vescouo, per gouernar nello spirituale il popolo Cattolico; ò come vorranno. Nel qual Caso & havendo noi gente à sufficienza per dar principio, che à me da l'animo di metterla insieme; promette il Rè di darci terra, contingua a Spahan, da fabricarui, & habitarui à parte con gouerno Spirituale è temporale*

Quænam, ut in Oriente propagetur Fides requirantur?

Abas Persarum Rex desiderat, ut unus Prælatus à summo Pontifice, qui Christianos gubernet, ad suum regnū mittatur.

Locum apud Spahā pollicetur, & privilegia promittit, ut fundare

 al

possimus civitatem Christianã *al modo nostro, con giurisdittione amplissima, con priuilegi, e con ciò che sapremo mai desiderare; confido certo, che presto debba fondarsi in Isphaham una Christianità Cattolica, che co'l tempo riuscirà non minor forse di número, è senza dubbio più grave, e più fondata, di nobiltà, e di autorità, che non è hoggidi quella di Alingià nell' Armenia.*

284 *An singuli in suâ religione salvari possint?* Quintò plurimi inter Mahometanos existimant, omnem omninò Religionem Deo gratam esse; & unumquenque in eâ, quam bene observaverit, salvari posse. Et, ut id meliùs intelligas, placet ex Iohannis Henrici Hottingeri historia Orientali sequentes periodos subducere. Hinc enim *libr. 2. cap. 7. pag. 489.* quatuor præcipuas Mahometanorum Sectas enumerat, & ait. *Quarta autem Generatio* (secta) *eorum linguâ* horise *dicitur, quod* hæresim *notat, quorum opinio est*, quod unusquisque salvatur in lege suâ; & unicuique genti seu nationi lex data est à Deo, in quâ salvari debet: & æqualiter omnes leges bonæ sunt eas observantibus, nec aliqua est præferenda alteri. *Et isti à Turcis suspecti habentur: & quasi habentur pro schismaticis; &, si inventi fuerint, comburuntur. Cujus generationis unum reperi, dum essem in Chio, qui intrabat Ecclesiam Christianorum, & signabat se signo Crucis, & aspergebat se aquâ benedictâ, & dicebat manifestè*; Vestra lex ita est bona, sicut nostra: *quod nullus alterius opinionis Turcus pro sua vita faceret. Atque sub hoc* [N. B.] *quarto nomine* (Sectâ) *Persæ ut plurimùm veniunt, quos Turcæ ut hæreticos damnant & exsecrantur.* Vide F. Bartonum

Quid sit Horise?

An Persæ sint inter Mahometanos Heretici?

285 *Multi Georgiani Christianam Religionem abjurant.* Esse verè in hac sententiâ Persas videtur Petrus della Valle affirmare clarissimè: nam *Epist.* IV. *datâ Ferhabadia*, 1. *Maij.* 1618. *num.* 20. *pag.* 33. sic inquit. [*Trovai quivi una quantità di Contadini Giorgiani, huomini, e donne; è domandando Io, che faceuano, mi dissero, che aspettauano di vedere è parlare al Rè per farsi Mahometani, e donargli spontaneamente, come amanti del Rè (che così gli chiamano,* Sciàh seuèn) *la loro antica fede Christiana; non con altro fine, percerto, che di hauerne denari, e qualche altro donatiuo. Il Vezir à proposito di costoro, mi disse:* Al nostro Rè importa poco, che Religion

Sciàh sevèn, Rex charus. Persiæ Regis Epitheton.

Religion si tengano i suoi vassalli: hà caro di hauer di ogni sorte di gente; tutte le ama vgualmente: tutte le Religioni son buone (*che così credono molti Mahometani, cioè di noi, d'egli Ebrei, e di loro*) ma costoro, *soggiunse*, tutto'l di vengono a seccargli la testa per farsi Mahometani.]

An Christiana, Hebraa, & Mahometana &c. Religiones sint bona?

Eiusdem opinionis fuisse videtur Bascia Bassoriensis, ut colligo ex Petro della Valle, qui *in sua India Epist.* X. *datâ Bassora.20.Maij.1625.num.14 pag.*384. narrat P. Basilium de S. Francisco, Carmelitam Excalceatum, fabricam tandem absolvisse, & ad Ecclesiolæ dedicationem magno numero & devotione confluxisse omnes milites & mercatores Lusitanos. *Et il Basciá ancora per honorar il Padre gli mandò al Convento circa a cincocento suoi soldati Mori, che pur con le loro archibugiate facessero salva; e di piu fece sparar dalla fortezza molti pezzi d'artiglieria: di modo che la festa fu celebrata generalmente da tutta la Citta, e da' Christiani, e da Mori, con grandissimo concorso & applauso. La sera poi della Domenica, verso i tardi, ma pero di giorno, venne il Basciá in persona con tutta la sua Corte à veder la Chiesa, e'l Convento, dove anco nel partir lasciò elemosina* &c. Non ergo exsecrabatur Religionem Christianam. 286

Patres Carmelitani Excalceati absolvunt suam Ecclesiam Bassora.

Applaudüt solennitati Mauri in dedicatione.

Illam invisit Bascia, & etiam eleemosynã erogat.

Etiam multi Ethnici & Barbari Christianam Religionem, aut etiam omnes alias esse bonas fatentur. Mag. Christianus Hoffmannus *Vmbra in Luce* §.I X. de Ghagatæis sive Scythis, Dastæis, Chatæis, Turcomannis, &c. sic inquit. *Tartarorum peculium.* Sagomarbarcos *eos Genebrardus* pag.685. *appellat. Sagomarbar Chan, inquit, pro magno Propheta habent, ut Turcæ Mahometem. De Deo uno, Politicâ & moribus dictata eis reliquit aliqua. Edictum interea de non affligendis Christianis, neque tributo ab eis exigendo copiosiore, quàm à reliquis. Vsque hodie* (circa sœculum X I I I. hæc scribebat) *illud Gingis-Chan successores jurant. Vide Ottingerum* H E. cap. 13. pag. 513. *Quisnam hic Sagomarbar-Chan, aut unde-nam, invenire non potui.* &c. Lege Micrelium *lib.5.Synt.Hist.5.8.pag.*892. Maffæum *in Ep. Asiat. pag.* 332. Hoornbium *lib.6.Controv.pag.*392.

Tartari Gentiles amant Christianos.

Sagomarbar, quis apud illos fuerit?

Gingis Chan.

Cobila, vel Cublaius quis fuerit?

Porrò Cobila (quem M. P. Venetus, in eius aulâ versatus, *Cublai* appellat) fuit Tartarorum Imperator, & Mango IV. successit, & Najam avunculum circa annum Christi 1286. oppressit. Hic peræquè Christianorum, Iudæorum, Mahometanorum ac Idololatrarum festa colebat: & causam rogatus, hanc reddidit. *Quatuor*, dicebat, *Magni Prophetæ adorantur in Orbe: Christus à Christianis, Moses à Iudæis, Muhammedes à Saracenis, Sagonombar-Chamus, Deorum primus ab Idololatris. Dum omnes veneror, hunc etiam, qui in Cælo maximus est, & Deus verior, me honorare existimo.*

An quatuor sint Religiones Deo gratæ? & quanam illæ sint?

An Deus non unum cultum postulet?

Et fuit Cobilæ similis Sultanus ille Iconiensis, qui asserente Io. Cluvero *epist. Hist. pag.* 503. & Hoffmanno *loc. cit.* tametsi Muhammedis sectam profiteretur, Religioni Christianæ assentiebatur dicens, *Deum, non unum cultum ab omnibus poscere*; adeoque posse & debere ab aliis coli sic, ab aliis autem sic.

Quid Hæretici de Religione sentiant?

Et hîc obiter nota plerosque hodie Hæreticos tenere mordicùs in omni homines Religione posse salvari, nec illas aliter distinguere quam Opiniones æquè aut magis probabiles. Sed de hoc *in Theol. Fund. num.* 2362. disputamus.

Idem est dicere omnes Religiones esse bonas, ac nullam credere.

Sed & obiter nota eos, qui omnes, aut aliquas Religiones esse simul bonas & veras dicunt, nullam tenêre: nam Veritas consistit in indivisibili, & repugnat, ut contraria aut contradictoria sint simul vera. Possem multos in exemplum adducere; sed sufficiat nominasse Selinum

287 *Qualis fuerit Selinus Ottomanus, Turcarum Imperator?*

Ottomanum, Turcarum bellicosissimum Imperatorem: à quo nulla expeditio propter Religionem suscepta; & quia æquali in gradu habebat omnes, movit arma non minùs contra Mahometanos, quàm contra Christianos. Erat parùm de Religione solicitus, ut faciliùs regiones subjugaret: & dum Christianis & Ethnicis ut eos gratos habeat, & in obsequio conservet se attemperat, nec Deum curat (fortè nec credit) nec homines reveretur. Audi Comitem Alfonsum Loschium, qui in Compendio Historico pag. 196. sic infit.

Visse

Visse Selin 46. anni, regno 8. Fu crudelissimo, estinse il Padre, Fratelli, e Nipoti, molti Capi, e Servitori fedeli: fù mancator di fede, senza Religione, non credendo in alcuna: hebbe cuor di Leone, indomabile, fiero, inclinato sempre a nuoue imprese, & acquisti, e però di continuo pensoso, trauagliato, e melanconico, fortunato: patiente ne disaggi, dagl' amori lontano, e tale, che con l'imitatione degl' Aui ampliò a meraviglia l'Imperio Ottomano. Fù di statura alto; corto di gambe, faccia tonda, occhi terribili, macilente di ciera, naso adunco, e barba rasa, che diceua, di non portar lunga, per non essere dalli Bassa, come fù il Padre, ouunque voleuano, strascinato. *Mori l'anno* 1518. *lasciando unico herede Solimano nato di madre Circassa.*

Fuit impius, & atheus.

Animosus & fortunatus.

In infortuniis constãs.

Naso aquilino praditus.

Cur non aluerit barbam?

Stat igitur, iis, quibus nulla est Religio mala, nullam bonam videri; & qui nullam decredunt, nullam credere. Ergo Turcæ, ut in Selino vidimus, dum Christianos & Iudæos Deo servire & esse gratos asserunt, sentiunt in suo Alcorano nihil haberi certi: adeoque omnia esse in dubio posita, & nihil prorsus sciri de Deo. Homo igitur, quin atheus sit, severus esse Mahometanus non potest.

Quo anno obierit?

An Turca severi sint athei?

F I N I S.

